
SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE

NOVUM TESTAMENTUM GRAECE

NOVA VERSIONE LATINA

DONATUM

AD OPTIMAS RECENSIONES

EXPRESSUM

SELECTIS VARIIS LECTIONIBUS PERPETUOQUE SINGULORUM LIBRORUM ARGUMENTO INSTRUCTUM

(ADDITA III. PAULI AD CORINTHIOS EPISTOLA)

EDIDIT

M. FRED. AUG. ADOLPH. NAEBE

DOCT. PRIV. IN ACAD. LIPSIENSI.

LIPSIAE,

SUMTIBUS F. KOEHLERI.

MDCCCXXXI.

VIRO EXCELLENTISSIMO

HENRICO ANTONIO

DE ZESCHAU

REGI SAXONUM A CONSILIIS INTIMIS PRAESIDI COLLEGII AERARIO PUBLICO PRAEPOSITI etc.

AC

VIRO SUMME VENERABILI

D. FERDINANDO GUILIELMO

TITTMANNO

A CONSILIIS CONSISTORIO QUOD SACRA IN SAXONIA REGIT etc.

DE PATRIA AC LITERIS

MERITISSIMIS

HUNC LIBRUM

PIE

DEDICAVIT

AUCTOR.

PRAEFATIO.

In hoc libro edendo, ut res quam paucissimis absolvatur, haec nobis dicenda esse videntur; primum in ipso textu recte conformando Griesbachianam *) recensionem potissimum sumus secuti, et passim D. Schulzium **) et Scholzium ***); criticis eorum operibus adhibitis; e N. T. Knappii, Schotti, Vateri, Tittmanni, qui et ipsi ma-

*) Novum Testamentum graece. Textum ad fidem codicum, versionum et patrum recensuit et lectionis varietatem adiecit I. I. Griesbach. II voll. ed. 2. Halae Saxonum et Londini 1806.

**) Novum Testamentum graece. Textum ad fidem codd., versionum et patrum recensuit et lectionis varietatem adiecit I. I. Griesbach. 3 ed. vol. I. curavit D. David Schulze. Berolini 1827.

***) Scholae criticae in historiam textus evangeliorum — exhibitae a I. M. Augustin. Scholz, Heidelb. 1820.

Eiusd. *Biblisch-kritische Reisen in Frankreich, der Schweiz, Italien, Palaestina und im Archipel in den Iahren 1818—1821; nebst einer Geschichte des Textes des N. T. Leipz. und Sorau.* 1823.

Eiusd. Novum Testamentum graece. Textum ad fidem testium criticorum recensuit, lectionum familias subiecit, e gr. codd. mss. — in Europae et Asiae bibliothecis —, sanctis patribus et scriptoribus ecclesiasticis etc. Lips. 1830. vol. I.

ximam partem e Griesbachii copiis hauserunt ac multa ex suo ingenio bene emendarunt, haud pauca in nostros usus contulimus, sed perpauca e N. T. Lachmanni *), quoniam multis in locis audacior fuisse videbatur. Verum etiam ex aliorum VV. DD. scriptis, quamquam non totum N. T. recensuerunt, multa bonae frugis nos attulisse persuasissimum habemus, ut Wineri qui optime meruit de ll. ss. interpretatione, Bornemanni **) qui nonnullos locos bene emendavit, Fritzschii ***) qui ex nostra quidem sententia omnium acutissime et rectissime critici provinciam administravit. Tum in latina versione in universum in auxilium vocavimus Grotium, Wetstenium, Noesseltum, Keilium, Poppium, Rosenmullerum, Kunoelium, Paulum, Pottum, Heusingerum, Bosveldum, Rambonnetum, Bergerum, Morum, Heinrichsium, C. Tittmannum, Schulthessium, Boehmium, Schultzium, Bornemannum, Tholuckium, Luckium;

---

*) Novum Testamentum graece, ex recensione C. Lachmanni. Berolin. 1830.

**) Scholae in Lucae evangelium ad supplendos reliquorum interpretum commentarios. Lips. 1830.

***) Evangelium Matthaei recensuit et cum commentariis perpetuis edidit — Fritzsche. Lips. 1826.

Eiusd. Evangelium Marci recens. et c. commentariis perpet. ed. Lips. 1830.

Winerum, Fritschium, Wahlium, Bretschneiderum aliosque sat multos et innumeras fere VV. DD. de singulis N. T. locis dissertationes; inprimis autem versiones Castellionis, Reichardi, Schotti, Thalemanni et Iaspisii id unice spectantes, ut versio nostra accurata, perspicua, brevis et, etiamsi non elegans, certe non barbara esset neque a ratione cogitandi, simplicitate in narrando, colore in scribendo, gravitate in dicendo etc., prouti in singulis N. T. auctoribus deprehenduntur, nimis abhorreret. Cur autem post illos triumviros Reichardum, Iaspisium et Schottum, qui quid praestiterint, nemo ignorat, novam versionem in lucem proferre ausi simus, id pluribus dicere, religio quaedam erga illos duos qui mortui sunt et reverentia erga eum qui adhuc in vivis est nos deterret. Unum tantummodo, ne ipsum silentium nos accusare videatur, addere liceat hoc: videbantur nobis in versionibus Doctissimorum Virorum quaedam deesse, quae, quamquam minoris momenti esse dicuntur, nullo modo abesse debent. Porro in variis lectionibus addendis non ingentem harum rerum farraginem congerere voluimus, sed eas tantum quae in optimis exstant codd. et gravissimae sunt, ne literarum studiosis sacrarum, in quorum usum scripsimus, deessemus. Deinde e re esse videbatur summum addere argumentum, ut ne-

xus sententiarum magis appareret, qua in r
modo Fritschium, modo Knappium, modo La
spisium, modo Eichhornium, modo Huginm, qu
alter altero accuratior rem tractasse videbatu
consuluimus: utrum salvo nostro iudicio ne
ne, id alii videant. Denique in interpungend
evang. Matthaei et Marci, paucis locis, qui ne
cessario aliam efflagitabant interpunctionem
exceptis, morem omnibus fere N. T. editoribu
communem secuti sumus, sed in reliquis scr
ptis aliam viam sumus ingressi, quoniam il
interpungendi ratio, quamquam probabiliter d
fendi potest, legibus cogitandi nimis repugna

Caeterum summum votorum meorum est ho
ne, dum theologiae studiosis, quo nihil hab
antiquius, prodesse voluerim, nocuerim; et
Viri Docti, si huncce libellum evolvere non d
dignati fuerint, illis in loci, ubis peccaverim, m
liora edoceant meque benevolo animo excitent
ea diligenter tractanda, ad quae me fert a
mus, vitae munerisque mei ratio.

Praecipuas varias lectiones notavimus
gno: †; reliqua, quibus usi sumus, scriber
compendia notissima sunt. Menda denique
pographica, quae pauca esse videntur, Bene
lus Lector ut ipse emendet, etiam atque
iam rogamus. Scripsi Lipsiae Idibus Quint
MDCCCXXXI.

NOVVM

TESTAMENTVM GRAECVM

NOVA VERSIONE LATINA

DONATVM.

A

ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ.

1 Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυΐδ, υἱοῦ Ἀβ-
2 ραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ· Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε
τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς
3 ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν
Ζαρὰ ἐκ τῆς Θάμαρ· Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ·
4 Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ· Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμι-
ναδάβ. Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών· Ναασσὼν δ
5 ἐγέννησε τὸν Σαλμών. Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοὸζ ἐκ τῆ
Ῥαχάβ· Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὠβὴδ ἐκ τῆς Ῥούθ. Ὠβὴ
6 δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί· Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαυΐδ τὸ
βασιλέα. Δαυΐδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶνα ἐ
7 τῆς τοῦ Οὐρίου· Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ. Ῥοβοὰ
8 δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά· Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά. Ἀσὰ δ
ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ· Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ
9 Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν· Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸ
Ἰωάθαμ. Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ· Ἄχαζ δὲ ἐγέννησ
10 τὸν Ἐζεκίαν. Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ· Μα
νασσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμών. Ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰω
11 σίαν· Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺ
αὐτοῦ ἐπὶ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος. Μετὰ δὲ τὴν με
12 οικεσίαν Βαβυλῶνος, Ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν Σαλαθιήλ· Σ
13 λαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν Ζοροβάβελ. Ζοροβάβελ δὲ ἐγένν
τὸν Ἀβιούδ. Ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλιακείμ. Ἐλιακ
14 δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀζώρ· Ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν Σαδώκ. Σ
δὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ· Ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐ
15 ούδ. Ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐλεάζαρ· Ἐλεάζαρ δὲ ἐγ
νησε τὸν Ματθάν. Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακ

I, 1. al. Δαβίδ. 6. al. Σολομῶντα. 11. al. pro Ἰεχονίαν leg. Ἰ
κείμ· Ἰωακεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν.

EVANGELIVM

SECVNDVM MATTHAEVM.

Volumen de originibus Iesu Christi, e posteris Davidis, 1
qui originem suam debet Abrahamo. Abrahamus genuit 2
Isaacum, Isaacus genuit Iacobum, Iacobus genuit Iudam
eiusque fratres, Iudas genuit Pharesum et Sarachum e 3
Thamare, Pharesus genuit Esromum. Esromus genuit Ara-
mum, Aramus genuit Aminadabum. Aminadabus genuit 4
Naassonem, Naasson genuit Salmonem. Salmon ge- 5
nuit Boosum ex Rachabe, Boosus genuit Obedum ex Rutha.
Obedus genuit Iessaeum. Iessaeus genuit Davidem re- 6
gem. Davides autem rex genuit Solomonem ex illa quae
fuerat Uriae; Solomon genuit Roboamum. Roboamus 7
genuit Abiam, Abia genuit Asam, Asa Iosaphatum, Io- 8
saphatus genuit Ioramum, Ioramus genuit Osiam, Osias 9
genuit Ioathamum, Ioathamus genuit Achasum, Achasus
genuit Ezechiam, Ezechias genuit Manassem, Manasses 10
genuit Ammonium, Ammonius genuit Iosiam, Iosias ge- 11
nuit Iechoniam sub exilium Babylonicum. Sed postquam 12
Babylonem erat demigratum, Iechonias genuit Salathie-
lem, Salathiel genuit Serubabelem, Serubabel genuit Abiu- 13
dum, Abiudus genuit Eliakimum, Eliakimus genuit Azo-
rum, Azorus genuit Sadocum, Sadocus genuit Achimum, 14
Achimus genuit Eliudum, Eliudus genuit Eleazarum, Elea- 15
zarus genuit Matthanum, Matthanus genuit Iacobum,

Summum argumentum: Stemma Christi, I, 1—17.

16 Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἄνδρα Μαρίας, ἐξ ἧς
17 ἐγεννήθη Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Χριστός. Πᾶσαι οὖν αἱ
γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ γενεαὶ δεκατέσσαρες·
καὶ ἀπὸ Δαυὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος γενεαὶ
δεκατέσσαρες· καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας Βαβυλῶνος ἕως
τοῦ Χριστοῦ γενεαὶ δεκατέσσαρες.
18 Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γένεσις οὕτως ἦν. Μνη-
στευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ,
πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ
19 πνεύματος ἁγίου. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν
καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα
20 ἀπολῦσαι αὐτήν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδού!
ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· Ἰωσὴφ,
υἱὸς Δαυὶδ, μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖ-
κά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν
21 ἁγίου· τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰη-
σοῦν· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρ-
22 τιῶν αὐτῶν. (Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ
23 ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· „Ἰδού!
ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσου-
σι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ·“ ὅ ἐστι μεθερμηνευόμε-
24 νον, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.) Διεγερθεὶς δὲ ὁ Ἰωσὴφ ἀπὸ
τοῦ ὕπνου, ἐποίησεν ὡς προςέταξεν αὐτῷ ὁ ἄγγελος κυρίου·
25 καὶ παρέλαβε τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν
ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον, καὶ ἐκάλεσε
τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.

ΚΕΦ. II.

1 Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαί-
ας, ἐν ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, ἰδού! μάγοι ἀπὸ
2 ἀνατολῶν παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα, λέγοντες· Ποῦ
ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐ-
τοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προςκυνῆ-
3 σαι αὐτῷ. Ἀκούσας δὲ Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐταράχθη,
4 καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα μετ' αὐτοῦ, καὶ συναγαγὼν πάντας
τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, ἐπυνθάνετο παρ'
5 αὐτῶν, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται. Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Ἐν
Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας, οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προ-
6 φήτου· „Καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη
εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγού-

I, 18. al. γέννησις. II, 3. alii πᾶσα ἡ Ἱεροσόλυμα. al. vs. 6. γῆ Ἰουδαίας. ibid. al. τοῖς ἡγεμόσιν.

Iacobus genuit Iosephum, maritum Mariae, ex qua natus 16
est ille qui dicitur Christus. Omnes igitur stirpes ab Abra- 17
hamo usque ad Davidem, stirpes sunt quatuordecim, toti-
dem a Davide usque ad exilium Babylonicum, totidemque
ab exilio Babylonico usque ad Christum.

Iesu Christi autem origo sic se habebat. Maria enim, 18
mater eius, desponsata Iosepho, priusquam erant congressi,
comperta est gravida, a Spiritu sancto. Iosephus autem, 19
eius sponsus, quod lenis esset ingenii eamque dehonestare
nollet, clam eam dimittere voluit. Quae cum animo agi- 20
taret, ecce! angelus domini, secundum somnium ei se con-
spiciendum praebuit his verbis: Iosephe, nepos Davidis,
ne verearis Mariam mulierem tuam recipere; quod enim
per eam conceptum tenetur, est a Spiritu sancto; pariet 21
autem filium quem nomine vocabis Iesum; ipse enim po-
pulum suum a peccatis liberabit. (Haec autem omnia con- 22
tigerunt, ut ratum esset quod dominus effatus est per pro-
phetam, qui haec habet: *) ecce! virgo illa concipiet pa- 23
rietque filium, cuius nomen vocabunt Emmanuelem, quod
est, si interpreteris, nobiscum Deus.) Expergefactus vero 24
ab somnio Iosephus fecit, quemadmodum ei praeceperat
angelus domini, recepit mulierem suam, quam non agno- 25
vit, usque dum ei peperit filium suum primogenitum, quem
nomine Iesum vocavit.

CAP. II.

Nato autem Iesu Bethlehemi in Iudaea, tempore He- 1
rodis regis, en! magi ab oriente venerunt Hierosolymas
quaerentes: ubinam est natus ille rex Iudaeorum? vidimus 2
enim stellam eius orientem et venimus, ut eum veneraremur.
Quo audito, Herodes rex perturbatus est cumque eo Hiero- 3
solymae totae, et, coacto senatu summorum sacerdotum et 4
legis peritorum, ex iis quaesivit, ubi Messias nascatur.
Ii ei responderunt: Bethlehemi in Iudaea; sic enim cecinit 5
propheta: et **) tu, Bethlehemum, Iudaeae regio, nequa- 6
quam minima es in primariis familiarum in Iudaea sedibus;

*) Ies. VII, 14. **) Mich. V, 1.

Eadem origenes 18—25. Luc. III, 23 sqq. Magi plagae orientalis stella, quae natales Messiae portendit, conspecta, Hierosolymas et Bethlehemum veniunt. Herodis timor, callida atque elusa fraus.

7 μενος, ὅςτις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου, τὸν Ἰσραήλ.“ Τότ
Ἡρώδης λάθρα καλέσας τοὺς μάγους, ἠκρίβωσε παρ
8 αὐτῶν τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρος, καὶ πέμψα
αὐτοὺς εἰς Βηθλεὲμ, εἶπε· Πορευθέντες ἀκριβῶς ἐξετά-
σατε περὶ τοῦ παιδίου· ἐπὰν δὲ εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι
9 ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προςκυνήσω αὐτῷ. Οἱ δὲ ἀκούσαντε
τοῦ βασιλέως, ἐπορεύθησαν· καὶ, ἰδοὺ! ὁ ἀστὴρ, ὃν εἶ-
δον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστ
10 ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. Ἰδόντες δὲ τὸν ἀστέρα, ἐχάρη-
σαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα· καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν
11 εἶδον τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ πε-
σόντες προςεκύνησαν αὐτῷ, καὶ ἀνοίξαντες τοὺς θησαυροὺ
αὐτῶν, προςήνεγκαν αὐτῷ δῶρα, χρυσὸν καὶ λίβανον κα
12 σμύρναν. Καὶ χρηματισθέντες κατ᾽ ὄναρ, μὴ ἀνακάμ-
ψαι πρὸς Ἡρώδην, δι᾽ ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴ
χώραν αὐτῶν.
13 Ἀναχωρησάντων δὲ αὐτῶν, ἰδοὺ! ἄγγελος κυρίο
φαίνεται κατ᾽ ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἐγερθεὶς παράλα-
βε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ φεῦγε εἰς Αἴγυ-
πτον, καὶ ἴσθι ἐκεῖ, ἕως ἂν εἴπω σοι· μέλλει γὰρ Ἡρώδη
14 ζητεῖν τὸ παιδίον, τοῦ ἀπολέσαι αὐτό. Ὁ δὲ ἐγερθεὶ
παρέλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ νυκτὸς, κ
ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἦν ἐκεῖ ἕως τῆς τελευτ
15 Ἡρώδου· ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τ
προφήτου, λέγοντος· „Ἐξ Αἰγύπτου ἐκάλεσα τὸν υἱόν μου
16 Τότε Ἡρώδης ἰδὼν, ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθ
μώθη λίαν· καὶ ἀποστείλας ἀνεῖλε πάντας τοὺς παῖδ
τοὺς ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς ἀπὸ δ
τοῦς καὶ κατωτέρω, κατὰ τὸν χρόνον, ὃν ἠκρίβωσε πα
17 τῶν μάγων. Τότε ἐπληρώθη τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Ἱερεμίου τ
18 προφήτου, λέγοντος· „Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη, θρῆν
καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς. Ῥαχὴλ κλαίουσα
τέκνα αὐτῆς· καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσ
19 Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Ἡρώδου, ἰδοὺ! ἄγγελος κυρίου κ
20 ὄναρ φαίνεται τῷ Ἰωσὴφ ἐν Αἰγύπτῳ, λέγων· Ἐγ
παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ π
εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ οἱ ζητοῦντες τὴν
21 τοῦ παιδίου. Ὁ δὲ ἐγερθεὶς παρέλαβε τὸ παιδίον κ
22 μητέρα αὐτοῦ, καὶ ἦλθεν εἰς γῆν Ἰσραήλ. Ἀκούσας
ὅτι Ἀρχέλαος βασιλεύει ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἀντὶ Ἡρώδου
πατρὸς αὐτοῦ, ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν· χρηματισθεὶς

II, 9. al. ἐστάθη. 17. al. διὰ Ἱερεμίου. 18. alii, omisso
leg. κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς. 22. al. βασιλεύει τῆς Ἰουδ

ex te enim proditurus est dux, qui populum meum pascet
Israeliticum. Tunc Herodes, clam vocatis Magis, accurate 7
ex iis cognovit tempus lucentis stellae, et, auctor eum iis 8
extitisset itineris Bethlehemum suscipiendi, dixit: abite,
diligenter operam locate in puero pervestigando, quem si
inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego ad honorem ei ha-
bendum praesto sim. Hi autem, regi obtemperantes, abie- 9
runt, et, ecce! stella, quam conspexerant orientem, eos
est antegressa, donec subsisteret super loco, quo esset
puer. Quam cum vidissent stellam, permagnum gavisi 10
sunt gaudium, et, domum ingressi, cum oculis usurpas- 11
sent puerum cum Maria, eius matre, in genua prolapsi ho-
norem ei exhibuerunt atque ex thesauris, quos aperuerant,
obtulerunt ei dona, aurum, thus et myrrham et divino in 12
somnis moniti responso, ne ad Herodem reflecterent, alia
via in suam regionem reversi sunt.

Postquam hi abierant, en! domini nuntius in somnio 13
Iosepho se offert his verbis: surge ac recipe puerum eius-
que matrem, fuge in Aegyptum ibique commorare, usque
dum mandata tibi dedero; Herodes enim in eo est, ut ex-
quirat puerum occidendum. Expergefactus igitur recepit 14
puerum eiusque matrem et discessit in Aegyptum ibique ver-
satus est usque ad mortem Herodis, ut eventum haberet, 15
quod dixit dominus per prophetam hoc modo *): ex Aegy-
pto vocavi filium meum. Tum Herodes, quum se a Magis 16
delusum cognovisset, ira valde commotus misit, qui omnes
Bethlehemi infantes et in omnibus eius confinibus locis tru-
cidarent a bimulis et qui inferioris essent aetatis, secundum
temporis a Magis explorati rationes. Tunc eventu compro- 17
bata est haec Ieremiae vox: **) Vox Ramae audita est, 18
lamentatio eiulatus luctusque plurimus. Rahel quum defle-
ret liberos suos neque admittere vellet solatium, quoniam
non essent. Mortuo autem Herode, ecce! nuntius domini 19
per quietem apparet Iosepho in Aegypto cum hoc mandato:
surge et recipe puerum eiusque matrem atque abi in ter- 20
ram Israeliticam; mortui enim sunt, qui vitae pueri strue-
bant insidias. Surrexit igitur et, puero cum matre eius re- 21
cepto, in terram Israeliticam venit. At cum audisset, Ar- 22
chelaum imperare Iudaeae loco Herodis patris, eo abire est

---

*) Hos. XI, 1. **) Ier. XXXI, 15.

Iosephus, divinitus monitus, in Aegyptum cum suis aufugit. Pueri Bethlehemitici crudeliter et frustra trucidati. Iosephus, Deo auctore, cum familia reversus sedem suam figit Nazarethae.

23 κατ' ὄναρ, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας. Καὶ
ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέτ· ὅπως πλη-
ρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὅτι Ναζωραῖος κλη-
θήσεται.

ΚΕΦ. III.

1 Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παραγίνεται Ἰωάννης ὁ
2 βαπτιστὴς, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας, καὶ λέ-
γων· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
3 Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ῥηθεὶς ὑπὸ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέ-
γοντος· „Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἑτοιμάσατε τὴν
4 ὁδὸν κυρίου! εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ!“ Αὐ-
τὸς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶχε τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ἀπὸ τριχῶν καμή-
λου, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφῦν αὐτοῦ· ἡ δὲ
5 τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον. Τότε ἐξεπορεύ-
ετο πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα, καὶ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ
6 πᾶσα ἡ περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ
Ἰορδάνῃ ὑπ' αὐτοῦ, ἐξομολογούμενοι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.
7 Ἰδὼν δὲ πολλοὺς τῶν Φαρισαίων καὶ Σαδδουκαίων ἐρχο-
μένους ἐπὶ τὸ βάπτισμα αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς· Γεννήματα
ἐχιδνῶν! τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀρ-
8 9 γῆς; Ποιήσατε οὖν καρπὸν ἄξιον τῆς μετανοίας, καὶ μὴ
δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ.
Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων
10 ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν
ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται· πᾶν οὖν δένδρον μὴ ποιοῦν
11 καρπὸν καλὸν ἐκκόπτεται καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. Ἐγὼ
μὲν βαπτίζω ὑμᾶς ἐν ὕδατι, εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω
μου ἐρχόμενος, ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς
τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύ-
12 ματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Οὗ τὸ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ
διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ, καὶ συνάξει τὸν σῖτον
αὐτοῦ εἰς τὴν ἀποθήκην, τὸ δὲ ἄχυρον κατακαύσει πυρὶ
ἀσβέστῳ.
13 Τότε παραγίνεται ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ
τὸν Ἰορδάνην πρὸς τὸν Ἰωάννην, τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ'
14 αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰωάννης διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων· Ἐγὼ χρεί-
15 αν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; Ἀπο-
κριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτόν· Ἄφες ἄρτι· οὕτω
γὰρ πρέπον ἐστὶν ἡμῖν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. Τό

II, 23. al. Ναζαρέθ vel Ναζαράθ vel Ναζαρά. III, 8. alii καρ-
πὸν ἄξιον. 12. al. τὴν ἅλωνα, omisso αὐτοῦ. al. τὴν ἅλ. αὐτοῦ.

retitus, sed divino per somnium admonitus responso in Ga-
lilaeae partes concessit. Et postquam in urbem, quae Na- 23
zaretha dicitur, venerat, ibi habitavit, ut eventum haberet
vatum sententia: Nazeraeus vocabitur.

CAP. III.

Illo vero tempore prodit Iohannes Baptista, palam do- 1
cens in loco Iudaeae deserto hoc modo: mores emendate; 2
nam proxime abest regnum messianum. Hic enim est, quem 3
Iesaias propheta cecinit his verbis: *) vox est clamantis in
deserto, parate viam domino! complanate eius semitas! Ipse 4
autem Iohannes habebat vestimentum suum confectum e pilis
camelorum et, cingulo coriaceo lumbum cinctus, alimentis
utebatur locustis ac melle sylvestri. Tunc exibat ad eum 5
Hierosolyma et tota Iudaea, et tota, quae Iordani circum-
iacet, regio, qui, peccata sua aperte profitentes, lustratio- 6
ne sacra ab eo imbuebantur. Quum vero multos Pharisaeo- 7
rum et Sadducaeorum baptismum suum subituros vidisset:
viperina, inquit, progenies: quis persuasit vobis, posse vos
effugere iram Dei venturam? Edite igitur, quae emenda- 8
tum animum decent, facinora, et nolite opinari, vos recte 9
cogitare: patrem habemus Abrahamum. Dico enim vobis,
posse Deum ex lapidibus hisce prolem Abrahamo excitare.
Iam vero etiam securis admota est ad arborum radicem; 10
quaecunque igitur arbor bonos non edit fructus, exciditur
et traditur flammis. Equidem immergo vos aqua, ut mo- 11
res emendetis; est autem qui post me venit, qui plus me
potest, cuius, ut gestem soleas, non sum idoneus, is ipse
vos tinget Spiritu sancto et igni, cuius erit ventilabrum, in 12
eius manu, quo aream purgabit, et frumentum suum in
horrea colliget, sed inutilem stipulam comburet igni haud
exstinguendo.

Tunc Iesus e Galilaea ad Iordanem ad Iohannem acces- 13
sit, ut baptismo ab eo obstringeretur. Iohannes autem 14
valde eum prohibuit his verbis: mihi potius a te expetendum
lavacrum et tu venis ad me? Cui Iesus respondit: sine 15
paulisper; sic enim utrumque nostrum, quicquid fieri par

*) Ies. XL, 3.

III. De Iohannis baptistae moribus et consiliis. Christus sacra lustratione ab eo initiatus. cf. Marc. I, 1. Luc. III, 1. IV, 1—11.

16 τε ἀφήσειν αὐτόν. Καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺ
ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ, ἰδοὺ! ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ
καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν
17 καὶ ἐρχόμενον ἐπ᾽ αὐτόν. Καὶ, ἰδοὺ! φωνὴ ἐκ τῶν οὐ-
ρανῶν, λέγουσα· „Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς
ἐν ᾧ εὐδόκησα."

ΚΕΦ. IV.

1 Τότε ὁ Ἰησοῦς ἀνήχθη εἰς τὴν ἔρημον ὑπὸ τοῦ πνεύ-
2 ματος, πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Καὶ νηστεύσας
ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, ὕστερον
3 ἐπείνασε. Καὶ προςελθὼν αὐτῷ ὁ πειράζων εἶπεν· Εἰ
υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, εἰπὲ, ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένων-
4 ται. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπε· Γέγραπται· „Οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ
μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπο-
5 ρευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ." Τότε παραλαμβάνει αὐ-
τὸν ὁ διάβολος εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐπὶ
6 τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ· καὶ λέγει αὐτῷ· Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ
Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω· γέγραπται γάρ· „Ὅτι τοῖς ἀγ-
γέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ· καὶ ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί
7 σε, μήποτε προςκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου." Ἔφη
αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Πάλιν γέγραπται· „Οὐκ ἐκπειράσεις κύ-
8 ριον τὸν Θεόν σου." Πάλιν παραλαμβάνει αὐτὸν ὁ διά-
βολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν λίαν, καὶ δείκνυσιν αὐτῷ πάσας
9 τὰς βασιλείας τοῦ κόσμου καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, καὶ λέ-
γει αὐτῷ· Ταῦτα πάντα σοι δώσω, ἐὰν πεσὼν προςκυ-
10 νήσῃς μοι. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὕπαγε ὀπίσω
μου, σατανᾶ! γέγραπται γάρ· „Κύριον τὸν Θεόν σου
11 προςκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις." Τότε ἀφίη-
σιν αὐτὸν ὁ διάβολος· καὶ, ἰδοὺ! ἄγγελοι προςῆλθον καὶ
διηκόνουν αὐτῷ.
12 Ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς, ὅτι Ἰωάννης παρεδόθη, ἀνε-
13 χώρησεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Καὶ καταλιπὼν τὴν Ναζα-
ρέτ, ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Καφαρναοὺμ τὴν παραθαλασ-
14 σίαν, ἐν ὁρίοις Ζαβυλὼμ καὶ Νεφθαλείμ· ἵνα πληρωθῇ
15 τὸ ῥηθὲν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, λέγοντος· „Γῆ Ζα-
βυλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ
16 Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν
σκότει, εἶδε φῶς μέγα· καὶ τοῖς καθημένοις ἐν χώρᾳ καὶ
17 σκιᾷ θανάτου, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς." Ἀπὸ τότε ἤρξατο

IV, 4. al. ἄνθρωπος. al. ἵστησιν. 10. ὀπίσω μου deest
vulgg. 13. al. Καπερναούμ.

sit, pergere convenit. Tum eum sivit. Et statim ad la- 16
vacrum admissus Iesus ex aqua emersit: et, ecce! apertum
ei coelum est viditque Dei Spiritum columbae modo demitti
et superne ad se allabi. Et, ecce! vox coelitus emissa est 17
haec: hic est filius meus dilectus, qui mihi placet.

CAP. IV.

Tum Iesus sursum ductus est a Spiritu divino in illud 1
(quod nostis) desertum, ut a Satana tentaretur. Cumque 2
post quadraginta dierum totidemque noctium ieiunium, post-
ea esuriret, tentator eum adiit haec dicens: si filius es Dei, 3
dic, ut hi lapides in panes convertantur. At hic his verbis 4
respondit: *) relatum legitur, hominem non solo pane, sed
omni mandato, quod ore Dei exeat, vitam toleraturum esse. 5
Tum eum, comitem sibi adscitum, in sacram urbem abduxit 6
eumque in templi fastigio posuit hac voce: si filius es Dei,
conice te deorsum; nam scriptum legitur: **) angelis suis
de te dabit mandata atque hi manibus suis te sustinebunt,
ne forte in lapidem offendas. Respondit ei Iesus: iterum 7
perscriptum legitur: ***) non explorabis dominum, Deum
tuum. Denuo eum Satanas secum duxit in praealtum quen- 8
dam montem omniaque orbis terrarum regna eorumque
splendorem ei monstravit, hac addita voce: haec omnia tibi 9
committam, si humi prolapsus me veneratus sis. Tum ei 10
Iesus: apage, inquit, Satana! scriptum enim legitur: do-
minum Deum tuum adorabis eumque solum coles. Tum abs- 11
cessit ab eo diabolus et, ecce! allapsi angeli ei cibos mi-
nistrarunt.

Iesus autem, audito, Iohannem esse traditum, disces- 12
sit in Galilaeam, et, relicta Nazaretha, Capharnaumum, ur- 13
bem maritimam, in confinibus Zabulonis et Naphthalimi,
cum venisset, ibi habitavit, ut eventu comprobaretur vox 14
prophetae, qui canit: †) terra Sabulonitica et terra Naphta- 15
lica, via quae ducit ad mare, (regio) ultra Iordanem (si-
ta), Galilaea gentium: populus, qui versabatur in tene- 16
bris, magnam vidit lucem, et iis, qui in regione, spissis
obducta tenebris, sedebant, lux est exorta. Ab illo inde 17

*) Deuter. VIII, 3. **) Ps. XCI, 11. 12. ***) Deuter. VI, 16.
†) Ies. VIII, 23. IX, 1.

IV. Iesus a diabolo in deserto tentatur. Marc. I, 12. 13. Luc. IV, 1. Iohanne in vincula coniecto, Christus (Capharnaumum) in Galilaeam recedit, ibique, Petro, Andrea, Iacobo, Iohanne, in disci-

ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν, καὶ λέγειν· Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ
ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.
18 Περιπατῶν δὲ [ὁ Ἰησοῦς] παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς
Γαλιλαίας, εἶδε δύο ἀδελφούς, Σίμωνα τὸν λεγόμενον Πέ-
τρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλοντας ἀμφί-
19 βληστρον εἰς τὴν θάλασσαν· ἦσαν γὰρ ἁλιεῖς. Καὶ λέ-
γει αὐτοῖς· Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς
20 ἀνθρώπων. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὰ δίκτυα, ἠκολού-
21 θησαν αὐτῷ. Καὶ προβὰς ἐκεῖθεν, εἶδεν ἄλλους δύο
ἀδελφούς, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην τὸν
ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ πλοίῳ μετὰ Ζεβεδαίου τοῦ πατρὸς
αὐτῶν καταρτίζοντας τὰ δίκτυα αὐτῶν· καὶ ἐκάλεσεν αὐ-
22 τούς. Οἱ δὲ εὐθέως ἀφέντες τὸ πλοῖον καὶ τὸν πατέρα
αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ.
23 Καὶ περιῆγεν ὅλην τὴν Γαλιλαίαν ὁ Ἰησοῦς, διδά-
σκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν, καὶ κηρύσσων τὸ εὐαγ-
γέλιον τῆς βασιλείας, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ
24 πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ. Καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐ-
τοῦ εἰς ὅλην τὴν Συρίαν· καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ πάντας
τοὺς κακῶς ἔχοντας, ποικίλαις νόσοις καὶ βασάνοις συνε-
χομένους, καὶ δαιμονιζομένους, καὶ σεληνιαζομένους, καὶ
25 παραλυτικούς· καὶ ἐθεράπευσεν αὐτούς. Καὶ ἠκολούθη-
σαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας καὶ Δεκαπό-
λεως, καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ
Ἰορδάνου.

ΚΕΦ. V.

1 Ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος· καὶ καθί-
2 σαντος αὐτοῦ, προσῆλθον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Καὶ
3 ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ, ἐδίδασκεν αὐτούς, λέγων· Μα-
κάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασι-
4 λεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοι οἱ πενθοῦντες· ὅτι αὐτοὶ
5 παρακληθήσονται. Μακάριοι οἱ πραεῖς· ὅτι αὐτοὶ κλη-
6 ρονομήσουσι τὴν γῆν. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ δι-
7 ψῶντες τὴν δικαιοσύνην· ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. Μα-
8 κάριοι οἱ ἐλεήμονες· ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Μακάριοι
9 οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ· ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται. Μα-
κάριοι οἱ εἰρηνοποιοί· ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ θεοῦ κληθήσονται.
10 Μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι αὐτῶν
11 ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μακάριοί ἐστε, ὅταν
ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν
12 ῥῆμα καθ᾽ ὑμῶν, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε
καὶ ἀγαλλιᾶσθε! ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρα-
νοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν.

tempore Iesus docere coepit ad hanc normam: vitam emen-
date; nam in propinquo est regnum divinum.

Quum vero ad mare Galilaeae obambularet, vidit duo 18
fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, et Andream, eius
fratrem, rete mari immittentes; erant enim piscatores, qui- 19
bus: sequamini, inquit, me ac reddam vos hominum pisca-
tores. Hi autem statim, retibus relictis, eum sunt secuti. 20
Progressus inde vidit duos alios fratres, Iacobum, filium 21
Zebedaei, eiusque fratrem Iohannem in navigio cum Zebe-
daeo patre retia resarcientes eosque invitavit, qui statim, 22
navigio relicto et patre, eum secuti sunt.

Totam ita Iesus peragravit Galilaeam, ut in eorum syn- 23
agogis doceret, laetam de regno coelesti traderet doctrinam
atque sanaret omnem morbum et languorem in populo. Hinc 24
fama eius totam penetravit Syriam et attulerunt ad eum
omnes, qui male sese haberent, homines qui diversi generis
morbis et cruciatibus constringerentur, daemoniacos, luna-
ticos, membris captos, quos sanavit. Secuta quoque eum 25
magna hominum turba e Galilaea, Decapoli, Hierosolymis,
Iudaea et regione trans Iordanem.

CAP. V.

Conspicatus autem illam hominum turbam, montem ad- 1
scendit, cumque consedisset, accesserunt ad eum discipuli,
quos ore ad loquendum diducto hoc modo edocuit: beati ani- 2 3
mo pauperes; ad eos enim pertinet regnum coeleste. Beati, 4
qui in luctu sunt; nam iis afferetur solatium. Beati homi- 5
nes miti ingenio; nam hi potientur terra. Beati esurientes 6
sitientesque animi probitatem; nam hi satiabuntur. Beati 7
misericordes; nam hi experientur misericordiam. Beati ho- 8
mines animi integri; nam hi Deum videbunt. Beati concor- 9
diae amantes; nam hi Dei filii vocabuntur. Beati vexati ob 10
virtutem; nam his destinatum est regnum divinum. Beati 11
estis, si probris vos lacessiverint et exagitaverint omnis-
que generis criminationes effutiverint in vos propter me:
gaudete atque exsultate! praemia enim vestra ampla erunt 12

[illegible] suam receptis, docet et miracula perpetrat in aegrotis sa-
nandis. Marc. I, 14. Luc. IV, 14. 15. V, 1. Ioh. IV, 43. 44. V—VII.
Oratio montana. V. Virtutum praemia.

13 Ὑμεῖς ἐστε τὸ ἅλας τῆς γῆς· Ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρα
θῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; εἰς οὐδὲν ἰσχύει ἔτι, εἰ μὴ βλ
14 θῆναι ἔξω, καὶ καταπατεῖσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Ὑμ
ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Οὐ δύναται πόλις κρυβῆ
15 ἐπάνω ὄρους κειμένη. Οὐδὲ καίουσι λύχνον, καὶ τιθ
σιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν λυχνίαν, καὶ λά
16 πει πᾶσι ἐν τῇ οἰκίᾳ. Οὕτω λαμψάτω τὸ φῶς ὑμ
ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ κα
ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐ
17 νοῖς. Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον
τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσα
18 Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ
γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νό
19 μου, ἕως ἂν πάντα γένηται. Ὃς ἐὰν οὖν λύσῃ μίαν τῶ
ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀν
θρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐ
ρανῶν· ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθή
20 σεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Λέγω γὰρ ὑμῖν
ὅτι ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶ
γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βα
21 σιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρ
χαίοις· „Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔστ
22 τῇ κρίσει.“ Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμεν
τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπ
τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ
ὃς δ' ἂν εἴπῃ, μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν το
23 πυρός. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσια
στήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατ
24 σοῦ· ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστη
ρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου
25 καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. Ἴσθι εὐνοῶ
τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐ
τοῦ· μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ
κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθή
26 σῃ. Ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν, ἕως
27 ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. Ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθ
28 „Οὐ μοιχεύσεις.“ Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ βλέπ
γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν
29 τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκαν
δαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμφέρει γ

V, 22. alii leg. εἰκῆ post ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. 25. verbis ἐν τῇ ὁδῷ addunt μετ' αὐτοῦ. al. post ἐῤῥέθη addunt τοῖς ἀρχαίοις. 28. al. ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν vel αὐτῆς.

in coelo; sic enim persecuti sunt prophetas illos ante vos.
Vos sal estis terrae. Quando autem sal insipidus redditus 13
fuerit, quanam re sal conspergi poterit? nullum amplius
praebet usum, nisi, ut foras proiectus conculcetur ab homi-
nibus. Vos estis lumen mundi. Non potest latere urbs in 14
monte locata: neque candelam accendunt et ponunt sub mo- 15
dio, sed in candelabro et lucet omnibus domesticis. Sic 16
lux vestra luceat hominibus, ut vestra recte facta conspi-
ciant et patrem vestrum coelestem laudibus celebrent. No- 17
lite putare, me venisse, ut dissolverem legem aut prophe-
tas: non veni, ut dissolverem, sed, ut implerem. Profe- 18
cto enim vobis confirmo, usque dum coelum atque terra per-
ierint, neque iota neque lineam esse perituram, donec omnia
evenerint. Quicunque igitur unum horum minimorum man- 19
datorum transgressus fuerit sicque homines instituerit, per-
tenue accipiet nomen in regno divino; quicunque autem
agendo docendoque commendaverit, magni erit in regno di-
vino nominis. Dico enim vobis, nisi vestra honestas ex- 20
celluerit magis, quam ea legis doctores et Pharisaei instructi
sunt, minime recipiemini regno divino. Accepistis, dictum 21
esse antiquis: *) „non homicidium committes; quicunque
autem homicidium commiserit, obnoxius erit iudicio." Ego 22
autem vobis confirmo, fore, ut quicunque alicui irascatur,
obnoxius fiat iudicio: quicunque autem aliquem absurdum
dixerit, obnoxius fiat synedrio, quicunque autem dixerit,
impium, obnoxius erit usque ad geennam. Si igitur do- 23
num tuum in altari offers ibique in mentem tibi venerit,
habere aliquem, quod de te queratur, relicto ibi, ad altare,
dono tuo, discede, primum cum eo redi in gratiam, et 24
tum reversus offer donum tuum. Esto benevolus adversa- 25
rio tuo cito, quamdiu in via sit, ne forte te committat ad-
versarius iudici et iudex apparitori, et in custodiam inclu- 26
daris. Profecto tibi confirmo, te non inde esse exiturum,
donec ultimum quadrantem persolveris. Audistis, dictum 27
esse: **) non committes adulterium. At ego vobis dico, 28
quicunque feminam adspiciat ad concupiscendum, eum iam
eam concubuisse, apud animum suum. Si autem dexter 29
tuus oculus te offendit, erue eum ac proiice; expedit enim

*) Levit. XXIV, 23. Exod. XX, 13. Num. XXXV, 12. 16. 24.
**) Exod. XX, 13. Levit. XX, 10.

Officia ac dignitas discipulorum Iesu. Divinarum V. T. legum aeterna auctoritas. Exempla verae legum interpretationis. De homicidio, iurgiis, reconciliatione; de adulterio et divortio.

σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τ
30 σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ἡ δεξιά σου χεὶ
σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· συμ
φέρει γάρ σοι, ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μ
31 ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς γέενναν. Ἐῤῥέθη δὲ, „ὅτ
ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, δότω αὐτῇ ἀποστά
32 σιον.“ Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυ-
ναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοι
33 χᾶσθαι· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολελυμένην γαμήσῃ, μοιχᾶται. Πά-
λιν ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· „Οὐκ ἐπιορκή
34 σεις· ἀποδώσεις δὲ τῷ κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου.“ Ἐγὼ
δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ
35 ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ· μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιόν
ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλι
36 ἐστὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως· μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμό-
σῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν ἢ μέλαιναν ποι-
37 ῆσαι. Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, ναὶ ναὶ, οὒ οὔ· τὸ δὲ
38 περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. Ἠκούσατε, ὅτ
ἐῤῥέθη· „Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντ
39 ὀδόντος.“ Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονη-
ρῷ· ἀλλ᾽ ὅστις σε ῥαπίσει ἐπὶ τὴν δεξιάν σου σιαγόνα
40 στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην· καὶ τῷ θέλοντί σοι κρι-
θῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ
41 ἱμάτιον· καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἓν, ὕπαγε μετ
42 αὐτοῦ δύο. Τῷ αἰτοῦντί σε δὸς· καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ
43 σοῦ δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς. Ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέ-
θη· „Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν
44 ἐχθρόν σου.“ Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς
ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε
τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεα-
45 ζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς· ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ
πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνα-
τέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους
46 καὶ ἀδίκους. Ἐὰν γὰρ ἀγαπήσετε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς
τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι
47 καὶ ἐὰν ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν μόνον, τί πε-
48 ρισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ οὕτω ποιοῦσιν; Ἔσε-
σθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖ
οὐρανοῖς τέλειός ἐστι.

V. 36. al. μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ. 42. al. δίδου. 44. pro τοῖς μισοῦσιν al. τοὺς μισοῦντας. 45. al. pro υἱοὶ leg. ὅμοιοι. 46. al. pro ἔχετε ἕξετε. 47. al. pro ἀδελφοὺς exhibent φίλους. ἐθνικοὶ al. excl. et τελῶναι.

tibi, ut unum tuorum membrorum intereat nec totum tuum
corpus geennae committatur. Et si dextra tua manus tibi 30
offensioni est, abscide eam ac proiice; expedit enim tibi,
ut unum tuorum membrorum intereat nec totum tuum cor-
pus geennae committatur. Dictum est: *) quicunque uxorem 31
suam repudiaverit, det ei repudii libellum. At ego vobis 32
dico, quicunque repudiaverit uxorem suam, praeter caussam
adulterii, eam facere, ut adulterium committat, et quicun-
que repudiatam duxerit, adulterium committere. Iterum 33
audivistis, dictum esse antiquis: **) non peierabis, sed per-
solves Deo quod iureiurando pollicitus es. At ego vobis di- 34
co, ne omnino iuretis, neque per coelum, quia est Dei sel-
la, neque per terram, quia est pedum eius scabellum, ne- 35
que per Hierosolymas, quoniam est magni illius regis civitas;
quin ne per caput quidem tuum, quia nullum potes pilum al- 36
bum aut nigrum reddere. Quin talis sit vester sermo: pro- 37
fecto, profecto, non, non: quod his amplius est, malum
illum habet auctorem. Audistis, esse dictum: ***) oculum 38
oculo, dentem dente (esse permutandum). At ego vobis di- 39
co, ne homini maligno resistatis, sed qui dextram tuam ma-
lam percutiet, ei alteram quoque offer, et qui tecum lite 40
velit contendere et tunicam tuam accipere, ei pallium quo-
que permitto, et qui te coget unum milliare, cum eo eas 41
duo. Da roganti, et, qui a te mutuum sumere velit, eum 42
noli aversari. Audistis, esse dictum: †) amabis amicum 43
tuum et odio habebis inimicum tuum. At ego vobis dico: 44
amate inimicos vestros, bene precamini iis, qui in vos exsec-
rantur, beneficiis ornate eos, qui vos odio habent, et pre-
camini pro iis, qui vos calumniantur et vexant, ut similes 45
sitis patris coelestis (ad id) quod solem exoriri iubet malis
bonisque et pluviam in probos et improbos demittit; nam, 46
si, qui vos amant, amaveritis, quid praemii habetis? nonne
etiam portitores idem faciunt? et si populares vestros salu- 47
taveritis tantum, quid eximii facitis? nonne etiam gentiles
sic agunt? Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum pater 48
vester coelestis perfectus est.

---

*) Deut. XXIV, 1. 2.
**) Levit. XIX, 12. Deut. XXIII, 22.
***) Exod. XXI, 24. Levit. XXIV, 20.
†) Levit. XIX, 18.

Abusus legum divinarum de iureiurando et talione. Commendatio patientiae, benignitatis, amoris in hostes.

ΚΕΦ. VI.

1 Προςέχετε τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπρο-
σθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ
μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς
2 οὐρανοῖς. Ὅταν οὖν ποιῇς ἐλεημοσύνην, μὴ σαλπίσῃς
ἔμπροσθέν σου, ὥςπερ οἱ ὑποκριταὶ ποιοῦσιν ἐν ταῖς συν-
αγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις, ὅπως δοξασθῶσιν ὑπὸ τῶν
ἀνθρώπων. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐ-
3 τῶν. Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀρι-
4 στερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου· ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημο-
σύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ
5 κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Καὶ ὅταν
προςεύχῃ, οὐκ ἔσῃ ὥςπερ οἱ ὑποκριταί· ὅτι φιλοῦσιν ἐν
ταῖς συναγωγαῖς καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶ-
τες προςεύχεσθαι, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀνθρώποις. Ἀμὴν
6 λέγω ὑμῖν, ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ ὅταν
προςεύχῃ, εἴςελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν
θύραν σου, πρόςευξαι τῷ πατρί σου ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ
7 ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ
φανερῷ. Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογήσητε, ὥςπερ οἱ
8 ἐθνικοί· δοκοῦσι γάρ, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰςα-
κουσθήσονται. Μὴ οὖν ὁμοιωθῆτε αὐτοῖς. Οἶδε γὰρ ὁ
9 πατὴρ ὑμῶν, ὧν χρείαν ἔχετε, πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐ-
τόν. Οὕτως οὖν προςεύχεσθε ὑμεῖς· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν
10 τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βα-
11 σιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ
12 ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σή-
μερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς
13 ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰςενέγκῃς ἡμᾶς εἰς
πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. *) Ἐὰν γὰρ
14 ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει
καὶ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος· ἐὰν δὲ μὴ ἀφῆτε
15 τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὁ πατὴρ
ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Ὅταν δὲ νηστεύη-
16 τε, μὴ γίνεσθε ὥςπερ οἱ ὑποκριταί, σκυθρωποί. Ἀφα-
νίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, ὅπως φανῶσι τοῖς ἀ

---

*) Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας! Ἀμήν.

VI, 1. al. pro δικαιοσύνην leg. ἐλεημοσύνην. 4. ἀποδώσει· al. αὐτὸς ἀποδώσει. ἐν τῷ φανερῷ· haec verba al. vs. 4., al. vs. 6. [illegible] in utroque excludunt. 5. al. ὅταν προςεύχεσθε, ἔσεσθε. 6. al. ὅπως ἂν φανῶσι. pro ἀπέχουσι al. ὅτε ἀπέχουσι. al. τῷ ἐν τῷ φανερῷ quemadmodum vs. 5. τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ. Plerique vs. 9. et 10. ὄνομά σου, τὸ θέλημά σου, exhibere solent.

CAP. VI.

Cavete, ne virtutis vestrae specimina edatis in conspe- 1
cta hominum, ut ab iis spectemini, sed nisi forte, nihil prae-
mii habebitis a patre vestro coelesti. Quando stipem divi- 2
tiis, noli praetensam inflare buccinam, quemadmodum simu-
latores faciunt in conventibus sacris ac viis publicis, ut ab
hominibus laudibus celebrentur. Profecto vobis confirmo,
habeat suum praemium totum. Ubi autem stipem erogas, 3
ne sinistra tua, quid dextra tua faciat, cognoscat, ut bene- 4
ficia tua in occulto sint, et pater tuus, qui videt in occulto,
tibi referet. Et quando preces facis, non eris quemadmo- 5
dum simulatores, quod in conventibus sacris et compitis
preces stantes facere amant, ut ab hominibus conspiciantur.
Profecto vobis confirmo, habent suum praemium totum. Tu 6
autem, quando preces fundis, confer te in conclave tuum;
et, foribus occlusis, preces funde ad patrem tuum in occulto,
et pater tuus, qui in tenebris videt, solemniter tibi repen-
det. Preces autem fundentes nolite garrire, quemadmodum 7
gentiles; opinantur enim garrulitate sua iri exauditum. Ne 8
igitur similes sitis gentilibus. Scit enim pater vester, qui-
bus rebus opus habetis, antequam preces ad eum fuderitis.
Quare vos hunc in modum precamini: Pater noster, qui es 9
in coelis, sancte colatur tuum nomen, condatur tuum re- 10
gnum, fiat tua voluntas, ut in coelo, etiam in terra; panem 11
nostrum sufficientem da nobis hodie, et condona nobis pec- 12
cata nostra; nam ipsi quoque iis, qui in nos peccarunt,
condonamus; nec inducas nos in periculum, sed eripe nos 13
malo *). Si enim hominibus sua peccata condonatis, con-
donabit etiam vobis pater vester coelestis vestra peccata; 14
sin autem non condonatis hominibus sua peccata, ne pater
quidem vester vestra condonabit peccata. Quando ieiuna- 15
tis, ne sitis, ut simulatores illi, tetrici; etenim vultum 16
suum deformant, ut appareant hominibus ieiunium agentes.

---

*) Nam tuum est regnum, tua vis et maiestas in aeternum! Amen.

VI. De stipe sincero animo in pauperes eroganda. Simulatorum inanis et impia ostentatio. Precationum vera ratio et exemplum. Quale ieiunium deo placeat.

θρώποις νηστεύοντες. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἀπέχουσι
17 τὸν μισθὸν αὐτῶν. Σὺ δὲ νηστεύων, ἄλειψαί σου τὴν
18 κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι· ὅπως μὴ φανῇς
τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ
κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ. ἀπο-
19 δώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυ-
ροὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει, καὶ
20 ὅπου κλέπται διορύσσουσι καὶ κλέπτουσι· θησαυρίζετε δὲ
ὑμῖν θησαυροὺς ἐν οὐρανῷ, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφα-
νίζει, καὶ ὅπου κλέπται οὐ διορύσσουσιν οὐδὲ κλέπτουσιν.
21 Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς σοῦ, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία
22 σοῦ. Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. Ἐὰν οὖν
23 ὁ ὀφθαλμός σου ἁπλοῦς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου φωτεινὸν
ἔσται· ἐὰν δὲ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρὸς ᾖ, ὅλον τὸ σῶμά σου
σκοτεινὸν ἔσται. Εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ, σκότος ἐστὶ, τὸ
24 σκότος πόσον! Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ
γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ τοῦ ἑνὸς
ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. Οὐ δύνασθε
25 θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ. Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, μὴ
μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε καὶ τί πίητε· μηδὲ
τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε. Οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖον
26 ἐστι τῆς τροφῆς, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος; Ἐμβλέ-
ψατε εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν,
οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας· καὶ ὁ
πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά. Οὐχ ὑμεῖς μᾶλ-
27 λον διαφέρετε αὐτῶν; Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν μεριμνῶν δύνα-
28 προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοῦ πῆχυν ἕνα; Καὶ περὶ
ἐνδύματος τί μεριμνᾶτε; Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ
29 πῶς αὐξάνει; οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει· λέγω δὲ ὑμῖν,
οὐδὲ Σολομὼν ἐν πάσῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο
30 ἓν τούτων. Εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ, σήμερον
καὶ αὔριον εἰς κλίβανον βαλλόμενον, ὁ θεὸς οὕτως
31 φιέννυσιν, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς, ὀλιγόπιστοι; Μὴ
μεριμνήσητε, λέγοντες· Τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν·
32 περιβαλώμεθα; Πάντα γὰρ ταῦτα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ.
γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι χρήζετε τούτων ἁπάντων.
33 Ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ καὶ τὴν
καιοσύνην αὐτοῦ· καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται
34 Μὴ οὖν μεριμνήσητε εἰς τὴν αὔριον· ἡ γὰρ αὔριον
ριμνήσει. Τὰ ἑαυτῆς ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς.

VI, 21. al. ὁ θεσαυρὸς ὑμῶν — ἡ καρδία ὑμῶν. 24. al. ἑνὸς. al. μωνᾷ. 29. al. αὐτοῦ. 32. al. ὅτι χρήζετε. 33. al. pro πρῶτον l. ρον. 34 al. μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς vel περὶ ἑαυτῆς vel ἑαυτὴν vel vel ἑαυτῇ. al. h. m. distingunt μεριμνήσει τὰ ἑαυτῆς. Ἀρκετὸν.

Sancte vobis confirmo, suum praemium habent totum. 17
Tu autem in ieiunio caput unguas manusque laves, ut ne ho- 18
minibus ieiunium agere videaris, sed patri tuo in occulto,
et pater tuus, qui in occulto videt, solemniter tibi remunera-
bitur. Nolite opes congerere in terra, ubi tinea et erosio cor- 19
rumpit furesque perfodiunt ac furantur, sed opes congerite 20
in coelo, ubi neque tinea neque erosio corrumpit et fures
non perfodiunt nec furantur; nam in quo summum esse cre- 21
dis, ad id toto animo converteris. Lumen corporis est ocu- 22
lus, quo integro lumen per totum corpus erit fusum, hebe- 23
tato contra oculo, totum corpus tenebris erit obductum.
Si igitur lux in te in tenebras verterit, quantae illae te-
nebrae! Nemo potest duobus inservire dominis; aut enim 24
unum odio habebit et alterum amabit, aut unum cura-
bit et alterum spernet. Non potestis Deo inservire et
Pluto. Quapropter dico vobis, ne sitis solliciti de vita 25
vestra, quid edatis vel bibatis, nec de corpore vestro, quid
induamini; nonne vita pluris est, quam victus, et corpus,
quam vestis? Adspicite aves coeli, quod non serunt nec me- 26
tunt nec in cellas colligunt, et pater vester coelestis eas
alit: nonne vos potius, quam hae, excellitis? Quis vestrum 27
sollicitudine sua staturae suae unum addere potest cubitum?
Et de vestitu quid estis solliciti? Observate lilia agrestia. 28
Quo ea pacto crescunt? non laborant neque nent. Dico au- 29
tem vobis, ne Salomonem quidem in omni sua gloria or-
natum fuisse, ut horum unum. Quodsi gramen agreste, 30
quod hodie est et cras in fornacem conicitur, Deus sic
vestit, non multo plus vos, fiducia laborantes? ne igitur 31
sitis solliciti, dicentes: quid edamus, aut quid bibamus,
aut quid induamini? Omnia enim haec gentiles nimis 32
curant. Scit enim pater vester coelestis, quatenus horum
omnium indigetis. Expetite autem primum regnum Dei 33
et, quam iubet, virtutem, et haec omnia insuper vobis con-
tingent. Nolite igitur esse solliciti in crastinum diem; 34
crastinus enim dies curam geret. Suum cuique satis est
sui, eius calamitas.

Divitiae verae. Res caelestes anteponendae terrestribus.

ΚΕΦ. VII.

1 2 Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. Ἐν ᾧ γὰρ κρίματ
κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρη-
3 θήσεται ὑμῖν. Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλ-
μῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δο-
4 κὸν οὐ κατανοεῖς; ἢ πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· Ἄφες
ἐκβάλω τὸ κάρφος ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου· καί, ἰδοὺ
5 ἡ δοκὸς ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σοῦ; Ὑποκριτά! ἔκβαλε πρῶ-
τον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σοῦ, καὶ τότε διαβλέ-
ψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελ-
6 φοῦ σου. Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κυσί. μηδὲ βάλητ
τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων· μήποτ
καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στρα-
7 φέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν· ζη-
8 τεῖτε, καὶ εὑρήσετε· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. Πᾶ
γὰρ ὁ αἰτῶν λαμβάνει· καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει· καὶ τῷ
9 κρούοντι ἀνοιγήσεται. Ἢ τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος
ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσε
10 αὐτῷ; καὶ ἐὰν ἰχθὺν αἰτήσῃ, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ
11 Εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ δι
δόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν
ἐν τοῖς οὐρανοῖς, δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν.
12 Πάντα οὖν ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρω
ποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς· οὗτος γάρ ἐστιν
tis piscibus. 30—44. Quo facto praemissis in navigio discipulis in monte preces ad Deum facit et quarta vigilia in superficie maris ad apostolos mare fluctibus exagitatum ventique impetum perhorrescentes pergit, quo navigium ingresso sedatur tempestas. Quare apostoli ad summam eius mirationem rapiuntur. 47—52. Ad terram Gennesareticam quum appulissent, Iesu statim agnito, multi, quos attulerant, aegroti solo vestimentorum eius contactu sanantur. 53—56. Matth. XIV, 1. Luc. IX, 7. Ioh. VI.

ΚΕΦ. VII.

1 Καὶ συνάγονται πρὸς αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καί τινες
2 τῶν γραμματέων ἐλθόντες ἀπὸ Ἱεροσολύμων· καὶ ἰδόντες
τινὰς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ κοιναῖς χερσὶ (τοῦτ' ἔστιν
3 ἀνίπτοις) ἐσθίοντας ἄρτους ἐμέμψαντο. (Οἱ γὰρ Φαρι-
σαῖοι καὶ πάντες οἱ Ἰουδαῖοι, ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται
τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν
4 πρεσβυτέρων· καὶ ἀπὸ ἀγορᾶς, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ
ἐσθίουσι· καὶ ἄλλα πολλά ἐστιν, ἃ παρέλαβον κρατεῖν,
βαπτισμοὺς ποτηρίων καὶ ξεστῶν καὶ χαλκείων καὶ κλι-
5 νῶν·) Καὶ ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμ-
ματεῖς· Διατί οἱ μαθηταί σου οὐ περιπατοῦσι κατὰ τὴν
παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων, ἀλλὰ κοιναῖς χερσὶν ἐσθί-
6 ουσι τὸν ἄρτον; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ὅτι κα-
λῶς προεφήτευσεν Ἡσαΐας περὶ ὑμῶν τῶν ὑποκριτῶν,
ὡς γέγραπται. „Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ
7 δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. Μάτην δὲ
σέβονταί με διδάσκοντες διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώ-
8 πων.“ Ἀφέντες γὰρ τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ κρατεῖτε τὴν
9 παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Καλῶς
ἀθετεῖτε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν
10 στήσητε. Μωϋσῆς γὰρ εἶπε· „Τίμα τὸν πατέρα σου
καὶ τὴν μητέρα σου·“ καί· „Ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ
11 μητέρα θανάτῳ τελευτάτω.“ Ὑμεῖς δὲ λέγετε· Ἐὰν εἴ-
πῃ ἄνθρωπος τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρί· Κορβᾶν, (ὅ ἐστι
12 δῶρον) ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς· καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐ-
τὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ,
13 ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ τῇ παραδόσει ὑμῶν, ᾗ
14 παρεδώκατε· καὶ παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. Καὶ
15 προσκαλεσάμενος πάντα τὸν ὄχλον ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἀκούετέ
μου πάντες καὶ συνίετε. Οὐδέν ἐστιν ἔξωθεν τοῦ ἀν-
θρώπου εἰσπορευόμενον εἰς αὐτὸν, ὃ δύναται αὐτὸν κοι-
νῶσαι· ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἐξ αὐτοῦ, ἐκεῖνά ἐστι τὰ
16 κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον. (Εἴ τις ἔχει ὦτα ἀκούειν,
17 ἀκουέτω!) Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου,
ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ τῆς παραβολῆς.
18 Καὶ λέγει αὐτοῖς· Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀσύνετοί ἐστε; Οὐ νο-

VII, 2. al. omittunt post ἄρτους, ἐμέμψαντο vel κατέγν[illegible]
3. al. simpliciter ἀνίπτοις vel κοιναῖς. ib. al. πυγμὴν s. πυκ[illegible]
πυκμῇ. 4. al. χαλκίων. 5. al. pro καὶ l. ἔπειτα. 6. al. ὁ [illegible]
οὗτος. 8. al. βαπτισμοὺς ξεστῶν καὶ ποτηρίων· καὶ ἄλλα [illegible]
μοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. 9. al. τηρήσητε. 15. al. ἀπ' [illegible]
17. al. εἰς οἶκον. 18. al. οὔπω νοεῖτε.

CAP. VII.

Et conveniunt ad eum Pharisaei et nonnulli legisperiti 1
Hierosolymis profecti; qui quum quosdam ex eius discipulis 2
impuris (i. e. illotis) manibus panem edere vidissent, eos cri-
minati sunt. (Pharisaeí enim omnesque Iudaei, nisi pugno 3
lacto (diligenter) manus laverint, non comedunt, fortiter
tenentes placita maiorum ore tradita; neque a foro, nisi se 4
laverint, comedunt; atque alia multa sunt, quae a maiori-
bus fortiter tenenda acceperunt, lustrationes poculorum et
urceamentorum et lectorum.) Et interrogarunt eum Phari- 5
saei legisque periti: cur tui discipuli vitam non conformant
ad maiorum placita ore propagata, sed impuris manibus
panem comedunt? Quibus ille respondit his verbis: prae- 6
clare cecinit Iesaias de vobis simulatoribus, quemadmodum
relatum legitur: *) „hic populus verbis me colit, sed animus
eorum a me longe est alienus. At frustra me venerantur 7
tradentes doctrinas, placita hominum." Antiquata enim Dei 8
lege, placita hominum ore propagata fortiter tenetis. Et
dicebat ad eos: egregie Dei legem antiquatis, ut vestra pla- 9
cita ore tradita stabiliatis. Moses enim praecepit: **) „ho- 10
nora patrem tuum matremque tuam:" et: „qui diris exse-
cratur patrem matremve, certa morte mulctator." At vos 11
dicitis: si quis dixerit corban (quod donum (Deo destinatum)
significat), est quocunque a me iuvari possis: neque am- 12
plius permittitis, ut quis quidquam patri suo matrive suae
faciat, antiquantes legem Dei vestris, quae ore accepta ore 13
propagare soletis, praeceptis; et similia huius generis multa
facitis. Qua hominum turba ad se vocata, dicebat iis: au- 14
dite me omnes atque intelligite. Nihil est extra hominem 15
quod eum intret et quod eum possit polluere, sed quae ex
eo egrediuntur, illa sunt, quae hominem polluunt. (Si 16
cuis auribus valet ad audiendum, audito!) Et quum ab 17
hominum turba (quam reliquerat) domum suam intras-
set, interrogabant eum discipuli de illa parabola. Quibus 18
ille: siccine vos quoque insipitis? non intelligitis, quidquid

---

*) Ies. XXIX, 13. **) Ex. XX, 12. XXI, 17.

VII. Ibidem adeunt eum Pharisaei legisque (periti cum Herodia-
nis) Hierosolymis profecti (solebant autem illi ritus quosdam sacros
superstitiose tueri et observare, ut cibum capere lotis manibus,
corpus lavare, si quid in foro emerant), qui quum discipulos le-
gis illotis manibus cibum capere vidissent, ob ritus maiorum viola-
tos eos vituperant. Quare Christus ob violata Dei mandata simula-
tamque pietatem severe eos perstringit plebemque ad se vocatam do-

εἶτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰςπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθ
19 πον οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι; ὅτι οὐκ εἰςπορεύεται
τοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς
ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, καθαρίζον πάντα τὰ βρώμ
20 Ἔλεγε δέ· Ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμε
21 ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Ἔσωθεν γὰρ ἐκ τῆς
δίας τῶν ἀνθρώπων οἱ διαλογισμοὶ οἱ κακοὶ ἐκπορε
22 ται, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, φόνοι, κλοπαὶ, πλεονεξίαι,
νηρίαι, δόλος, ἀσέλγεια, ὀφθαλμὸς πονηρὸς, βλασφη
23 ὑπερηφανία, ἀφροσύνη. Πάντα ταῦτα τὰ πονηρὰ ἔ
θεν ἐκπορεύεται καὶ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.
24 Καὶ ἐκεῖθεν ἀναστὰς ἀπῆλθεν εἰς τὰ μεθόρια Τ
καὶ Σιδῶνος. Καὶ εἰςελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν οὐδένα ἤ
25 γνῶναι· καὶ οὐκ ἠδυνήθη λαθεῖν. Ἀκούσασα γὰρ
περὶ αὐτοῦ, ἧς εἶχε τὸ θυγάτριον αὐτῆς πνεῦμα ἀκά
26 τον, ἐλθοῦσα προςέπεσε πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ (ἦ
ἡ γυνὴ Ἑλληνὶς, Συροφοίνισσα τῷ γένει,) καὶ ἠρώτα
τὸν, ἵνα τὸ δαιμόνιον ἐκβάλῃ ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐ
27 Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ· Ἄφες πρῶτον χορτασθῆνα
τέκνα· οὐ γάρ καλόν ἐστι λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέ
28 καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. Ἡ δὲ ἀπεκρίθη καὶ λέγε
τῷ· Ναὶ, κύριε, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ὑποκάτω τῆς
29 πέζης ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν παιδίων. Καὶ
αὐτῇ· Ὕπαγε· διὰ τοῦτον τὸν λόγον ἐξελήλυθε τὸ
30 μόνιον ἐκ τῆς θυγατρός σου. Καὶ ἀπελθοῦσα εἰς τὸ
κον αὐτῆς εὗρε τὸ δαιμόνιον ἐξεληλυθὸς καὶ τὴν θυ
ρα βεβλημένην ἐπὶ τῆς κλίνης.
31 Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σ
νος ἦλθε εἰς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας ἀνὰ
32 τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως. Καὶ φέρουσιν αὐτῷ κωφὸ
γιλάλον καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα ἐπιθῇ αὐτῷ
33 χεῖρα. Καὶ ἀπολαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου
ἰδίαν ἔβαλε τοὺς δακτύλους αὐτοῦ εἰς τὰ ὦτα
34 καὶ πτύσας ἥψατο τῆς γλώσσης αὐτοῦ καὶ ἀναβλ
35 εἰς τὸν οὐρανὸν ἐστέναξε καὶ λέγει αὐτῷ· Ἐφφ
ὅ ἐστι διανοίχθητι. Καὶ εὐθέως διηνοίχθησαν

VII, 19. al. καθαρίζων. 24. al. pro ἀπῆλθεν l. ἐξῆλθεν ε
θεν. 26. al. Συραφοινίκισσα vel Συροφοινίκισσα. ib. al. ἐκ
27. al. τὸν ἄρτον τῶν τέκνων. 29. al. διὰ τοῦτον τὸν λόγο
γε· ἐξελήλυθε τ. δ. 30. al. διὰ Σιδῶνος ἦλθε. ib. al. ἐ
κλίνην vel ὑπὸ τὴν κλίνην vel ponunt εὗρε τ. δ. ἐξεληλυθ
ἐπὶ τῆς κλίνης. 31. al. παρὰ vel πρὸς τὴν θάλασσαν. 32.
φὸν καὶ μογίλαλον vel μογγιλάλον. 33. al. ἐπιλαβόμενος.
omittunt εὐθέως.

extrinsecus hominem intret, non posse eum polluere? quia 19
non ingreditur animum eius, sed ventriculum; atque in la-
trinam egeritur, quae res omnes cibos mundos efficit. Di- 20
cebat autem: quidquid ex homine egreditur, illud polluit
hominem. Intus enim ex hominum pectore malae exeunt 21
cogitationes, adulteria, scortationes, caedes, furta, ava- 22
ritiae, malitiae, doli, libidines, invidentiae, impie dicta,
superbia, temeritas. Omnia huius generis mala intus egre- 23
diuntur et polluunt hominem.

Et quum illinc surrexisset, abiit in confinia Tyri et 24
Sidonis. Et domum ingressus neminem nosse volebat: nec
potuit latere; nam mulier, cuius filiam impurus habebat 25
daemon, quum de eo audisset et venisset, ad pedes eius pro-
lapsa (erat enim Graeca Syrophoenissa genere,) rogabat 26
eum, ut malum daemonem e filia sua eiiceret. Iesus ei re- 27
spondit: permitte, ut primum filii satientur; non enim pul-
chrum est, panem liberis sumtum catulis proiicere. Sed illa 28
his ei verbis respondit: profecto, domine; nam etiam catuli
sub mensa de filiorum frustulis comedunt. Cui ille: abi, 29
inquit; ob hunc tuum sermonem malus daemon e filia tua
egressus est. Et domum suam ingressa reperit malum dae- 30
monem egressum et filiam in lecto iacentem.

Et egressus iterum e finibus Tyri et Sidonis venit ad 31
mare Galilaeum per medios Decapolis fines. Et ferunt 32
ad eum surdum vix loquentem, eumque rogant, ut ma-
num ei imponat. Quem quum de hominum turba seorsum 33
sumsisset, digitis suis auribus eius immissis, sputo eiecto
linguam eius tetigit et, oculis in coelum sublatis, ingemuit 34
eique dixit: Ephphatha, quod significat aperitor. Et confe- 35
stim aures eius apertae sunt, vinculum linguae eius solutum

---

ut, omnis impietatis fontem non nisi in animis hominum inesse, quae vario modo vel in ipso homine, ut impiis consiliis, invidentia etc, vel extra hominem, ut impie dictis et factis sese exserat. 1—23. Matth. XV, 1. Agro Gennesaretico relicto ac Tyri et Sidonis fines ingressus quum homines latere non posset, Syrophoenissa enixe eum rogat, ut filiae suae succurrat; cui quamquam primum ut parumque repugnasset, tandem precibus eius ob insignem fiduciam satisfacit. 24—30. Matth. XV, 21. Hinc iter faciens per regionem Decapolitanam, ut ad mare Galilaeum veniat, hominem surdum et tardiloquum verbo sanat, ita ut auribus valeat et recte loquatur. 31–37.

αἱ ἀκοαὶ καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ κα
36 ἐλάλει ὀρθῶς. Καὶ διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ εἴ
πωσιν. Ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, μᾶλλον πε
37 ρισσότερον ἐκήρυσσον. Καὶ ὑπερπερισσῶς ἐξεπλήσσοντ
λέγοντες· Καλῶς πάντα πεποίηκε, καὶ τοὺς κωφοὺς ποι
ἀκούειν καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν.

ΚΕΦ. VIII.

1 Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, παμπόλλου ὄχλου ὄντο
καὶ μὴ ἐχόντων τί φάγωσι, προσκαλεσάμενος (ὁ Ἰησοῦ
2 τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγει αὐτοῖς· Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸ
ὄχλον· ὅτι ἤδη ἡμέραι τρεῖς προσμένουσί μοι, καὶ οὐ
3 ἔχουσι τί φάγωσι. Καὶ ἐὰν ἀπολύσω αὐτοὺς νήστεις ε
τὸν οἶκον αὐτῶν, ἐκλυθήσονται ἐν τῇ ὁδῷ· τινὲς γὰ
4 αὐτῶν ἀπὸ μακρόθεν ἥκουσι. Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτ
οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Πόθεν τούτους δυνήσεταί τις ὧ
5 χορτάσαι ἄρτων ἐπ᾽ ἐρημίας; Καὶ ἐπηρώτα αὐτούς· Π
6 σους ἔχετε ἄρτους; Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτά. Καὶ παρήγγει
τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ λαβὼν τοὺς ἑπ
ἄρτους εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ ἐδίδου τοῖς μαθητα
7 αὐτοῦ, ἵνα παραθῶσι· καὶ παρέθηκαν τῷ ὄχλῳ. Κ
εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα· καὶ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι κ
8 αὐτά. Ἔφαγον δὲ καὶ ἐχορτάσθησαν· καὶ ἦραν περ
9 σεύματα κλασμάτων ἑπτὰ σπυρίδας. Ἦσαν δὲ οἱ φαγό
τες ὡς τετρακισχίλιοι. Καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς.
10 Καὶ εὐθέως ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον μετὰ τῶν μαθητ
11 αὐτοῦ ἦλθεν εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά. Καὶ ἐξῆλθον
Φαρισαῖοι καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ ζητοῦντες πα
12 αὐτοῦ σημεῖον ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, πειράζοντες αὐτόν. Κ
ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ λέγει· Τί ἡ γενεὰ αὕ
σημεῖον ἐπιζητεῖ; Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ
13 νεᾷ ταύτῃ σημεῖον —! Καὶ ἀφεὶς αὐτούς, ἐμβὰς πά
εἰς τὸ πλοῖον ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν.
14 Καὶ ἐπελάθοντο λαβεῖν ἄρτους καὶ εἰ μὴ ἕνα ἄρ
οὐκ εἶχον μεθ᾽ ἑαυτῶν ἐν τῷ πλοίῳ. Καὶ διεστέλλ
15 αὐτοῖς λέγων· Ὁρᾶτε καὶ βλέπετε ἀπὸ τῆς ζύμης τ
16 Φαρισαίων καὶ τῆς ζύμης Ἡρώδου. Καὶ διελογίζο

VIII, 3. al. νῆστις ib. al. εἰς οἶκον αὐτῶν. ib. al. ἀπὸ ... tunt. ib. al. ἥκασι. 4. al. ἐπ᾽ ἐρημίας vel ἐρημίᾳ. 6. al. εὐχαρ. ἔκλ. vel καὶ εὐχ. αὐτοὺς ἔκλασε vel καὶ ταῦτα εὐλογ... εἶπε παραθεῖναι etc. 10. al. Μαγεδά vel Μαγδαλά vel Μαγδ... vel Μελάγαδα. 12. al. ζητεῖ. 13. al. post ἐμβὰς l. μετὰ τ... θητῶν αὐτοῦ.

et recte loquebatur. Et imperavit iis, ne cui dicerent. 36
Quantum vero iis imperabat, magis impensius divulgabant.
Et ultra modum obstupefacti dicebant: praeclare omnia 37
egit; et, ut surdi audiant, efficit et, ut muti loquantur.

CAP. VIII.

Illo tempore, quum permagna adesset turba nec habe- 1
rent, quo vescerentur, discipulos ad se vocatos alloquitur:
miseret me huius turbae, quia (iam triduum est) mihi adhaerent 2
nec habent, quo vescantur. Et si eos impransos domum dimi- 3
sero, conficientur in via; nam quidam eorum e longinquo
veniunt. Cui discipuli responderunt: unde hos aliquis hic in 4
solitudine panibus satiare poterit? Et interrogabat eos: quot 5
panes habetis? Illi vero: septem, inquiunt. Et plebem in 6
terra iussit decumbere: sumtos septem panes, fusis preci-
bus, fregit et dabat discipulis, ut traderent: et plebi propo-
suerunt. Et paucos habebant pisces, quos, gratiis actis, 7
et ipsos proponere iussit. Comederunt autem ad satietatem 8
usque, et sustulerunt frustorum reliquias septem corbes.
Erant autem, qui comederant, circiter quatuor millia. Et 9
absolvit eos.

Et statim navigium cum discipulis suis ingressus in 10
partes Dalmanuthae venit. Et Pharisaei egressi (domo sua) 11
cum eo disceptare coeperunt, quum portentum de coelo ab
eo expeterent, ut vim eius experirentur. Et quum apud ani- 12
mum suum ingemuisset, dicit: quid haec hominum natio si-
gnum efflagitat? Sancte vobis affirmo, si concedetur huic
nationi signum —! Quibus missis, navigium iterum ingres- 13
sus in ulterius litus abiit.

Obliti sumere panes, non nisi unum panem in navigio se- 14
cum habebant. Et imperavit iis his verbis: videte et ca- 15
vete vobis a fermento Pharisaeorum et a fermento Herodis.
Et apud animum suum mutuo perpendebant dicentes: quia 16

VIII. Ibidem quatuor millia hominum, qui per triduum cum eo erant versati, panibus paucisque satiat piscibus, ita, ut multa etiam supersint. 1—9. Matth. XV, 29. Inde in Dalmanuthae agrum cum discipulis navigio vectus Pharisaeis miraculum de coelo poscentibus negat se editurum esse et in Bethsaidae solitudinem redit. 10—13. Inter navigandum quum Iesus monuisset, cavendum esse a Pharisaeorum atque Herodis fermento i. e. simulatione et perversitate, discipulos rem ad panes, quos secum ferre obliti erant, re

17 πρὸς ἀλλήλους λέγοντες· Ὅτι ἄρτους οὐκ ἔχομεν. Κ
γνοὺς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς· Τί διαλογίζεσθε, ὅτι ἄρτ
οὐκ ἔχετε; Οὔπω νοεῖτε οὐδὲ συνίετε; ἔτι πεπωρωμέ
18 ἔχετε τὴν καρδίαν ὑμῶν; Ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐ βλέπε
19 καὶ ὦτα ἔχοντες οὐκ ἀκούετε; καὶ οὐ μνημονεύετε; Ὅ
τοὺς πέντε ἄρτους ἔκλασα εἰς τοὺς πεντακισχιλίους,
σους κοφίνους πλήρεις κλασμάτων ἤρατε; Λέγουσιν α
20 τῷ· Δώδεκα. Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισ
λίους, πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων ἤρα
21 Οἱ δὲ εἶπον· Ἑπτά. Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Πῶς οὐν ο
πω συνίετε.
22 Καὶ ἔρχεται εἰς Βηθσαϊδὰν, καὶ φέρουσιν αὐτῷ τ
23 φλὸν καὶ παρακαλοῦσιν αὐτὸν, ἵνα αὐτοῦ ἅψηται. Κ
ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς τοῦ τυφλοῦ ἐξήγαγεν αὐτὸν ἔ
τῆς κώμης. Καὶ πτύσας εἰς τὰ ὄμματα αὐτοῦ, ἐπιθ
τὰς χεῖρας αὐτῷ ἐπηρώτα αὐτὸν, εἴ τι βλέπει. Κ
24 ἀναβλέψας ἔλεγε· Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους ὡς δένδρα
25 περιπατοῦντας. Εἶτα πάλιν ἐπέθηκε τὰς χεῖρας ἐπὶ το
ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι,
26 ἀποκατεστάθη καὶ ἔβλεπε τηλαυγῶς ἅπαντα. Καὶ ἀπ
στειλεν αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ λέγων· ὕπαγε εἰς τ
οἶκον σου, μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰςέλθῃς μηδὲ εἴπῃς τ
ἐν τῇ κώμῃ.
27 Καὶ ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τ
κώμας Καισαρείας τῆς Φιλίππου· καὶ ἐν τῇ ὁδῷ ἐπηρ
τα τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ λέγων αὐτοῖς· Τίνα με λέγου
28 οἱ ἄνθρωποι εἶναι; Οἱ δὲ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ λέγοντε
Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν, ἄλλοι Ἠλίαν, ἄλλοι δὲ ἕνα τ
29 προφητῶν. Καὶ αὐτὸς λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα
λέγετε εἶναι; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος λέγει αὐτῷ· Σ
30 ὁ Χριστός. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ λέγ
31 περὶ αὐτοῦ. Καὶ ἤρξατο διδάσκειν αὐτοὺς, ὅτι δεῖ
υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆ
τῶν πρεσβυτέρων καὶ ὑπὸ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων
32 ἀποκτανθῆναι καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι.
παῤῥησίᾳ τὸν λόγον ἐλάλει. Καὶ προςλαβόμενος αὐ

VIII, 17. al. τί διαλ. ἐν ἑαυτοῖς, ὀλιγόπιστοι vel ἐν ταῖς [...]αις ὑμῶν. 22. al. ἔρχονται. ib. al. Βηθσαϊδά. 23. al. β[...] 24. al. ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ. 25. al. ἅπαντας. ib. al. ἐνέβ[...] 26. al. εἰς οἶκον. 28. al. αὐτῷ λέγοντες omittunt. 29. al. κα[...]τὸς ἐπηρώτα αὐτούς. ib. al. post χριστὸς addunt ὁ υἱὸς τ. [...] (ζῶντος). 31. al. post αὐτοῦ l. ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ χριστός. ib. [...] τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. ib. al. καὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν γρ.

panes non habemus. Quo cognito Iesus ad eos dicit: quid 17
animo volvitis, quod panes non habetis? nondumne sapitis ne-
que intelligitis? etiamnum animum vestrum callo habetis ob-
ductum? Oculis valentes non videtis? et auribus valentes non 18
auditis? et non recordamini? Quum quinque illos panes fre- 19
gissem septem millibus, quot corbes frustorum plenos sustu-
listis? Respondent ei: duodecim. Quum vero septem illos 20
panes quatuor millibus, quot corbes implentia frusta sustu-
listis? Illi vero dixerunt: septem. Quibus ille dicebat: quo- 21
modo igitur nondum sapitis?

Et Bethsaidam ingressus caecum ei afferunt eumque ro- 22
gant, ut eum tangat. Et manu caeci apprehensa extra vi- 23
cum eum eduxit, et, sputo oculis eius immisso manibusque
ei impositis, interrogabat eum: an quid videret? Et oculis 24
sublatis dicebat: video homines ut arbores incedentes. Dein- 25
de iterum manibus oculis eius impositis oculos eum tollere
iussit: et restitutus est et procul videbat omnia. Et misit 26
eum domum suam his verbis: abi domum tuam neque in vi-
cum venias neque cuiquam in vico narres.

Et exiit Iesus eiusque discipuli in pagos Caesareae Phi- 27
lippi atque in via interrogabat discipulos suos his verbis:
quemnam me homines esse dicunt? Illi vero ei responderunt 28
hoc modo: Iohannem baptistam, alii Eliam, alii vero quen-
dam prophetarum. Quibus ipse: vos vero, inquit, quem- 29
nam me esse dicitis? Respondit autem ei Petrus his verbis:
tu es Christus. Et minatus est iis, ne cuiquam de se dice- 30
rent. Et coepit eos docere, esse in fatis, ut Messias mul- 31
ta perpeteretur, a senioribus populi, pontificibus et legispe-
ritis repudiaretur, interficeretur et exactis tribus diebus in
vitam rediret. Et palam hanc rem est elocutus. Et Pe- 32

---

ferentes cum indignatione quadam id, quod rei est, docet, libere profitens mirum se habere, quod id cogitaverint. 14—21. Matth. XVI, 1—12. Bethsaidae caecum e vico ductum et saliva tinctum sanat monens, ne cui rem enarret. 23—26. Bethsaida cum discipulis suis in pagos *Caesareae* Philippi proficiscens quum ex discipulis quaesivisset, quemnam homines ipsum esse arbitrarentur, omnium nomine *Petrus respondit*. Messiam esse. Iesus verum eum dixisse profitetur, *sed rem divulgare* vetat et de malis sibi subeundis, de morte *cruenta ac reditu* in vitam verba ad eos facit: et Petrum, qui

33 ὁ Πέτρος ἤρξατο ἐπιτιμᾷν αὐτῷ. Ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς κ
ἰδὼν τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἐπετίμησε τῷ Πέτρῳ λέγω
Ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ θεο
34 ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ προςκαλεσάμενος τὸν ὄχλ
σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ εἶπεν αὐτοῖς· εἴ τις θέλει ὀπ
σω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω τ
35 σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν θέ
τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ᾽ ἂν ἀπ
λέσῃ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελίο
36 οὗτος σώσει αὐτήν. Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπον, ἐ
κερδήσῃ τὸν κόσμον ὅλον καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτο
37 ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Ὃ
38 γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γ
νεᾷ ταύτῃ τῇ μοιχαλίδι καὶ ἁμαρτωλῷ, καὶ ὁ υἱὸς τ
ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δ
ξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

ΚΕΦ. ΙΧ.

1 Καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τι
τῶν ὧδε ἑστηκότων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτο
ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ἐληλυθυῖαν
δυνάμει.
2 Καὶ μεθ᾽ ἡμέρας ἓξ παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Π
τρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄ
ὑψηλὸν κατ᾽ ἰδίαν μόνους· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσ
3 αὐτῶν καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο στίλβοντα ὡς χιὼν, ο
4 γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι. Καὶ ὤφθη α
τοῖς Ἠλίας σὺν Μωϋσεῖ καὶ ἦσαν συλλαλοῦντες τῷ Ἰ
5 σοῦ. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος λέγει τῷ Ἰησοῦ· Ῥα
καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιήσωμεν σκ
6 τρεῖς, σοὶ μίαν καὶ Μωϋσεῖ μίαν καὶ Ἠλίᾳ μίαν.
7 γὰρ ᾔδει τί λαλήσῃ· ἦσαν γὰρ ἔκφοβοι. Καὶ ἐγέ
νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς καὶ ἦλθε φωνὴ ἐκ τῆς
φέλης· „Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· α
8 ἀκούετε.“ Καὶ ἐξάπινα περιβλεψάμενοι οὐκέτι οὐ
εἶδον, ἀλλὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον μεθ᾽ ἑαυτῶν. Καταβ

VIII, 34. al. ἀκολουθεῖν. 35. al. ἑαυτοῦ ψυχήν. 36. al.
θρωπος. XI, 2. al. τὸν Πέτρον καὶ τὸν Ἰάκ. καὶ Ἰωαν.
ib. al. post ὑψηλὸν addunt λίαν. 3. ante μετεμορφ. l. ἐν τ
εὔχεσθαι αὐτούς. ib. al. post στίλβ. l. λευκὰ λίαν. ib. al.
λευκᾶναι. al. aliter. al. omittunt οἷα — λευκᾶναι. 4. al.
σαν. 5. al. εἰ θέλεις vel θέλεις ποιήσωμεν. 6. al. ἀποκρι
λαλῆσαι. al. λαλήσει. 7. al. νεφέλης, λέγουσα. 8. al. ἀλλ
εἰ μή.

trus, manu eius apprehensa, coepit eum increpare. Ille ve- 33
ro conversus, discipulis suis conspectis, Petrum increpuit
his verbis: abi post me, Satana, quia non divina, sed hu-
mana agitas consilia. Atque illa hominum turba cum disci- 34
pulis ad se vocata, dixit iis: si quis me sequi vult, suarum
rerum obliviscatur suamque tollat crucem et me sequatur.
Nam quicunque vitam suam servare velit, eam perdet: qui- 35
cunque autem vitam suam propter me et doctrinam divi-
nam perdiderit, hic eam servabit. Quid enim utilitatis ho- 36
mini praestabit, si totum hunc mundum lucratus vitae suae
fecerit iacturam? Vel quid homo dabit, quo vitam suam re- 37
dimat? Quemcunque enim puduerit mei meaeque doctrinae 38
in hac adulterina et impia hominum natione, eius etiam
Messiam pudebit, quando venerit in splendore patris sui
cum angelis suis sanctis.

CAP. IX.

Et dicit iis: Sancte vobis confirmo, esse quosdam eo- 1
rum, qui hic adstant, qui non experientur mortem, donec
regnum divinum potenter venisse viderint.

Et sex diebus elapsis Iesus Petrum, Iacobum et Iohan- 2
nem adsumtos in altum montem privatim solos sursum duxit
iisque inspectantibus corporis speciem mutavit, et vestimen- 3
ta eius nivis instar splendentia reddita sunt, qualia fullo in
terra inducto candore efficere non potest. Et apparuit iis 4
Elias cum Mose; et colloquebantur cum Iesu. Et Petrus 5
Iesu respondit hac voce: magister, commodum est, nos hic
versari; et exstruamus tria tuguria, tibi unum, alterum
Mosi et tertium Eliae; nam nesciebat, quid loquendum es- 6
set; erant enim metu perculsi. Et exstitit nubes, quae um- 7
bram iis obduceret, et vox ex nube illa audita est: hic est
filius meus dilectus, hunc audite. Et quum subito circum- 8
spexissent, non amplius quemquam viderunt, sed Iesum so-
lum cum semetipsis. Qui quum de monte descenderent, 9

---

hac de causa eum obiurgat, sublimiora spectare iubet. Tum ad plebem et discipulos dicit: quicunque calamitates rei Christianae causa subit, ad vitam pertinget beatam; quicunque vero calamitates reformidat, spe illa excidit in reditu Messiae proxime instan-ta. 27—IX, 1. Matth. XVI, 13. Luc. IX, 18.

IX, 2. Petrus, Iacobus et Iohannes in monte solemni spectaculo, quo Iesus div. luce collustratus cum Mose atque Elia colloquitur, intersunt doctoremque divinitus Messiam declarari audiunt.

νόντων δὲ αὐτῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα
μηδενὶ διηγήσωνται ἃ εἶδον, εἰ μὴ ὅταν ὁ υἱὸς τοῦ ἀν-
10 θρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ. Καὶ τὸν λόγον ἐκράτησαν
πρὸς ἑαυτοὺς συζητοῦντες, τί ἐστι τὸ· ὅταν ἐκ νεκρῶν
11 ἀναστῇ. Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες· τί οὖν λέγουσ
12 οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; Ὁ δὲ ἀπο-
κριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκα-
θιστᾷ πάντα, καθὼς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώ-
13 που, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ. Ἀλλὰ λέ
ὑμῖν, ὅτι Ἠλίας ἐλήλυθε καὶ ἐποίησαν αὐτῷ ὅσα ἠθέλη-
σαν, καθὼς γέγραπται ἐπ᾽ αὐτόν.
14 Καὶ ἐλθὼν πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶδεν ὄχλον πολ
περὶ αὐτοὺς καὶ γραμματεῖς συζητοῦντας πρὸς αὐτο
15 Καὶ εὐθέως πᾶς ὁ ὄχλος ἰδόντες αὐτὸν ἐξεθαμβήθη
καὶ προστρέχοντες ἠσπάζοντο αὐτόν. Καὶ ἐπηρώτησε
16 τούς· Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς; Καὶ ἀποκριθεὶς εἷς
17 τοῦ ὄχλου εἶπε· Διδάσκαλε, ἤνεγκα τὸν υἱόν μου π
18 σε ἔχοντα πνεῦμα ἄλαλον. Καὶ ὅπου ἂν αὐτὸν καταλ
βῃ, ῥήσσει αὐτόν· καὶ ἀφρίζει καὶ τρίζει τοὺς ὀδόν
αὐτοῦ καὶ ξηραίνεται· καὶ εἶπον τοῖς μαθηταῖς σου,
19 αὐτὸ ἐκβάλωσι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς λ
Ὦ γενεὰ ἄπιστος, ἕως πότε πρὸς ὑμᾶς ἔσομαι; ἕως
20 ἀνέξομαι ὑμῶν; φέρετε αὐτὸν πρός με. Καὶ ἤνεγκαν
πρὸς αὐτόν· Καὶ ἰδὼν αὐτὸν εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάρ
21 αὐτὸν καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἐκυλίετο ἀφρίζων. Καὶ
ρώτησε τὸν πατέρα αὐτοῦ· Πόσος χρόνος ἐστὶν, ὡς
22 γέγονεν αὐτῷ; Ὁ δὲ εἶπε· Παιδόθεν. Καὶ πολλάκις
καὶ εἰς τὸ πῦρ ἔβαλε καὶ εἰς ὕδατα, ἵνα ἀπολέσῃ αὐ
ἀλλ᾽ εἴ τι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν σπλαγχνισθεὶς
23 ἡμᾶς. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τό· εἰ δύνασαι πι
24 σαι· πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. Καὶ εὐθέως κ
ὁ πατὴρ τοῦ παιδίου μετὰ δακρύων ἔλεγε· Πιστεύω,
25 ριε· βοήθει μου τῇ ἀπιστίᾳ! Ἰδὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς,
ἐπισυντρέχει ὄχλος, ἐπετίμησε τῷ πνεύματι τῷ ἀκα
τῳ λέγων αὐτῷ· Τὸ πνεῦμα τὸ ἄλαλον καὶ κωφὸν,
σοι ἐπιτάσσω· ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ καὶ μηκέτι εἰςέλθῃ
26 αὐτόν. Καὶ κράξαν καὶ πολλὰ σπαράξαν αὐτὸν ἐξ

IX, 10. al. τί ἐστι τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. ib. al. pro l. ὅτι. 12. al. καὶ πῶς. 15. al. συζητοῦντες αὐτοῖς. ib. al. ἰδὼν — ἐξεθαμβήθη. 16. al. pro αὐτοὺς l. τοὺς γραμματ[illegible] αὐτοῖς vel αὐτῷ λέγει. 21. al. pro ὡς l. ἐξ οὗ — ἀφ᾽ οὗ [illegible] ib. al. ἐκ παιδὸς vel παιδιόθεν. 23. al. εἰ δύνασαι. al. [illegible] πίστευσαι. 26. al. κράξας, — σπαράξας, omisso αὐτόν.

imperavit iis, ut nemini, quae vidissent, enarrarent, nisi
quando Messias e mortuis resurrexerit. Et hunc sermonem 10
firmiter tenuerunt inter se disceptantes, quid sit illud: ubi
ex mortuis resurrexisset. Et interrogabant eum his verbis: 11
quid igitur legisperiti dicunt, Eliam ante omnia venire de-
bere? Quibus ille hoc modo respondit: Elias quidem primum 12
venit omniaque in integrum restituit, quemadmodum in me
Messiam perscriptum legitur, fore, ut multas calamitates
subeam et contemnar. At vobis confirmo, Eliam venisse 13
eumque pro lubitu homines tractasse, quemadmodum in eum
relatum legitur.

Et quum ad discipulos suos venisset, magnam hominum 14
turbam circa eos vidit et legis peritos cum iis disputantes.
Atque extemplo tota hominum turba, eo conspecto, valde ob- 15
stupuerunt et accurrentes eum salutabant. Et interrogavit 16
eos: quid disceptatis cum iis? Et unus e plebe ei his verbis 17
respondit: doctor, adduxi filium meum ad te, qui malum
habet daemonem. Et ubicunque eum (malus daemon) com- 18
prehenderit, solo eum allidit; et (puer spumat frenditque
dentibus et tabescit: et dixi discipulis tuis, ut eum eiicerent,
nec potuerunt. Ille vero respondit his verbis: o incredula 19
hominum natio; quousque tandem apud vos ero? quousque
tandem vos feram? ferte eum ad me. Eumque ad eum tu- 20
lerunt: quem ubi vidisset, confestim malus daemon eum jac-
tavit et in terra lapsus volutabatur spumam emittens. Et 21
interrogavit patrem eius: quantum temporis est, quum hoc
ei accidit? Ille vero dixit: inde a pueris. Et saepe eum et 22
in ignem iecit et in aquas, ut eum perderet; sed, si quid
potes, subveni nobis, nostrum misertus. Iesus autem ei 23
dixit hoc: si fiduciam habere potes; omnia fieri possunt ei,
qui fiduciam habet. Et statim pater pueri cum lacrymis di- 24
cebat: fiduciam habeo, domine; subveni inopiae fiduciae
meae. Iesus autem quum aliam hominum turbam concur- 25
rere vidisset, impurum increpuit daemonem his verbis:
daemon mute et surde, ego tibi impero, egredere ex eo ne-
que amplius in eum ingredere. Et quum exclamasset mul- 26

Quod visum Iesus monte descendens ante suum in vitam reditum divulgari vetat. Discipulis rogantibus: an vere (ex opinione Iudaeorum) Elias rediturus sit ante Messiam, ut omnia in integrum restituat? affirmat, Eliam (i. e. Iohannem b.), quem male tractaverint, iam venisse. 2—13. Matth. XVII, 1. Luc. IX. Discipulis disputantibus cum legisperitis, Iesus quum ab homine de plebe didicisset, eos malum filii sui, quem adduxisset, genium exterminare non potuisse, fiduciae inopiam impedimento fuisse querens, mi-

Καὶ ἐγένετο ὡσεὶ νεκρὸς, ὥστε πολλοὺς λέγειν, ὅτι ἀπέ-
27 *θανεν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς κρατήσας αὐτὸν τῆς χειρὸς ἤγει-*
28 *ρεν αὐτὸν, καὶ ἀνέστη. Καὶ εἰςελθόντα αὐτὸν εἰς τὸν οἶ-*
κον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων αὐτὸν κατ' ἰδίαν· ὅτι
29 *ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς·*
Τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν
προσευχῇ καὶ νηστείᾳ.
30 *Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθόντες παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γα-*
31 *λιλαίας καὶ οὐκ ἤθελεν, ἵνα τὶς γνῷ. Ἐδίδασκε γὰρ*
τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ
ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἀνθρώπων, καὶ ἀπο-
κτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ ἀποκτανθεὶς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνα-
32 *στήσεται. Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα καὶ ἐφοβοῦντο αὐτὸν*
ἐπερωτῆσαι.
33 *Καὶ ἦλθεν εἰς Καφαρναούμ· καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενό-*
μενος ἐπηρώτα αὐτούς· Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς δι-
34 *λογίζεσθε; Οἱ δὲ ἐσιώπων· πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέχθη-*
35 *σαν ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μείζων. Καὶ καθίσας ἐφώνησε τοὺς*
δώδεκα καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἴ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται
36 *πάντων ἔσχατος καὶ πάντων δοῦλος. Καὶ λαβὼν παι-*
δίον ἔστησεν αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ ἐναγκαλισάμενος
37 *αὐτὸ εἶπεν αὐτοῖς· Ὃς ἐὰν ἓν τῶν τοιούτων παιδίων δέ-*
ξηται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ
δέξηται, οὐκ ἐμὲ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀποστείλαντά με.
38 *Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῷ ὁ Ἰωάννης λέγων· Διδάσκαλε, εἴδομεν*
τινα ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα δαιμόνια, ὃς οὐκ
39 *ἀκολουθεῖ ἡμῖν, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτόν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς*
εἶπε· Μὴ κωλύετε αὐτόν· οὐδεὶς γάρ ἐστιν, ὃς ποιήσει
δύναμιν ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου καὶ δυνήσεται ταχὺ κακολο-
40 *γῆσαί με. Ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν*
41 *ἐστιν. Ὃς γὰρ ἂν ποτίσῃ ὑμᾶς ποτήριον ὕδατος ἐν ὀνό-*
ματι, ὅτι Χριστοῦ ἐστε, ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ὅτι οὐ μὴ
42 *ἀπολέσῃ τὸν μισθὸν αὐτοῦ. Καὶ ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα*
τῶν μικρῶν τούτων τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, καλόν ἐστιν
αὐτῷ μᾶλλον, εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τρά-
43 *χηλον αὐτοῦ καὶ βέβληται εἰς τὴν θάλασσαν. Καὶ ἐὰν*
σκανδαλίζῃ σε ἡ χείρ σου, ἀπόκοψον αὐτήν· καλόν σοί
ἐστι κυλλὸν εἰςελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν ἢ τὰς δύο χεῖρας

IX, 28. al. *εἰςελθόντος* vel *ἐξελθόντος αὐτοῦ.* 31. al. *μετὰ τρεῖς ἡμέρας.* 35. al. *διάκονος.* 38. al. *Ἰωάννης.* ib. al. *τῷ* vel *ἐν τῷ.* ib. al. post *αὐτὸν* addunt *ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.* 40. al. *ὑπὲρ ὑμῶν.* al. *ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν.* 41. al. *ἐν τῷ ὀνόματί μου ὅτι* etc. 42. al. *λίθος ὀνικὸς* vel *μυλωνικός.*

tumque eum vellicasset, exiit. Et similis erat mortuo, ita
ut multi dicerent, eum mortuum esse. Iesus vero puerum 27
manu prehensum excitavit, et surrexit. Et domum illam 28
ingressum interrogabant eum seorsim discipuli: cur nos eum
eiicere non potuimus? Quibus ille: hoc genus, inquit, nul- 29
la re, nisi precibus et ieiuniis, potest exire.

Et illinc egressi obiter per Galilaeam proficiscebantur, 30
nec volebat, ut quis resciret. Docebat enim discipulos iis- 31
que dicebat: Messias traditur in manus hominum eumque
interficient et interfectus tertio die resurget. Illi vero ne- 32
sciebant hoc dictum eumque interrogare verebantur.

Et Capharnaumum ingressus, in domo, quam nostis, 33
constitutus interrogabat eos: de quanam re in via disputa-
batis? Illi vero tacebant; nam disputaverant inter se in via, 34
ecquis maior esset. Et quum consedisset duodecimviros 35
vocavit iisque dicit: si quis primus esse vult, omnium sit
ultimus omniumque servus. Et puerum sumtum atque in 36
medio eorum collocatum ulnis amplexus, iis dixit: Qui- 37
cunque unum talium puerorum meo exceperit nomine, me
excipit; et quicunque me exceperit, non me excipit, sed
eum qui me misit. Respondit autem ei Iohannes his ver- 38
bis: magister, vidimus quendam, qui nos non sequitur,
tuo nomine malos eiicientem daemones, eumque prohibuimus.
Iesus autem iis dixit: ne eum prohibete; nemo enim est, qui 39
meo nomine miraculum edet et illico mihi conviciari poterit.
Qui enim non contra vos est, vobiscum est. Quicunque enim 40
vobis hoc nomine, quod Christi estis (alumni), aquae poculum 41
porrexerit, sancte vobis confirmo: minime suum praemium
perdet. Et quicunque uni parvulorum, qui fidem mihi ha- 42
bent, offensioni fuerit, expedit ei magis, si saxo molari
circa eius collum alligato demergatur in mare. Et si manus 43
tua te offendat, abscide eam; expedit tibi mutilum ingredi
vitam illam (aeternam), quam ambas manus habentem con-

[illegible] homini, qui coram horrendum in modum cruciatur, sanitatem reddit. 14—29. Dum ex agro Caesareae Philippi per Galilaeam iter facit, significat discipulis iterum, se mortem esse subiturum, sed tertio die excitatum iri ab inferis. 30—33. Matth. XVII, 22. Luc. IX, 17. Capharnaumum ingressus discipulos, qui iam in via de principe in regno Messiano disputaverant (quod, Iesu ex [illegible]quaerente, eos referre pudet) puero in medio eorum collocato [illegible]; qui ingenium pueri referat. Iohanni hic eum interpellanti, [illegible] hominem, qui Iesu nomine malos exterminet daemones, re[illegible], id minime esse prohibendum; nam qui non inimicus sit, [illegible] esse habendum. Tum addit, quicunque apostolis vel [illegible] beneficium praebuerit, praemiis; qui vero contra ege-

ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον,
44 ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυ-
45 ται. Καὶ ἐὰν ὁ πούς σου σκανδαλίζῃ σε, ἀπόκοψον αὐ-
τόν· καλόν ἐστί σοι χωλὸν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν ἢ τοὺς
δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν εἰς τὸ πῦρ
46 τὸ ἄσβεστον, ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ
47 πῦρ οὐ σβέννυται. Καὶ ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλί-
ζῃ σε, ἔκβαλε αὐτόν· καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰσελ-
θεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ἢ τοὺς δύο ὀφθαλμοὺς
ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον
48 ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυ-
49 ται. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ
50 ἁλισθήσεται. Καλὸν τὸ ἅλας· ἐὰν δὲ τὸ ἅλας ἄναλον
γένηται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτύσετε; Ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἅλας
καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.

ΚΕΦ. Χ.

1 Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰου-
δαίας διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ συμπορεύεται
πάλιν ὁ ὄχλος πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰώθει καὶ πάλιν ἐδίδα-
2 σκεν αὐτούς. Καὶ προσελθόντες οἱ Φαρισαῖοι ἐπηρώτη-
σαν αὐτὸν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦσαι, πειράζον-
3 τες αὐτόν. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Τί ὑμῖν ἐνε-
4 τείλατο Μωϋσῆς; Οἱ δὲ εἶπον· Μωϋσῆς ἐνετείλατο βιβ-
5 λίον ἀποστασίου γράψαι καὶ ἀπολῦσαι. Καὶ ἀποκριθεὶς
ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς· Πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν
6 ἔγραψεν ὑμῖν τὴν ἐντολὴν ταύτην· ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως
7 ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς καὶ εἶπεν. „Ἕνε-
κεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ
τὴν μητέρα καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐ-
8 9 τοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.“ Ὥστε οὐκέτι
εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ. Ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν,
10 ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ πάλιν οἱ μα-
11 θηταὶ αὐτοῦ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐπηρώτησαν αὐτόν. Καὶ
λέγει αὐτοῖς· ἐὰν ἀνὴρ ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ

IX, 49. al. pro ἁλισθήσεται l. δοκιμασθήσεται. al. pro [illegible] θυσία l. πᾶς ἄρτος. 50. al. ἀρτυθήσεται. X, 1. al. διὰ τὸ [illegible] τ. Ἰ. vel πέραν τοῦ Ἰ. vel καὶ πέραν τ. Ἰ. ib. al. καὶ συμ[illegible]ονται πάλιν ὄχλοι πρὸς αὐτὸν καὶ, ὡς εἰώθει, πάλιν ἐδιδ[illegible] 2. al. Φαρισαῖοι. 4. al. ἐπέτρεψε. ib. al. δοῦναι l. pro [illegible] 7. al. προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. 10. al. εἰς τὴν [illegible] ib. al. περὶ τούτου. 11. al. ὃς ἐὰν et post μοιχᾶται ad[illegible] αὐτήν.

iici in geennam in ignem illum haud exstinguendum, ubi 44
vermis, qui eos exedit, non perit neque ignis, quo urun-
tur, exstinguitur. Et si pes te tuus offendat, excide eum; 45
expedit tibi claudum ingredi vitam illam, quam ambo pedes
habentem iniici in geennam in ignem illum haud exstinguen-
dum, ubi vermis, qui eos exedit, non perit neque ignis,
quo uruntur, exstinguitur. Et si oculus te tuus offendat, 46
eiice eum; expedit tibi luscum ingredi in regnum divinum, 47
quam ambo oculos habentem iniici in geennam in ignem il-
lum haud exstinguendum, ubi vermis, qui eos exedit, non 48
perit neque ignis, quo uruntur, exstinguitur. Quivis enim 49
igne (i. e. calamitatibus tanquam igne) salietur (tentabitur),
et quaevis victima sale conspergetur. Pulcrum est sal; sed 50
si sal insulsus redditus sit, quanam re eum condietis (i. e.
sapientia in insipientiam conversa irreparabile damnum con-
trahitur)? Habete in vobismetipsis salem (sapientiam), et
pacem mutuo colite.

CAP. X.

Hinc quum surrexisset, venit in fines Galilaeae per 1
Peraeam; et iterum plebs, uti consueverat, ad eum conve-
nit iterumque eos edocebat. Et Pharisaei quum advenissent, 2
interrogarunt eum, si liceat viro uxorem dimittere? ut eum
tentarent. Ille vero iis hoc modo respondit: quid Moses vo- 3
bis praecepit? Illi vero dixerunt: Moses praecepit divortii 4
libello scripto uxorem dimittere. Quibus Iesus respondit 5
his verbis: ad pertinaciam vestram respiciens hanc legem vo-
bis scripsit; sed ab initio rerum creatarum marem et femi- 6
nam fecerat eos Deus et dixerat: „propterea relinquet homo 7
patrem suum et matrem atque uxori suae adhaerebit, et qui
duo fuerunt, in unum corpus coalescent. Quin non am- 8
plius duo sunt, sed (unum corpus) unus.“ Quod igitur Deus 9
arctissime coniunxit, homo ne divellat. Atque in aedibus 10
iterum discipuli de eadem re eum interrogarunt. Quibus il- 11
le: si maritus, inquit, uxorem suam dimiserit aliamque in

---

re, poenis iri affectum: deinde, virtutem vel cum corporis demi-
nutione esse expetendam et sapientiam primo ponendam loco.
33—50. Matth. XVIII, 1. Luc. IX, 46. XVII, 1.

X, 1 Galilaea Iesus per Peraeam proficiscitur et dum in oppido
quodam plebem erudit, Pharisaeos de matrimonio dissolvendo in-
terrogantes idque licitum esse ad legem Mosaicam provocantes
docet, hac in re pervicaciam Iudaeorum respexisse, at quodvis
divortium quocunque pacto esse nefas. 1—9. Matth. XIX, 1. Idem
[illegible] in deversorium cum suis reversus. Pueris, quibus apostoli

12 γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· καὶ ἐὰν γυνὴ ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ
ἀνδρὸς καὶ γαμηθῇ ἄλλῳ, μοιχᾶται.

13 Καὶ προςέφερον αὐτῷ παιδία, ἵνα ἅψηται αὐτῶν·
14 οἱ δὲ μαθηταὶ ἐπετίμων τοῖς προςφέρουσιν. Ἰδὼν δὲ ὁ
Ἰησοῦς ἠγανάκτησε καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄφετε τὰ παιδία ἔρ-
χεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά· τῶν γὰρ τοιού-
15 των ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς
ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ
16 μὴ εἰςέλθῃ εἰς αὐτήν. Καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτά, τι-
θεὶς τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτὰ κατηυλόγει.

17 Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδόν, ἰδού τις πλού-
σιος προςδραμὼν καὶ γονυπετήσας αὐτὸν ἐπηρώτα αὐτόν·
Διδάσκαλε ἀγαθέ, τί ποιήσω, ἵνα ζωὴν αἰώνιον κλη-
18 ρονομήσω; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Τί με λέγεις ἀγα-
19 θόν; οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς, ὁ θεός. Τὰς ἐντολὰς
οἶδας· „Μὴ μοιχεύσῃς· Μὴ φονεύσῃς· Μὴ κλέψῃς·
Μὴ ψευδομαρτυρήσῃς· Μὴ ἀποστερήσῃς· Τίμα τὸν
20 πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα.“ Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν
αὐτῷ· Διδάσκαλε, ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός
21 μου· τί ἔτι ὑστερῶ; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγά-
πησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἕν σοι ὑστερεῖ· εἰ θέλεις
τέλειος εἶναι, ὕπαγε, ὅσα ἔχεις πώλησον καὶ δὸς τοῖς
πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο
22 ἀκολούθει μοι ἄρας τὸν σταυρόν σου. Ὁ δὲ στυγνάσας
ἐπὶ τῷ λόγῳ ἀπῆλθε λυπούμενος· ἦν γὰρ ἔχων κτήματα
23 πολλά. Καὶ περιβλεψάμενος ὁ Ἰησοῦς λέγει τοῖς μαθη-
ταῖς αὐτοῦ· Πῶς δυςκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰς
24 τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰςελεύσονται. Οἱ δὲ μαθηταὶ
ἐθαμβοῦντο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς πάλιν
ἀποκριθεὶς λέγει αὐτοῖς· Τέκνα, πῶς δύσκολόν ἐστι τοὺς
πεποιθότας ἐπὶ τοῖς χρήμασιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ
25 εἰςελθεῖν! Εὐκοπώτερόν ἐστι, κάμηλον διὰ τῆς τρυμα-
λιᾶς τῆς ῥαφίδος διελθεῖν ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν
26 τοῦ θεοῦ εἰςελθεῖν. Οἱ δὲ περισσῶς ἐξεπλήσσοντο λέ-
27 γοντες πρὸς ἑαυτούς· Καὶ τίς δύναται σωθῆναι; Ἐμ-

X, 12. al. κ. ἐ. γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς. 13. al. ... αὐτ. 14. al. μή, omisso καί. 16. al. προςκαλεσάμενος l. pro ἐναγκ. ib. al. τιθεὶς τ. χ. ἐπ' αὐτά, ηὐλόγει αὐτά. 17. al. προςδραμών vel προςελθών τις εἷς πλούσιος. 20. al. ἐφύλαξα. 21. al. ... τί ἔτι ὑστερῶ. ib. al. εἰ θέλεις τέλειος εἶναι excludunt. 25. al. ... διελθεῖν l. εἰςελθεῖν vel sequens εἰςελθεῖν excludunt.

in matrimonium duxerit, adulterium committit: et si uxor 12
maritum deseruerit alii que nupserit, adulterium committit.

Et afferebant ei pueros, ut eos tangeret; sed discipuli 13
eos, qui afferebant, increpabant. Quod quum Iesus vidis- 14
set, aegre tulit iisque dixit: sinite hos pueros venire ad me
nec eos prohibete; nam talibus regnum divinum destinatum
est. Sancte vobis confirmo, quicunque non exceperit re- 15
gnum divinum ut puer, eum id minime intrare. Quos am- 16
plexatus bona iis apprecabatur, manus iis imponens.

Et quum exiret in viam, ecce, dives quidam accurrit 17
et ad pedes eius prolapsus eum interrogabat: bone magister,
quid faciam, ut ad vitam aeternam pertingam? Iesus au- 18
tem ei respondit: quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi
unus, Deus. Leges nosti: „ne adulterium committas: ne 19
committas caedem; ne surripias: ne peiures: ne defraudes:
honora patrem tuum et matrem.“ Ille vero hoc modo ei respon- 20
dit: magister, haec omnia observavi a pueritia mea; quid-
nam mihi amplius restat? Verum Iesus eum intuitus be- 21
nigne eum affatus est his verbis: unum tibi restat; si vis
perfectus esse, abi, omnibusque bonis tuis divenditis, da
pauperibus et thesaurum habebis in coelo, et huc, sequere
me, cruce tua sublata. Ille autem in tristitiam hac voce 22
coniectus tristis abiit; nam multas habebat opes. Et Iesus 23
quum oculos circumtulisset, discipulis suis dicit: quam
difficile, qui huius terrae opes possident, in regnum divinum
ingrediuntur. Discipuli autem his eius verbis obstupefie- 24
bant. At Iesus iterum iis respondit his verbis: dilectissimi, 25
quam difficile est, ut qui opibus confidant, in regnum divi-
num ingrediantur. Facilius est, ut camelus acus foramen
transeat, quam dives in regnum intret divinum. Illi vero 26
supra modum perculsi sunt ad semetipsos dicentes:
quisnam potest ad salutem pertingere? Intuitus autem 27

[illegible] prohibent, id quod Iesus cum indignatione quadam vi- tuperat, quoniam pueri quam maxime idonei sint ad regnum [illegible] pertingendum, impositis manibus apprecatur bona. 17—27. Matth. XIX, 13. Luc. XVIII, 15. Quum Iesus in eo est, ut [illegible] exeat, adit eum homo locuples sciscitans, qua ratione ad vitam pertingat beatam. Praecepta Mosis observando quum [illegible]respondisset, regerit, iam a pueris se iis satisfecisse. Tum [illegible] auctor est, ut, omnibus bonis in usum pauperum diven[ditis], [illegible] animo omnes calamitates subeundo ipsum sequatur. [illegible] abit animo. Qua occasione declarat, esse longe difficilli- mum, divites pertingere ad regnum Messianum; nisi Deus iis

βλέψας δὲ αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς λέγει· Παρὰ ἀνθρώποις τοῦ
ἀδύνατόν ἐστι, ἀλλ᾽ οὐ παρὰ Θεῷ· πάντα γὰρ δυν
ἐστι παρὰ Θεῷ.
28 Ἤρξατο δὲ ὁ Πέτρος λέγειν αὐτῷ· Ἰδοὺ, ἡμ
29 ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. Ἀποκριθεὶ
Ἰησοῦς εἶπεν· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀφῆ
οἰκίαν ἢ ἀδελφοὺς ἢ ἀδελφὰς ἢ πατέρα ἢ μητέρα ἢ
ναῖκα ἢ τέκνα ἢ ἀγροὺς ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγελ
30 ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα νῦν ἐν τῷ καιρῷ τοι
οἰκίας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς καὶ πατέρα καὶ μητ
καὶ τέκνα καὶ ἀγροὺς μετὰ διωγμῶν, καὶ ἐν τῷ αἰ
31 τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον. Πολλοὶ δὲ ἔσονται πρῶ
ἔσχατοι καὶ ἔσχατοι πρῶτοι.
32 Ἦσαν δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἀναβαίνοντες εἰς Ἱεροσόλυ
καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐθαμβοῦντο ἀ
λουθοῦντες καὶ ἐφοβοῦντο. Καὶ παραλαβὼν πάλιν τ
δώδεκα ἤρξατο αὐτοῖς λέγειν τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμ
33 νειν· Ὅτι, ἰδοὺ! ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ
τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γρ
ματεῦσι καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ καὶ παρα
34 δώσουσιν αὐτὸν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμπαίξουσιν αὐτῷ
μαστιγώσουσιν αὐτὸν καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ καὶ ἀπο
κτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.
35 Καὶ προσπορεύονται αὐτῷ Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης
υἱοὶ Ζεβεδαίου, λέγοντες· Διδάσκαλε, θέλομεν, ἵνα
36 ἐὰν αἰτήσωμέν σε, ποιήσῃς ἡμῖν. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτ
37 Τί θέλετε, ἵνα ποιήσω ὑμῖν; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ
ἡμῖν, ἵνα εἷς ἐκ δεξιῶν σου καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων
38 καθίσωμεν ἐν τῇ δόξῃ σου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐ
Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε. Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον
ἐγὼ πίνω, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βα
39 σθῆναι; Οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ· Δυνάμεθα. Ὁ δὲ Ἰη
εἶπεν αὐτοῖς· Τὸ μὲν ποτήριον, ὃ ἐγὼ πίνω, πί
καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσ
40 τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων μου
41 ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ᾽ οἷς ἡτοίμασται. Καὶ ἀκού

X, 27. al. omisso τοῦτο et ἐστι l. ἀδύνατον. ib. al. παρὰ
28. al. l. Ἤρξατο. al. καὶ s. τότε ἤρξατο. 29. al. Ἀπο
ib. καὶ ἕνεκεν ἐμοῦ καὶ τοῦ εὐαγγ. 30. al. pro πατ. κ. μητ. l.
al. addunt καὶ πατέρας. 31. al. οἱ ἔσχατοι. 32. al. omi
βοῦντο et al. l. κ. ἐθ. καὶ ἀκολ. ἐφ. 35. al. καὶ λέγουσιν
al. ἵνα omittunt et σε. 36. al. τί θέλετε ποιῆσαί με ὑμῖν.
τὸ βάπτισμα. 40. al. ἢ ἐξ εὐωνύμων. ib. al. οἷς ἡτοίμασται
πατρός μου.

eos Iesus dicit: hominum iudicio hoc fieri nequit, sed non
Dei iudicio; nam Dei iudicio omnia fieri possunt.
Petrus autem ei dicere coepit: ecce, nos, omnibus re- 28
lictis, te sumus secuti. Iesus hoc modo respondit: sancte 29
vobis confirmo, nemo est, qui reliquerit domos aut fratres
aut sorores aut patrem matremve aut uxorem aut liberos
aut agros mea caussa et doctrinae divinae, quin centuplicia 30
accipiat nunc hac (quae Messiam antecedit) aetate domos
et fratres et sorores et patrem et matrem et uxorem et libe-
ros et agros, dum vexetur, et futuro (quo Messias advene-
rit) tempore vitam aeternam. Multi autem (qui) ultimi 31
(sunt) erunt primi et primi ultimi.
Erant autem in via, adscendentes Hierosolyma; et 32
Iesus iis praegrediebatur et pavebant, sequentes et metue-
bant. Et assumtis iterum duodecimviris coepit cum iis
communicare quae sibi essent eventura. Ecce, adscendimus 33
Hierosolyma et Messias tradetur summis sacerdotibus legis-
que peritis et capitis eum condemnabunt et tradent eum
gentilibus et illudent ei et flagellis eum caedent atque in- 34
spuent ei eumque interficient, et tertio die resurget.
Et accedunt ad eum Iacobus et Iohannes, filii Zebe- 35
daei, dicentes: magister, volumus, ut, quodcunque a te
petierimus, nobis facias. Quibus: quid vultis, inquit, ut 36
vobis faciam? Illi vero ei respondent: da nobis, ut alter 37
tibi a dextris, alter tibi a sinistris in maiestate tua sedea-
mus. Iesus autem iis dixit: nescitis, quid petatis. Potes- 38
tisne poculum, quod ego bibo, bibere et lavacro, quo ego
perfundor, perfundi? Illi vero ei dicunt: possumus. Sed 39
ille iis: poculum quidem, inquit, quod ego bibo, bibetis
et lavacro, quo ego perfundor, perfundemini, sedere au- 40
tem mihi a dextris meis et sinistris meis non est meum con-
cedere, sed quibus destinatum est. Quo audito, decem 41

[illegible] 17—27. Ex apostolis hac voce perculsis Petrus quum [illegible], id ipsum, quod locuples ille a se non impetraverit, se [illegible] apostolos praestitisse, sed quem in finem? Iesus affir- [illegible], quicunque regni Messiani caussa terrena missa fecerit, eum [illegible] iacturam centuplicato iudicio extremo esse compen- [illegible], temporis tamen rationem hac in re esse nullam. 28—31. [illegible] XIX, 16. Luc. XVIII, 18. Denuo iis in itinere Hierosolymas [illegible] significat, se mortem subiturum esse cruentam, at tertio [illegible] vitam rediturum. 32—34. Iohannem et Iacobum, filios [illegible], primas in regno Messiano partes sibi expetentes monet [illegible], eos eiusmodi, quod ipse, supplicium perpeti non posse: [illegible], quum id a se impetrare posse affirmassent, soli Deo id

τες οἱ δέκα ἤρξαντο ἀγανακτεῖν περὶ Ἰακώβου καὶ Ἰω-
42 νου. Ὁ δὲ Ἰησοῦς προςκαλεσάμενος αὐτοὺς λέγει αὐτ-
Οἴδατε, ὅτι οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν κατακυρι-
ούσιν αὐτῶν καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν κατεξουσιάζουσιν
43 τῶν. Οὐχ οὕτω δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ
44 ὑμῖν γενέσθαι μέγας, ἔσται ὑμῶν διάκονος· καὶ ὃς
45 θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔσται πάντων δοῦλος.
γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀ-
διακονῆσαι καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον
πολλῶν.
46 Καὶ ἔρχονται εἰς Ἱεριχώ· καὶ ἐκπορευομένου αὐ-
ἐκεῖθεν καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ ὄχλου ἱκανοῦ
υἱὸς Τιμαίου, Βαρτίμαιος ὁ τυφλὸς ἐκάθητο παρὰ
47 ὁδὸν προςαιτῶν. Καὶ ἀκούσας, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Να-
ραῖός ἐστιν, ἤξατο κράζειν καὶ λέγειν, υἱὲ Δαυὶδ ἐλέη-
48 με! Καὶ ἐπετίμων αὐτῷ πολλοὶ, ἵνα σιωπήσῃ·
49 πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν· Υἱὲ Δαυὶδ, ἐλέησόν με!
στὰς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· φωνήσατε αὐτόν· καὶ φωνοῦσι
50 τυφλὸν λέγοντες αὐτῷ· Θάρσει, ἔγειραι, φωνεῖ σε. Ὁ
ἀποβαλὼν τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ ἀναστὰς ἦλθε πρὸς
51 Ἰησοῦν. Καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τί
θέλεις ποιήσω; Ὁ δὲ τυφλὸς εἶπεν αὐτῷ· Ῥαββ-
52 ἵνα ἀναβλέψω. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ὕπαγε·
πίστις σου σέσωκέ σε. Καὶ εὐθέως ἀνέβλεψε καὶ ἠ-
λούθει αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ.

ΚΕΦ. XI.

1 Καὶ ὅτε ἔγγισεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθεν
Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαι-
2 ἀποστέλλει δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ καὶ λέγει αὐτ-
Ὑπάγετε εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν, καὶ εὐ-
εἰςπορευόμενοι εἰς αὐτὴν εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον,
ὃν οὐδέπω οὐδεὶς ἀνθρώπων κεκάθικε· λύσαντες αὐ-
3 ἀγάγετε· καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ· Τί ποιεῖτε; εἴπατε·
ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει· καὶ εὐθέως αὐτὸν ἀποστ-
4 ὧδε. Ἀπῆλθον δὲ καὶ εὗρον πῶλον δεδεμένον πρὸς

X, 43. al. οὐχ οὕτω δὲ ἐστιν ἐν ὑμῖν. ib. διάκονος ὑμῶν. ὃς ἂν θέλῃ ὑμῶν γενέσθαι πρῶτος. 46. al. καὶ ἐκπορευομένου ἀπὸ Ἱεριχῶ. ib. al. υἱὸς Τιμαίου. 47. al. ὁ υἱὸς vel υἱὸς Ἰησοῦ. 49. al. εἶπεν αὐτὸν φωνηθῆναι. ib. al. ἔγειρε. 51. θέλεις ποιήσω σοι. ib. al. Ῥαββονί. 52. τῷ Ἰησοῦ. XI, 1. ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα, εἰς B. 2. al. οὐδέπω ἐκ-
3. al. τί ποιεῖτε τοῦτο; vel τί λύετε τὸν πῶλον; ib. al.
4. al. τὸν πῶλον.

discipuli coeperunt Iacobo et Iohanni indignari. Sed Iesus 42
quum eos advocasset, dicit iis: nostis, qui imperare sibi
videntur populis, duro eos imperio continere principesque
perniciosam in eos exercere potestatem. At non sic erit 43
inter vos, sed quicunque inter vos magnus esse voluerit,
vester erit minister: et quicunque inter vos primus esse vo- 44
luerit, omnium erit servus. Etenim Messias non venit, ut 45
sibi ministraretur, sed ut ministraret vitamque profunderet
redemtionis pretium loco multorum.

Et venit Hierichuntem; et quum illinc egrederetur 46
14 μένον ὑμῖν πράσσετε. Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν καὶ στρατευ-
όμενοι λέγοντες· Καὶ ἡμεῖς τί ποιήσομεν; Καὶ εἶπε πρὸς
αὐτούς· Μηδένα διασείσητε μηδὲ συκοφαντήσητε, καὶ
15 ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν. Προσδοκῶντος δὲ τοῦ
λαοῦ καὶ διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν
16 περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ἀπεκρί-
νατο ὁ Ἰωάννης ἅπασι λέγων· Ἐγὼ μὲν ὕδατι βαπτίζω
ὑμᾶς, ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς

III, 1. pro Ἰτουρ. al. l. Ἰδουμαίας. ib. al. Ἀβειληνῆς s. Ἀβι-λιανῆς s. Ἀβιλλιανῆς. 2. al. l. ἐπ’ ἀρχιερέων. ib. al. τὸν τοῦ Ζαχαρίου. 4. al. l. τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου — τὰς τρίβους ὑμῶν vel τῷ θεῷ ὑμῶν. 5. al. εὐθείας. 8. al. καρπὸν ἄξιον. 9. al. ἰδοὺ δὲ ἤδη. 10. al. ἐπηρώτησαν. ib. al. τί ποιήσωμεν †, ἵνα σωθῶμεν. 11. al. ἔλεγεν. 12. al. ὁμοίως βαπτ. ὑπ’ αὐτοῦ. 13. al. πράσσειν 16. al. ἐπιγνοὺς τὰ διανοήματα αὐτῶν εἶπεν ὁ Ἰωάννης. ib. al. βαπτ. ὑμ. εἰς μετανοιαν. ib. al. ὁ ἐρχόμενος ἰσχ μοῦ ἐστιν. ib. al. τοῦ ὑποδήματος.

cha, fratre vero eius Philippo tetrarcha Abilenes, sub sum-
mo pontifice Anna et Caiapha Deus mandatum dedit Iohanni 2
Zachariae filio in loco, quem nosti, deserto. Et prodiit
in totam regionem Iordani circumiacentem palam docens lo- 3
tionem sacram ad mores emendandos, ut veniam peccatorum
consequerentur: ut scriptum legitur in libro effatorum Ie- 4
saiae prophetae, qui haec cecinit: *) „vox est clamantis in
deserto; parate viam domini! complanate eius semitas!
Omnis terrae hiatus explebitur omnisque mons et tumulus 5
deprimetur: et tortuosa quaeque erunt recta et asperae quae-
que viae planae; (i. e. iniqua fiant aequa, superba modesta,
improba proba;) et quisque oculis usurpabit Dei salutem.“ 6
Dicebat igitur multitudini egredienti, ut sacra lotione im- 7
bueretur: quis vobis persuasit, posse vos effugere iram
Dei venturam? Edite igitur, quae emendatum animum de- 8
cent, facinora et ne incipiatis dicere vobiscum: patrem habemus
Abrahamum. Dico enim vobis, posse Deum ex lapidibus
hisce prolem Abrahamo excitare. Iam vero etiam securis 9
iam admota est ad arborum radicem; quaecunque igitur ar-
bor bonum non edit fructum, exciditur et traditur flammis.
Et interrogabat eum multitudo his verbis: quid igitur facie- 10
mus? Cui respondit his verbis: quicunque duas habet tunicas, 11
impertiat non habenti: et quicunque habet alimenta, similiter
faciat. Venerunt autem etiam portitores et dixerunt ad eum: 12
magister, quid faciemus? Ille vero ad eos dixit: ne quid 13
amplius contra id quod vobis constitutum est agatis. Interro-
gabant autem eum etiam milites his verbis: et nos quid facie- 14
mus? et dixit ad eos: nolite quemquam concutere neque de-
fraudare, et contenti estote stipendiis vestris. Exspectante 15
autem populo omnibusque animis suis volventibus de Iohanne,
num forte ipse esset Messias, respondit Iohannes omnibus
dicens: Equidem immergo vos aqua; venit autem qui plus 16
me valet, cuius ut solvam calceamentorum corrigiam, non

*) Ies. XL, 3.

in Iudaea ad Iordanem perversos aequalium, qui ad eum confluunt, mores perstringit eosque gravissimis Dei minatus poenis ad meliorem vitam revocare studet. 1—14. Iohannes h. populo, ipsum Messiam esse opinanti, ingenue animoque demisso profitetur, Messiam, qui iam in eo sit, ut veniat, ipso longe esse sublimiorem

λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ· αὐτὸς ὑμᾶς
17 βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. Οὗ τὸ πτύον ἐν
τῇ χειρὶ αὐτοῦ καὶ διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα αὐτοῦ καὶ
συνάξει τὸν σῖτον εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ, τὸ δὲ ἄχυ-
18 ρον κατακαύσει πυρὶ ἀσβέστῳ. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἕτε-
19 ρα παρακαλῶν εὐηγγελίζετο τὸν λαόν. Ὁ δὲ Ἡρώδης ὁ
τετράρχης, ἐλεγχόμενος ὑπ᾽ αὐτοῦ περὶ Ἡρωδιάδος τῆς
γυναικὸς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ καὶ περὶ πάντων ὧν ἐποίησε
20 πονηρῶν ὁ Ἡρώδης, προςέθηκε καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι καὶ
κατέκλεισε τὸν Ἰωάννην ἐν τῇ φυλακῇ.

21 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ βαπτισθῆναι ἅπαντα τὸν λαὸν καὶ
Ἰησοῦ βαπτισθέντος καὶ προςευχομένου ἀνεῳχθῆναι τὸν
22 οὐρανὸν καὶ καταβῆναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σωματικῷ
εἴδει, ὡςεὶ περιστερὰν, ἐπ᾽ αὐτὸν καὶ φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ
γενέσθαι λέγουσαν· „Σὺ εἶ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν
σοὶ ηὐδόκησα."

23 Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡςεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχό-
24 μενος, ὤν, ὡς ἐνομίζετο, υἱὸς Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλὶ, τοῦ
Ματθὰτ, τοῦ Λευῒ, τοῦ Μελχὶ, τοῦ Ἰαννὰ, τοῦ Ἰω-
25 σὴφ, τοῦ Ματταθίου, τοῦ Ἀμὼς, τοῦ Ναοὺμ, τοῦ
26 Ἐσλὶ, τοῦ Ναγγαὶ, τοῦ Μαὰθ, τοῦ Ματταθίου, τοῦ
27 Σεμεῒ, τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Ἰωαννᾶ, τοῦ
Ῥησὰ, τοῦ Ζοροβάβελ, τοῦ Σαλαθιὴλ, τοῦ Νηρὶ,
28 τοῦ Μελχὶ, τοῦ Ἀδδὶ, τοῦ Κωσὰμ, τοῦ Ἐλμωδὰμ,
29 τοῦ Ἢρ, τοῦ Ἰωσὴ, τοῦ Ἐλιέζερ, τοῦ Ἰωρεὶμ, τοῦ
30 Ματθὰτ, τοῦ Λευῒ, τοῦ Συμεὼν, τοῦ Ἰούδα, τοῦ
31 Ἰωσὴφ, τοῦ Ἰωνὰν, τοῦ Ἐλιακεὶμ, τοῦ Μελεᾶ, τοῦ
32 Μαϊνὰν, τοῦ Ματταθὰ, τοῦ Ναθὰν, τοῦ Δαυῒδ, τοῦ
Ἰεσσαὶ, τοῦ Ὠβὴδ, τοῦ Βοὸζ, τοῦ Σαλμὼν, τοῦ Ναασ-
33 σὼν, τοῦ Ἀμιναδὰβ, τοῦ Ἀρὰμ, τοῦ Ἐσρὼμ, τοῦ Φα-
34 ρὲς, τοῦ Ἰούδα, τοῦ Ἰακὼβ, τοῦ Ἰσαὰκ, τοῦ Ἀβραὰμ,
35 τοῦ Θάρα, τοῦ Ναχὼρ, τοῦ Σεροὺχ, τοῦ Ῥαγοῦ, τοῦ
36 Φαλὲκ, τοῦ Ἐβὲρ, τοῦ Σαλὰ, τοῦ Καϊνὰν, τοῦ Ἀρφα-
37 ξὰδ, τοῦ Σὴμ, τοῦ Νῶε, τοῦ Λάμεχ, τοῦ Μαθουσάλα,
38 τοῦ Ἐνὼχ, τοῦ Ἰαρὲδ, τοῦ Μαλελεὴλ, τοῦ Καϊνὰν, τοῦ
Ἐνὼς, τοῦ Σὴθ, τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ θεοῦ.

III, 17. al. διακαθάραι. 18. al. παραινῶν εὐηγγελ. 19. al. ὑπὸ Φιλίππου τοῦ ἀδελ. 20. al. ἐνέκλεισε. 21. al. μετὰ τὸ βαπτ. 22. al. σωματικῶς ἐν εἴδει. 35. al. Σαροὺχ †. 36. al. τοῦ Καϊνὰν, al. omittunt.

sum idoneus; is ipse vos tinget Spiritu sancto et igni. Cu- 17
ius (erit) ventilabrum in eius manu, et purgabit aream suam
et frumentum in horreum colliget, inutilem autem stipulam
igni comburet haud exstinguendo. Multa igitur (non solum 18
haec, quae attuli, sed) etiam alia cohortans populum lae-
tum (de regno Messiano) afferebat nuntium. Herodes au- 19
tem tetrarcha, graviter admonitus ab eo de Herodiade,
uxore fratris eius et de omnibus, quae impie fecerat Hero-
des, omnibus addidit etiam hoc, et in vincula Iohannem 20
coniecit.

Accidit autem, ut, quum omnis multitudo sacra lotio- 21
ne imbueretur, etiam Iesu sacra lotione imbuto et preces
fundente coelum esset apertum et Spiritus divinus corpo- 22
rea facie modo columbae super eum descenderet et vox
coelitus emitteretur haec: „tu es filius meus dilectus, qui
mihi placet.“

Et ipse Iesus, quum initium faceret (palam docendi) 23
triginta circiter annos natus, erat filius, ut putabatur,
Iosephi; hic vero Eliae erat filius, hic Mathati, hicce Levi, 24
hic Melchaei, hic Iannaei, hic Iosephi, hic Mattathiae, hic 25
Amosi, hic Naumi, hic Heslei, hic Nangei, hic Mahathi, 26
hic Matthatiae, hic Semei, hic Iosephi, hic Iudae, hic Io- 27
hannei, hic Resaei, hic Zorobabelis, hic Salathielis, hic
Nerei, hic Melchaei, hic Addei, hic Cosami, hic Elmada- 28
mi, hic Heri, hic Iosis, hic Eliezeri, hic Iorimi, hic Mat- 29
thati, hic Levi, hic Simeonis: hic Iudae, hic Iosephi, hic 30
Ionae, hic Eliakimi, hic Meleaci, hic Mennae, hic Mattha- 31
thae, hic Nathanis, hic Davidis, hic Iessaei, hic Obedi, 32
hic Boosi, hic Salmonis, hic Naassonis, hic Aminadabi, 33
hic Arami, hic Esromi, hic Pharesii, hic Iudae, hic Iacobi, 34
hic Isaaci, hic Abrahae, hic Tharae, hic Nachoris, hic Sa- 35
rugi, hic Ragavii, hic Phalegi, hic Heberi, hic Salaei,
hic Cainanis, hic Arphaxadi, hic Semi, hic Noachi, hic 36
Lamechi, hic Mathusalae, hic Enochi, hic Iaredi, hic Ma- 37
laleelis, hic Cainanis, hic Henosi, hic Sethi, hic denique 38
Adami, Dei filii.

---

eiusque munus longe angustius. Idem Iohannes ab Herode, quod matrimonium cum Herodiade illicitum declaraverat, in vincula coniicitur. 15—20. Matth. XIV, 3. Marc. VI, 57. — Iesus in baptismo coelitus Messias declaratur, 21. 22. Matth. III, 1. Marc. I, 1. — Stemma Iesu Christi refertur ad Adamum usque. 23—38. Matth. I, 1.

ΚΕΦ. IV.

1 Ἰησοῦς δὲ πνεύματος ἁγίου πλήρης ὑπέστρεψεν ἀπὸ
τοῦ Ἰορδάνου καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον,
2 ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου.
Καὶ οὐκ ἔφαγεν οὐδὲν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις· καὶ συν-
3 τελεσθεισῶν αὐτῶν ἐπείνασε. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβο-
λος· Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, εἰπὲ τῷ λίθῳ τούτῳ, ἵνα γέ-
4 νηται ἄρτος. Καὶ ἀπεκρίθη Ἰησοῦς πρὸς αὐτὸν λέγων·
Γέγραπται· Ὅτι οὐκ ἐπ᾽ ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρω-
5 πος, ἀλλ᾽ ἐπὶ παντὶ ῥήματι θεοῦ." Καὶ ἀναγαγὼν αὐ-
τὸν ὁ διάβολος εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἔδειξεν αὐτῷ πάσας τὰς
6 βασιλείας τῆς οἰκουμένης ἐν στιγμῇ χρόνου. Καὶ εἶπεν
αὐτῷ ὁ διάβολος· Σοὶ δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπα-
σαν καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν· ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, καὶ ᾧ
7 ἐὰν θέλω, δίδωμι αὐτήν· σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώ-
8 πιόν μου, ἔσται σου πᾶσα. Καὶ ἀποκριθεὶς αὐτῷ εἶπεν
ὁ Ἰησοῦς· Γέγραπται· "Προσκυνήσεις κύριον τὸν θεόν
9 σου καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις." Καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς
Ἱερουσαλὴμ καὶ ἔστησεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱε-
ροῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ θεοῦ, βάλε σεαυτὸν
10 ἐντεῦθεν κάτω· γέγραπται γάρ· „Ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐ-
τοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ τοῦ διαφυλάξαι σε· καὶ ἐπὶ χει-
11 ρῶν ἀροῦσί σε, μή ποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πό-
12 δα σου." Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι
13 εἴρηται· „Οὐκ ἐκπειράσεις κύριον τὸν θεόν σου." Καὶ
συντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος ἀπέστη ἀπ᾽ αὐ-
τοῦ ἄχρι καιροῦ.
14 Καὶ ὑπέστρεψεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ δυνάμει τοῦ πνεύ-
ματος εἰς τὴν Γαλιλαίαν· καὶ φήμη ἐξῆλθε καθ᾽ ὅλης
15 τῆς περιχώρου περὶ αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸς ἐδίδασκεν ἐν ταῖς
16 συναγωγαῖς αὐτῶν δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων. Καὶ ἦλθεν
εἰς τὴν Ναζαρέτ, οὗ ἦν τεθραμμένος· καὶ εἰσῆλθε κατὰ
τὸ εἰωθὸς αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων εἰς τὴν συν-
17 αγωγὴν καὶ ἀνέστη ἀναγνῶναι. Καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βι-
βλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον

IV, 1. al. ἐν τῇ ἐρήμῳ. 2. al. ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. ib. al. οὐκ ἔφ. οὐδὲν οὐδὲ ἔπιε. ib. al. ὕστερον ἐπείνασε. 3. al. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ διάβ. ib. al. ἵνα λίθοι οὗτοι ἄρτοι γίνωνται. 4. al. ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ. 5. al. ἀγαγών. ib. al. τὰς βασιλ. τοῦ κόσμου. 7. al. l. ἔσται σου πάντα †. 8. al. l. εἶπεν ὁ Ἰ. ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ· γέγραπται γάρ †. 9. al. ὁ υἱὸς †. 11. al. καὶ ὅτι ἐπὶ χειρῶν. 12. Latini quidam vs. 5—8. ponunt post vs. 12. 14. al. παρὰ πάντων. 16. al. ἦλθον s. ἐλθὼν δὲ s. διῆλθε δὲ ὁ Ἰησοῦς.

CAP. IV.

Iesus autem Spiritu divino plenus quum a Iordane es- 1
set reversus, spiritu illo repletus agebatur in locum, quem
nosti, desertum et quadraginta dies a diabolo tentabatur. 2
Neque quidquam illis diebus comedit; quibus exactis, esu-
rivit. Et diabolus ad eum dixit: si filius es Dei, dic huic 3
lapidi, ut convertatur in panem. Cui Iesus his verbis re- 4
spondit: relatum legitur, *) „hominem non solo pane, sed
omni Dei mandato vitam esse toleraturum. Et diabolus 5
quum sursum eum duxisset in praealtum quendam montem,
omnia orbis terrarum regna puncto temporis ei monstravit.
Et dixit ei diabolus: tibi hanc omnem potestatem committam 6
eorumque splendorem; nam mihi tradita est et cuicunque
voluerim, eam committo: tu igitur si me veneratus fueris, 7
erit tibi tota. Cui Iesus hunc in modum respondit: apage, 8
Satana! nam scriptum legitur: **) dominum Deum tuum
adorabis eumque solum coles.“ Et duxit eum Hierosolymas 9
eumque in templi fastigio collocavit his verbis: si filius es
Dei, coniice te deorsum; relatum enim legitur: ***) angelis 10
suis de te mandabit, ut servent te; et manibus suis te sus- 11
tinebunt, ne unquam in lapidem offendas.“ Et Iesus ei 12
hunc in modum respondit: dictum est: †) dominum Deum
tuum non explorabis. Omni tentatione confecta, diabolus 13
ad tempus ab eo discessit.

Et Iesus vi Spiritus divini subactus in Galilaeam rever- 14
sus est et fama de eo per totam, quae circumiacet, regio-
nem percrebuit. Et ipse docebat in eorum synagogis egre- 15
gias laudes ab omnibus percipiens. Quum Nazaretham, ubi 16
erat educatus, venisset, et e consuetudine sua die quodam
sabbati synagogam esset ingressus, ut recitaret, surrexit.
Cui quum volumen Iesaiae prophetae traditum esset, volu- 17

*) Deuter. VIII, 4.

**) Deuter. VI, 13.

***) Ps. XCI, 11. 12.

†) Deuter. VI, 16.

IV. Iesus Spiritu divino plenus in locum desertum se confert, ubi tentationes diaboli forti animo reiicit. 1—13. Matth. IV, 1. Marc. I, 12. 13. Hinc in Galilaeam reversus (Matth. IV, 12. Marc.

18 εὗρε τὸν τόπον οὗ ἦν γεγραμμένον· „Πνεῦμα κυρίου ἐπ'
ἐμέ· οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς, ἀπέ-
σταλκέ με κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνά-
19 βλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, κηρύξαι
20 ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν.“ Καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἀπο-
δοὺς τῷ ὑπηρέτῃ ἐκάθισε· καὶ πάντων ἐν τῇ συναγωγῇ
21 οἱ ὀφθαλμοὶ ἦσαν ἀτενίζοντες αὐτῷ. Ἤρξατο δὲ λέγειν
πρὸς αὐτούς· Ὅτι σήμερον πεπλήρωται ἡ γραφὴ αὕτη ἐν
22 τοῖς ὠσὶν ὑμῶν. Καὶ πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ καὶ
ἐθαύμαζον ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος τοῖς ἐκπορευομέ-
νοις ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ καὶ ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν
23 ὁ υἱὸς Ἰωσήφ; Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Πάντως ἐρεῖτέ
μοι τὴν παραβολὴν ταύτην· „Ἰατρέ, θεράπευσον σεαυ-
τόν·“ ὅσα ἠκούσαμεν γενόμενα εἰς Καφαρναοὺμ, ποίη-
24 σον καὶ ὧδε ἐν τῇ πατρίδι σου. Εἶπε δέ· Ἀμὴν λέγω
ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς προφήτης δεκτός ἐστιν ἐν τῇ πατρίδι
25 αὐτοῦ. Ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν· πολλαὶ χῆραι ἦσαν
ἐν ταῖς ἡμέραις Ἠλίου ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ὅτε ἐκλείσθη ὁ
οὐρανὸς ἐπὶ ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ, ὡς ἐγένετο λιμὸς μέ-
26 γας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· καὶ πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἐπέμ-
27 φθη Ἠλίας, εἰ μὴ εἰς Σάρεπτα πρὸς γυναῖκα χήραν. Καὶ
πολλοὶ λεπροὶ ἦσαν ἐπὶ Ἐλισσαίου τοῦ προφήτου ἐν τῷ
Ἰσραήλ· καὶ οὐδεὶς αὐτῶν ἐκαθαρίσθη, εἰ μὴ Νεεμὰν ὁ
28 Σύρος. Καὶ ἐπλήσθησαν πάντες θυμοῦ ἐν τῇ συναγωγῇ
29 ἀκούοντες ταῦτα. Καὶ ἀναστάντες ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω
τῆς πόλεως καὶ ἤγαγον αὐτὸν ἕως ὀφρύος τοῦ ὄρους,
ἐφ' οὗ ἡ πόλις αὐτῶν ᾠκοδόμητο, ὥστε κατακρημνίσαι
30 αὐτόν· αὐτὸς δὲ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν ἐπορεύετο.
31 Καὶ κατῆλθεν εἰς Καφαρναοὺμ, πόλιν τῆς Γαλιλαί-
32 ας, καὶ ἦν διδάσκων αὐτοὺς ἐν τοῖς σάββασι. Καὶ ἐξ-
επλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ
33 λόγος αὐτοῦ. Καὶ ἐν τῇ συναγωγῇ ἦν ἄνθρωπος ἔχων
πνεῦμα δαιμονίου ἀκαθάρτου καὶ ἀνέκραξε φωνῇ μεγά-
34 λῃ λέγων· Ἔα! τί ἡμῖν καὶ σοὶ, Ἰησοῦ Ναζαρηνέ; Ἦλ-
θες ἀπολέσαι ἡμᾶς· οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ!
35 Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς λέγων· Φιμώθητι, καὶ

IV, 18. al. εὐαγγελίζεσθαι †. ib. al. ἕνεκεν †. ib. al. ἀπέστ. με ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν †. 19. al. post δεκτὸν addunt καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως. 23. al. l. ἐν τῇ Καπερναοὺμ † vel ἐν Καπερν. 24. al. ὑμῖν λέγω: 25. al. Ἠλίου τοῦ προφήτου. 26. al. εἰς Σάρεπτα τῆς Σιδῶνος s. Σιδονίας. 29. al. ἕως τῆς ὀφρύος †. ib. al. εἰς τὸ κατακρημνίσαι. 31. al. τῆς Γαλιλ. τὴν παραθαλάσσιον ἐν ὁρίοις καὶ Ζαβουλὼν Νεφθαλείμ. 33. al. πνεῦμα δαιμόνιον ἀκάθαρτον. 34. al. ἡμᾶς ὧδε ἀπολέσαι.

mine hoc evoluto, reperit locum, ubi scriptum erat: *) „Spi- 18
ritus domini super me; quapropter unxit me, ut laetum de
regno Messiano nuntium afferrem pauperibus, misit me, ut 19
captivis liberationem alta voce nuntiarem et visum redditum
caecis, ut vulneratos dimitterem, ut liberi essent, ut palam
nuntiarem annum domini gratum.“ Et volumen complica- 20
tum quum apparitori reddidisset, consedit omniumque in
synagoga oculi eum intuebantur. Coepit autem ad eos di- 21
cere: hodie hic scripturae sacrae locus coram vobis audito-
ribus meis eventu comprobatus est. Et omnes laude eum 22
ornabant et admirabantur eloquentiae flumen dulcissimum ex
eius ore emanans dicentes: nonne hic est Iosephi filius?
Quibus ille: utique, inquit, proverbium illud obiicietis: Te 23
ipsum cura, medice! quaecunque (a te) Capharnaumum in-
gresso facta esse accepimus, fac etiam hic in patria tua.
At dixit: sancte vobis confirmo, nullum prophetam in patria 24
sua esse acceptum. At verissime vobis dico: multae erant 25
viduae aetate Eliae in populo Israelitico, quum coelo per
triennium et sex menses clauso magna fames per totam
grassaretur terram; neque ad ullam earum missus est Elias, 26
nisi Sareptam ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant 27
Elisae vatis aetate in populo Israelitico; neque quisquam
eorum est purgatus, nisi Neemanus Syrus. Et omnes in 28
sacro conventu haec audientes ira erant repleti. Atque 29
quum surrexissent, eum urbe eiectum ad montis usque ca-
cumen, in quo urbs eorum erat condita, duxerunt, ut
eum praecipitarent: ipse autem medios per eos egressus in- 30
cedebat. Capharnaumum, urbem Galilaeae, quum descen- 31
disset, die sabbati eos edocebat. Et doctrina eius obstupe- 32
facti sunt; nam sermo eius vi erat instructus. Eratque in 33
sacro conventu homo, spiritu laborans daemonis impuri,
qui alta voce exclamavit hunc in modum: heu, quid nobis 34
tecum rei est, Iesu Nazarene? an venisti ad nos perden-
dos: novi te quisnam sis, sanctus ille Dei! Quem Iesus his 35
verbis increpuit: obmutesce! et egressus est ex eo. Quem

*) Ies. LXI, 1. 2. LVIII, 6.

I, 14.) Nazarethae cum magna auditorum admiratione quidem docet et collaudatur, sed a popularibus suis repudiatus paene de monte praecipitatur. 14—30. Matth. XIII, 58. Marc. VI, 1. Tum Capharnaumi cum magno plebis stupore daemoniacum (Marc. I, 21.),

ἔξελθε ἐξ αὐτοῦ. Καὶ ῥίψαν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον εἰς
36 μέσον ἐξῆλθεν ἀπ᾽ αὐτοῦ μηδὲν βλάψαν αὐτόν. Καὶ
ἐγένετο θάμβος ἐπὶ πάντας καὶ συνελάλουν πρὸς ἀλλή-
λους λέγοντες· Τίς ὁ λόγος οὗτος; ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ
δυνάμει ἐπιτάσσει τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, καὶ ἐξέρ-
37 χονται! Καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα
τόπον τῆς περιχώρου.
38 Ἀναστὰς δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς εἰςῆλθεν εἰς τὴν
οἰκίαν Σίμωνος· πενθερὰ δὲ τοῦ Σίμωνος ἦν συνεχομένη
39 πυρετῷ μεγάλῳ καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν περὶ αὐτῆς. Καὶ
ἐπιστὰς ἐπάνω αὐτῆς ἐπετίμησε τῷ πυρετῷ καὶ ἀφῆκεν
40 αὐτήν. Παραχρῆμα δὲ ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς. Δύ-
νοντος δὲ τοῦ ἡλίου πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νό-
σοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ ἑνὶ
ἑκάστῳ αὐτῶν τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς ἐθεράπευσεν αὐτούς.
41 Ἐξήρχετο δὲ καὶ δαιμόνια ἀπὸ πολλῶν κράζοντα καὶ
λέγοντα· Ὅτι σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ! Καὶ ἐπιτιμῶν
οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν, ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χριστὸν αὐτὸν
42 εἶναι. Γενομένης δὲ ἡμέρας ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἔρη-
μον τόπον· καὶ οἱ ὄχλοι ἐπεζήτουν αὐτὸν καὶ ἦλθον ἕως
αὐτοῦ καὶ κατεῖχον αὐτὸν τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ᾽ αὐτῶν.
43 Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὅτι καὶ ταῖς ἑτέραις πόλεσιν
εὐαγγελίσασθαί με δεῖ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, ὅτι εἰς
44 τοῦτο ἀπέσταλμαι. Καὶ ἦν κηρύσσων ἐν ταῖς συναγω-
γαῖς τῆς Γαλιλαίας.

ΚΕΦ. Ε.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ τοῦ
ἀκούειν τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ αὐτὸς ἦν ἑστὼς παρὰ
2 τὴν λίμνην Γεννησαρὲτ καὶ εἶδε δύο πλοῖα ἑστῶτα παρὰ
τὴν λίμνην· οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ᾽ αὐτῶν ἀπέπλυναν
3 τὰ δίκτυα. Ἐμβὰς δὲ εἰς ἓν τῶν πλοίων, ὃ ἦν τοῦ
Σίμωνος, ἠρώτησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπαναγαγεῖν ὀλί-
γον καὶ καθίσας ἐδίδασκεν ἐκ τοῦ πλοίου τοὺς ὄχλους.
4 Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, εἶπε πρὸς τὸν Σίμωνα· Ἐπανά-
γαγε εἰς τὸ βάθος καὶ χαλάσατε τὰ δίκτυα ὑμῶν εἰς
5 ἄγραν. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Σίμων εἶπεν αὐτῷ· Ἐπιστάτα,

IV, 37. al. καὶ ἐξῆλθεν ἡ ἀκοή. 38. εἰς τὴν οἰκ. Σίμ. καὶ Ἀνδρέου. ib. al. ἡ πενθερὰ †. 40. al. παραχρῆμα, ὥστε αὐτὴν ἀναστᾶσαν διακονεῖν. 41. al. σὺ εἶ ὁ χριστός †. 42. al. ἐζήτουν †. 43. al. ταῖς ἑτέραις πόλεσιν. 44. al. κηρύσσων εἰς τὰς συναγωγὰς τῆς Ἰουδαίας. V, 1. al. τ. ὄχλον ἐπικαλεῖσθαι. ib. al. ἑστῶτος αὐτοῦ. 2. al. ἔπλυνον l. ἔπλυναν. 3. al. ἀγαγεῖν. 4. al. χαλάσωμεν.

quum malus genius in medium prostravisset, ab eo egres-
sus est, nullo detrimento ei illato. Et stupor occupa- 36
vit omnes ac vicissim colloquebantur hunc in modum:
quisnam est hic sermo? nam potenter et cum vi malis im-
perat daemonibus, atque egrediuntur. Et fama de eo in 37
totam regionem circumiacentem exibat.

Verum quum e sacro conventu surrexiisset, ingressus 38
est domum Simonis: socrus autem Simonis illius gravi febri
detinebatur eumque de ea rogabant. Qui quum supra eam 39
constitisset, febrem increpuit eamque reliquit. Confestim
autem quum surrexisset, iis apparebat. Occidente vero 40
sole, omnes quotquot haberent laborantes variis morbis, ad
eum adduxerunt, qui, unicuique eorum manibus impositis,
eos sanavit. Egrediebantur vero etiam a multis impuri 41
genii alta voce clamantes et dicentes: tu es filius Dei.
Quos increpans non sinebat loqui; nam sciebant eum esse
Messiam. Die autem orto egressus in locum abiit deser- 42
tum; et quaerebat eum hominum multitudo, et, quum usque
ad eum venissent, retinebant eum, ne ab iis discederet.
Is vero ad eos dixit: quia ad reliquas quoque urbes necesse 43
est laetum de regno Messiano nuntium perferre; nam ad id
missus sum. Et palam in conventibus sacris Galilaeae 44
docebat.

CAP. V.

Accidit autem, ut, quum hominum turba doctrinae 1
divinae audiendae causa eum urgeret, et ipse stans ad lacum
Gennesareticum duo navigia videret collocata propter la- 2
cum; piscatores autem, qui ab iis descenderant, retia sua
abluebant. Unum vero illorum navigiorum, quod Simonis 3
erat, ingressus rogavit eum, ut paululum a terra proveheret,
et quum consedisset, edocebat e navigio hominum multitu-
dinem. Quum autem finem dicendi fecisset, dixit ad Si- 4
monem: in altum provehere et demittite retia vestra ad
captum. Cui Simon respondit his verbis: domine, per to- 5

Petri socrum aliosque aegrotos sanat (Matth. VIII, 14. Marc. I, 29.) atque in synagogis Iudaeorum docet. 31—44.

V. Prae nimia hominum copia e navigio ad lacum Gennesareticum docere cogitur; qua occasione quum Petrus, Iacobus et Io-

δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες οὐδὲν ἐλάβομεν· ἐπὶ
6 δὲ τῷ ῥήματί σου χαλάσω τὸ δίκτυον. Καὶ τοῦτο ποιή-
σαντες συνέκλεισαν πλῆθος ἰχθύων πολύ· διεῤῥήγνυτο δὲ
7 τὸ δίκτυον αὐτῶν, καὶ κατένευσαν τοῖς μετόχοις τοῖς ἐν
τῷ ἑτέρῳ πλοίῳ τοῦ ἐλθόντας συλλαβέσθαι αὐτοῖς· καὶ
ἦλθον καὶ ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζε-
8 σθαι αὐτά. Ἰδὼν δὲ Σίμων Πέτρος προσέπεσε τοῖς γό-
νασι τοῦ Ἰησοῦ λέγων· Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι ἀνὴρ ἁμαρ-
9 τωλός εἰμι, κύριε. Θάμβος γὰρ περιέσχεν αὐτὸν καὶ
πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ ἐπὶ τῇ ἄγρᾳ τῶν ἰχθύων, ᾗ συνέ-
10 λαβον· ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, υἱοὺς Ζε-
βεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ Σίμωνι. Καὶ εἶπε πρὸς
τὸν Σίμωνα ὁ Ἰησοῦς· Μὴ φοβοῦ· ἀπὸ τοῦ νῦν ἀν-
11 θρώπους ἔσῃ ζωγρῶν. Καὶ καταγαγόντες τὰ πλοῖα ἐπὶ
τὴν γῆν, ἀφέντες ἅπαντα ἠκολούθησαν αὐτῷ.
12 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων
καὶ, ἰδού! ἀνὴρ πλήρης λέπρας καὶ ἰδὼν τὸν Ἰησοῦν,
πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, ἐδεήθη αὐτοῦ λέγων· κύριε, ἐὰν
13 θέλῃς, δύνασαί με καθαρίσαι. Καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα
ἥψατο αὐτοῦ εἰπών· Θέλω, καθαρίσθητι. Καὶ εὐθέως
14 ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν
αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ἀλλὰ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ
ἱερεῖ καὶ προσένεγκε περὶ τοῦ καθαρισμοῦ σου, καθὼς
προςέταξε Μωϋσῆς, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς.
15 Διήρχετο δὲ μᾶλλον ὁ λόγος περὶ αὐτοῦ καὶ συνήρ-
χοντο ὄχλοι πολλοὶ ἀκούειν καὶ θεραπεύεσθαι ὑπ' αὐτοῦ
16 ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν. Αὐτὸς δὲ ἦν ὑποχωρῶν ἐν
17 ταῖς ἐρήμοις καὶ προςευχόμενος. Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν
ἡμερῶν καὶ αὐτὸς ἦν διδάσκων καὶ ἦσαν καθήμενοι
Φαρισαῖοι καὶ νομοδιδάσκαλοι, οἳ ἦσαν ἐληλυθότες ἐκ

V, 5. al. ἐπὶ τῷ ῥήμ. σ. οὐ μὴ παρακούσομαι. 6. al. ἰχθύων πλῆθος †. ib. ὥστε τὰ δίκτυα ῥήσσεσθαι. 7. al. ἐπλήσθησαν. 8. al. προςέπ. τοῖς ποσίν. 10. al. ἦσαν δὲ κοινωνοὶ αὐτοῦ Ἰάκ. καὶ Ἰωάν. υἱοὶ Ζεβ. ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· δεῦτε, καὶ μὴ γίνεσθε ἁλιεῖς ἰχθύων, ποιήσω γὰρ ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων. 11. οἱ δὲ ἀκούσαντες πάντα κατέλειψαν ἐπὶ τῆς γῆς. 13. al. καὶ ἐκαθαρίσθη ἡ λέπρα αὐτοῦ. 14. al. ἵνα εἰς μαρτύριον ᾖ ὑμῖν τοῦτο s. αὐτοῖς (καὶ τοῖς ἔθνεσιν). al. addunt: ὁ δὲ ἐξελθὼν ἤρξατο κηρύσσειν καὶ διαφημίζειν τὸν λόγον, ὥστε μηκέτι δύνασθαι αὐτὸν φανερῶς εἰς πόλιν εἰςελθεῖν, ἀλλὰ ἔξω ἦν ἐν ἐρήμοις τόποις, καὶ συνήρχοντο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἦλθεν πάλιν εἰς Καφαρναούμ. 16. al. post προςευχ. l. ὑποχωρῶν ἐν αὐταῖς ἀπὸ τῶν ὄχλων. 17. al. ἐν μιᾷ τ. ἡμ. αὐτοῦ διδάσκοντος συνελθεῖν τοὺς Φαρισαίους καὶ νομοδιδασκάλους· ἦσαν δὲ συνεληλυθότες ἐκ πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰουδαίας τοῦ ἰᾶσθαι αὐτούς. ib. al. διδάσκων ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν.

tam quidem noctem laborem perpessi nihil cepimus, at tuo
dicto fretus rete demittam. Quod quum fecissent, magnam 6
piscium multitudinem concluserunt; parum autem aberat,
quin rete eorum rumperetur, et annuerunt sociis in altero 7
navigio constitutis, ut advecti cum ipsis caperent. Qui
quum venissent, utrumque navigium repleverunt, ita ut
(paene) mergeretur. Quo viso Simon Petrus ad genua Iesu 8
prolapsus est his verbis: egredere a me; nam homo sum
peccator, domine. Stupor enim eum omnesque, qui cum eo 9
erant, occupaverat ob praedam piscium, quam fecerant;
similiter vero etiam Iacobum et Iohannem, filios Zebedaei, 10
qui socii erant Simoni. Et Iesus dixit ad Simonem: noli
timere, ab hoc inde tempore homines capies. Et navigiis 11
super terram subductis, omnibus relictis, eum sunt secuti.

Et accidit, ut, quum in una illarum urbium versaretur, 12
et, ecce! vir esset leprae plenus, qui, Iesu conspecto et in
faciem lapsus ab eo petiit his verbis: domine, si voles,
potes me reddere purum. Et protensa manu eum attigit hac 13
voce: volo, purus esto. Et statim purgata est eius lepra.
Et ipse, ne cui diceret, ei mandavit: at digressus siste 14
temetipsum sacerdoti atque offer de purgatione tua (munus),
quemadmodum Moses iussit, ut iis sit testimonium.

At fama de eo magis divulgabatur, et conveniebat in- 15
gens hominum multitudo, ut audirent et ab eo a morbis
suis liberarentur. Ipse vero secedebat in locis desertis et 16
vacabat precibus. Et accidit, ut die quodam et ipse doceret 17
multique assiderent Pharisaei et iurisconsulti, qui ex omni

---

hannes iussu eius retia in mare demisissent ingentique piscium praeda essent potiti, a se impetrare non possunt, quin Iesum, qui divinum iis munus promittit, sequantur. 1—11. cf. Matth. IV, 19. 28. Marc. I, 16. In urbe quadam Iesus leproso sanitatem restituit et paralytico, in quo sanando Pharisaei, quos refutat, impietatis

πάσης κώμης τῆς Γαλιλαίας καὶ Ἰουδαίας καὶ Ἱερουσα-
18 λήμ· καὶ δύναμις κυρίου ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτούς. Καί,
ἰδού! ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν πα-
ραλελυμένος, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν εἰςενεγκεῖν καὶ θεῖναι
19 ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ μὴ εὑρόντες ποίας εἰςενέγκωσιν αὐ-
τὸν διὰ τὸν ὄχλον, ἀναβάντες ἐπὶ τὸ δῶμα διὰ τῶν κε-
ράμων καθῆκαν αὐτὸν σὺν τῷ κλινιδίῳ εἰς τὸ μέσον
20 ἔμπροσθεν τοῦ Ἰησοῦ. Καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν εἶπεν·
21 Ἄνθρωπε, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. Καὶ ἤρξαντο
διαλογίζεσθαι οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι λέγοντες·
Τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας; τίς δύναται ἀφιέ-
22 ναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ μόνος ὁ θεός; Ἐπιγνοὺς δὲ ὁ
Ἰησοῦς τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς
23 αὐτούς· Τί διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; Τί
ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν· Ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου,
24 ἢ εἰπεῖν· Ἔγειρε καὶ περιπάτει; Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι
ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι
ἁμαρτίας· (εἶπε τῷ παραλελυμένῳ·) Σοὶ λέγω· Ἔγειρε,
καὶ ἄρας τὸ κλινίδιόν σου πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου.
25 Καὶ παραχρῆμα ἀναστὰς ἐνώπιον αὐτῶν, ἄρας ἐφ' ὃ
κατέκειτο, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ δοξάζων τὸν
26 θεόν. Καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας καὶ ἐδόξαζον τὸν
θεὸν καὶ ἐπλήσθησαν φόβου λέγοντες· Ὅτι εἴδομεν πα-
ράδοξα σήμερον.
27 Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξῆλθε καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνό-
ματι Λευῒν καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον καὶ εἶπεν αὐτῷ·
28 Ἀκολούθει μοι. Καὶ καταλιπὼν ἅπαντα ἀναστὰς ἠκο-
29 λούθησεν αὐτῷ. Καὶ ἐποίησε δοχὴν μεγάλην Λευῒς αὐτῷ
ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἦν ὄχλος τελωνῶν πολὺς καὶ
30 ἄλλων, οἳ ἦσαν μετ' αὐτῶν κατακείμενοι. Καὶ ἐγόγγυζον
οἱ γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθη-
τὰς αὐτοῦ λέγοντες· Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρ-
31 τωλῶν ἐσθίετε καὶ πίνετε; Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς
εἶπε πρὸς αὐτούς· Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες

V, 19. al. ποίας vel διὰ ποίας †. ib. al. ἀναβιβάσαντες. ib. al. ἐπὶ τὸ δῶμα καὶ ἀποστεγάσαντες τοὺς κεράμους, ὅπου ἦν, καθῆκαν τὸν κράββατον σὺν τῷ παραλυτικῷ. 21. al. οἱ Φαρ. λέγοντες ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. ib. al. εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. 23. al. ἔγειραι †. 24. al. ἆρον τὸν κράββ. καὶ πορεύου. 25. al. ἐφ' ᾧ †. 26. al. ἐξίσταντο δὲ πάντες. 27. al. ἐλθὼν πάλιν παρὰ τὴν θάλασσαν, τὸν ἐπακολουθοῦντα αὐτῷ ὄχλον ἐδίδασκεν, καὶ παράγων εἶδεν Λευεὶ τὸν τοῦ Ἀλφαίου. 28. al. ἠκολούθει. 29. al. ὁ Λευῒς †. 30. al οἱ Φαρισ. κατ' α. περὶ αὐτοῦ. ib. al. αὐτῶν omittunt. ib. al. l. μετὰ τελωνῶν †.

vico Galilaeae et Iudaeae atque Hierosolymis venerant eos-
que dominus poterat sanare. Et, ecce! homines in lecto 18
afferebant hominem, qui membrorum resolutione laborabat,
et quaerebant eum inferre et ante eum collocare. Qui quum 19
non invenissent, quonam modo eum inferrent ob hominum
multitudinem, in domum quum adscendissent, per tegulas
eum cum lectulo demiserunt ante Iesum. Quorum fiduciam 20
quum vidisset, dixit: homo, condonata sunt tibi tua pec-
cata. Et coeperunt secum cogitare legisperiti et Pharisaei 21
hoc modo: quis tandem hic est, qui impie in Deum loqui-
tur? quis poteat peccata condonare, nisi unus Deus. At 22
Iesus, cognitis eorum cogitatis, iis hunc in modum respon-
dit: quid vobiscum reputatis? quid proclivius est, ut dicas: 23
condonata sunt tibi tua peccata, an ut dicas: surge atque
incede? At ut sciatis, huic homini vitiorum in terra con- 24
donandorum potestatem esse concessam: (dixit paralytico:)
dico tibi, surge, tolle lectulum tuum atque domum tuam
redi. Et confestim quum coram iis surrexisset, sublato, in 25
quo repositus fuerat, lectulo, domum suam abiit, laudibus
celebrans Deum. Et cuncti summo affecti stupore laudibus 26
Deum celebrabant attonitique dixerunt; mirabilia hodie vi-
dimus.

Postea quum esset egressus, portitorem, nomine Levin, 27
sedentem vidit ad portitorium, cui dixit: sequere me. Et 28
omnibus relictis, quum surrexisset, eum est secutus. Cui 29
quum Levi magnum convivium in domo sua comparasset,
magna aderat portitorum multitudo aliorumque, qui simul
cum iis accumbebant. Et legisperiti ex iis et Pharisaei ad 30
discipulos eius mussitabant dicentes: cur editis et bibitis
cum portitoribus flagitiosisque hominibus? Quibus Iesus 31
hunc in modum respondit: non sanis opus est medico, sed

---

eum impie accusant. 12—26. cf. Matth. VIII, 1. Marc. I, 40. Matth. IX, 1. Marc. II, 1. Quum Iesus a Levi portitore, qui nomen ei dederat, invitatus convivio interest, a Pharisaeis hanc ob causam vituperatur; sed libere declarat, se divinitus missum esse ad homines malos ad pietatem perducendos. 27—32. Eosdem

32 ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἐλήλυθα καλέσαι
δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.
33 Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν· Διατί οἱ μαθηταὶ Ἰωάν-
νου νηστεύουσι πυκνὰ καὶ δεήσεις ποιοῦνται, ὁμοίως καὶ
οἱ τῶν Φαρισαίων· οἱ δὲ σοὶ ἐσθίουσι καὶ πίνουσιν;
34 Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· Μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ
νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι
35 νηστεύειν; Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, καὶ ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ'
αὐτῶν ὁ νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς
36 ἡμέραις. Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς· Ὅτι
οὐδεὶς ἐπίβλημα ἱματίου καινοῦ ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱμάτιον
παλαιόν· εἰ δὲ μήγε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει καὶ τῷ παλαιῷ
37 οὐ συμφωνεῖ τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ. Καὶ οὐδεὶς βάλλει
οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς· εἰ δὲ μήγε, ῥήξει ὁ νέος
38 οἶνος τοὺς ἀσκοὺς καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται καὶ οἱ ἀσκοὶ
ἀπολοῦνται· ἀλλὰ οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς καινοὺς βλητέον·
39 καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται. Καὶ οὐδεὶς πιὼν παλαιὸν
εὐθέως θέλει νέον· λέγει γάρ· Ὁ παλαιὸς χρηστότερός
ἐστιν.

ΚΕΦ. VI.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι
αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
2 τοὺς στάχυας καὶ ἤσθιον ψώχοντες ταῖς χερσί. Τινὲς
δὲ τῶν Φαρισαίων εἶπον αὐτοῖς· Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι
3 ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι; Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς
εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαυΐδ,
4 ὁπότε ἐπείνασεν, αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες, ὡς εἰς-
ῆλθεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ θεοῦ καὶ τοὺς ἄρτους τῆς προ-
θέσεως ἔλαβε καὶ ἔφαγε καὶ ἔδωκε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ,
5 οὓς οὐκ ἔξεστι φαγεῖν, εἰ μὴ μόνους τοὺς ἱερεῖς; Καὶ
ἔλεγεν αὐτοῖς· Ὅτι κύριός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου
καὶ τοῦ σαββάτου.
6 Ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ εἰςελθεῖν αὐτὸν
εἰς τὴν συναγωγὴν καὶ διδάσκειν· καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος

V, 34. al. νηστεῦσαι. 36. al. ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ †. 38. al. βάλλουσιν. 39. al. χρηστὸς. VI, 1. al. δευτεροπρώτῳ omittunt. 2. τί ποιοῦσιν οἱ μαθηταί σου τοῖς σάββασι, ὃ οὐκ ἔξεστι. 3. οὐδέποτε τοῦτο ἀνέγνωτε. 4. al. προςθέσεων. ib. al. οὐκ ἐξὸν ἦν. 5. al. hunc vs. post 10 l. et loco eius scr. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ εἶπεν αὐτῷ· ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ, εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου. 6. al. καὶ εἰςελθόντος αὐτοῦ πάλιν εἰς τὴν συναγωγὴν σαββάτῳ, ἐν ᾗ ἦν ἄνθρωπος ξηρὰν ἔχον τὴν χεῖρα.

aegrotis: non veni, ut bonos, sed malos ad mores emen- 32
dandos vocarem.

Illi vero ad eum dixerunt: cur discipuli Iohannis 33
crebro agunt ieiunia funduntque preces, similiter etiam
Pharisaeorum, tui autem edunt et bibunt? Quibus ille: 34
num potestis, inquit, efficere, ut paranymphi, quamdiu
sponsus cum ipsis versatur, ieiunia exerceant? Sed veniet 35
tempus, et (quidem) si sponsus iis erit subtractus, tum illo
tempore agent ieiunia. Dicebat vero etiam allegoriam ad eos: 36
nemo recentis vestimenti assumentum pallio antiquo assuit,
sed nisi quidem, etiam recens rupturam facit neque antiquo
congruit (id quod) a recenti desumtum. Neque quisquam 37
recens vinum in veteres iniicit utres, sed nisi forte, recens
vinum utres illos rumpet ipsumque effundetur atque utres
peribunt; at vinum recens in recentes utres est infunden- 38
dum et utraque conservantur. Neque quisquam veteri usus 39
confestim cupit recens; dicit enim: vetus praestantius est.

CAP. VI.

Accidit autem, ut, quum sabbato primo a die secundo 1
festi paschalis numerato per sata proficisceretur, eius disci-
puli et spicas evellerent et comederent manibus conterentes.
At quidam Pharisaeorum iis dixerunt: quid facitis quod non 2
licet facere diebus sabbati? Quibus Iesus hunc in modum 3
respondit: ne hoc quidem legistis, quod fecit Davides,
quum esuriret, ipse eiusque comites, quomodo domum Dei 4
intravit et panes sacros propositos comedit, quos comedere
non licet, nisi solis sacerdotibus? Et dicebat iis: dominus 5
est homo etiam sabbati.

Accidit vero etiam alio sabbati die, ut conventum sa- 6
crum ingressus doceret; eratque ibi homo, cuius dextra

---

discipulos eius vituperantes, quod nulla agant ieiunia, refutat, omnia temporibus esse accommodanda atque inutilia abiicienda. 33—39. Matth. IX, 9. Marc. II, 13.

VI. Iesus Pharisaeis neque a discipulis suis, spicis die sabbati evulsis neque a semetipso tabida hominis cuiusdam manu eodem die sanata sacra violata esse, partim exemplo Davidis, qui vel panes sacros in templo consumserit, partim sublimiore, quae homini

7 καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά. Παρετήρουν δὲ οἱ
γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, εἰ ἐν τῷ σαββάτῳ θερα-
8 πεύσει, ἵνα εὕρωσι κατηγορίαν αὐτοῦ. Αὐτὸς δὲ ᾔδει
τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν καὶ εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ξηρὰν
ἔχοντι τὴν χεῖρα· Ἔγειρε καὶ στῆθι εἰς τὸ μέσον. Ὁ δὲ
9 ἀναστὰς ἔστη. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς αὐτούς· Ἐπε-
ρωτήσω ὑμᾶς· Τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν; ἀγαθοποιῆσαι,
10 ἢ κακοποιῆσαι; ψυχὴν σῶσαι, ἢ ἀποκτεῖναι; Καὶ περι-
βλεψάμενος πάντας αὐτοὺς εἶπεν αὐτῷ· Ἔκτεινον τὴν
χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησεν καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ
11 αὐτοῦ ὡς ἡ ἄλλη. Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας· καὶ
διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ Ἰησοῦ.
12 Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἐξῆλθεν εἰς τὸ
ὄρος προσεύξασθαι· καὶ ἦν διανυκτερεύων ἐν τῇ προσευχῇ
13 τοῦ θεοῦ. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνησε τοὺς
μαθητὰς αὐτοῦ· καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα, οὓς
14 καὶ ἀποστόλους ὠνόμασε· Σίμωνα, ὃν καὶ ὠνόμασε Πέ-
τρον, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, Ἰάκωβον καὶ
15 Ἰωάννην, Φίλιππον καὶ Βαρθολομαῖον, Ματθαῖον καὶ
Θωμᾶν, Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου καὶ Σίμωνα τὸν κα-
16 λούμενον ζηλωτήν, Ἰούδαν Ἰακώβου καὶ Ἰούδαν Ἰσκα-
17 ριώτην, ὃς καὶ ἐγένετο προδότης· καὶ καταβὰς μετ'
αὐτῶν ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ· καὶ ὄχλος μαθητῶν
αὐτοῦ καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ ἀπὸ πάσης τῆς Ἰου-
δαίας καὶ Ἱερουσαλὴμ καὶ τῆς παραλίου Τύρου καὶ
Σιδῶνος, οἳ ἦλθον ἀκοῦσαι αὐτοῦ καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῶν
18 νόσων αὐτῶν, καὶ οἱ ὀχλούμενοι ἀπὸ πνευμάτων ἀκαθάρ-
19 των, καὶ ἐθεραπεύοντο. Καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἐζήτει ἅπτεσθαι
αὐτοῦ, ὅτι δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο καὶ ἰᾶτο πάντας.
20 Καὶ αὐτὸς ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τοὺς
μαθητὰς αὐτοῦ ἔλεγε· Μακάριοι οἱ πτωχοί· ὅτι ὑμετέρα
ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν·
21 ὅτι χορτασθήσεσθε. Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν· ὅτι
22 γελάσετε. Μακάριοί ἐστε, ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄν-
θρωποι καὶ ὅταν ἀφορίσωσιν ὑμᾶς καὶ ὀνειδίσωσι καὶ
ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν ἕνεκα τοῦ υἱοῦ
23 τοῦ ἀνθρώπου. Χάρητε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ σκιρτή-

VI, 7. al. παρετήρουν δὲ αὐτόν †. 8. al. ἔγειραι †. ib. al. τῷ ἀνθρώ-
9. al. ἀπολέσαι †. l. pro ἀποκτ. 10. al. εἶπε τῷ ἀνθρώπῳ †. ib. al. ὁ
δὲ ἐξέτεινεν vel ἐποίησεν οὕτω. ib. al. ἀπεκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ
ὑγιὴς †. 12. al. ἐξελθεῖν αὐτόν. 13. al. ἐφώνησε. ib. pro ὠνομ. al.
l. ἐκάλεσε. 18. al. ὑπὸ πνευμάτων. 20. al. μακάριοι ὑμεῖς οἱ πτωχοὶ
τῷ πνεύματι. 21. al. l. χορτασθήσονται. 23. χαίρετε †.

manus erat sicca. Observabant autem legisperiti et Phari- 7
saei, si die sabbati esset sanaturus, ut materiem eum crimi-
nandi haberent. Ipse vero sciebat eorum cogitata dixitque 8
homini, qui aridam manum habebat: surge ac siste te in me-
dium. Qui quum surrexisset, adstabat. Dixit igitur Iesus 9
ad eos: interrogabo vos: quid licet die sabbati? recte agere
an male agere? vitam servare an interficere? Et postquam 10
eos omnes circumspexisset, ei dixit: extende manum tuam.
Ille autem fecit: et restituta est (in pristinam conditionem)
manus eius, quemadmodum altera. At ipsi insania repleti 11
sunt et invicem inter se deliberabant, quid Iesu facerent.

Accidit autem illis diebus, ut in montem sese conferret 12
preces facturus, totamque noctem in precibus ad Deum fun-
dendis transigebat. Et die exorto quum discipulos suos ad 13
se vocasset, duodecim ex iis elegit, quos etiam apostolos
vocavit: Simonem, quem etiam Petrum nominavit, et An- 14
dream eius fratrem, Iacobum et Iohannem, Philippum et
Bartholomaeum, Matthaeum et Thomam, Iacobum filium 15
Alphaei et Simonem, quem vocant zelotam, Iudam Iacobi 16
fratrem et Iudam Cariothensem, qui etiam eum tradidit, qui- 17
buscum degressus constitit in loco campestri; et copia dis-
cipulorum eius et magna populi multitudo a tota Iudaea et
Hierosolymis et maritimo Tyri et Sidonis tractu, qui vene-
rant, ut eum audirent et a morbis suis sanarentur, et qui- 18
cunque ab impuris vexabantur daemonibus, et sanaban-
tur. Et tota multitudo eum sibi tangere studebat; nam vis 19
ab eo proficiscebatur et medebatur omnibus.

Et ipse oculis suis in discipulos suos sublatis dicebat: 20
beati pauperes; nam ad vos pertinet regnum coeleste: beati 21
esurientes nunc; nam satiabimini: beati qui nunc in luctu 22
sunt; nam laetabimini: beati estis, si vos odio habuerint
homines et si vos (e coetu Iudaeorum sacro) eiecerint et
lacessiverint vestrumque nomen tanquam infame reiecerint
(aversati fuerint) propter Messiam; gaudete illo die atque 23

---

lium, auctoritate, partim lege illa div.; nunquam non recte esse agendum, probat. Quare exacerbati Pharisaei in eum conspirant. 1—11. Math. XII, 1. Marc. II, 23 — III, 6. Deinde precibus in monte ad Deum factis, duodecim sibi eligit apostolos et coram ingenti hominum multitudine, quae e Iudaea, Hierosolymis, Tyro

σατε! ἰδοὺ γὰρ, ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τῷ οὐρανῷ·
κατὰ ταὐτὰ γὰρ ἐποίουν τοῖς προφήταις οἱ πατέρες αὐ-
24 τῶν. Πλὴν οὐαὶ ὑμῖν τοῖς πλουσίοις! ὅτι ἀπέχετε τὴν
παράκλησιν ὑμῶν. Οὐαὶ ὑμῖν, οἱ ἐμπεπλησμένοι! ὅτι
25 πεινάσετε. Οὐαὶ ὑμῖν, οἱ γελῶντες νῦν! ὅτι πενθήσετε
26 καὶ κλαύσετε. Οὐαὶ, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι οἱ ἄν-
θρωποι! κατὰ ταὐτὰ γὰρ ἐποίουν τοῖς ψευδοπροφήταις
27 οἱ πατέρες αὐτῶν. Ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς ἀκούουσιν·
Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦ-
28 σιν ὑμᾶς· εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμῖν· προσεύχε-
29 σθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ
τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός
30 σου τὸ ἱμάτιον καὶ τὸν χιτῶνα μὴ κωλύσῃς. Παντὶ δὲ
τῷ αἰτοῦντί σε δίδου καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος τὰ σὰ μὴ
31 ἀπαίτει. Καὶ καθὼς θέλετε, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄν-
32 θρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως. Καὶ εἰ ἀγα-
πᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ
γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι.
33 Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία
ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι.
34 Καὶ ἐὰν δανείζητε παρ' ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν
χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς δανείζου-
35 σιν, ἵνα ἀπολάβωσι τὰ ἴσα. Πλὴν ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς
ὑμῶν καὶ ἀγαθοποιεῖτε καὶ δανείζετε μηδὲν ἀπελπίζον-
τες· καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ
ὑψίστου· ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους
36 καὶ πονηρούς. Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ
37 πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί. Καὶ μὴ κρίνετε καὶ οὐ μὴ
κριθῆτε· μὴ καταδικάζετε καὶ οὐ μὴ καταδικασθῆτε.
38 Ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε· δίδοτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν·
μέτρον καλὸν πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκ-
χυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. Τῷ γὰρ αὐτῷ
39 μέτρῳ ᾧ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. Εἶπε δὲ πα-
ραβολὴν αὐτοῖς· Μήτι δύναται τυφλὸς τυφλὸν ὁδηγεῖν;
40 οὐχὶ ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται; Οὐκ ἔστι μα-
θητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ· κατηρτισμένος δὲ πᾶς
41 ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος

VI, 23. al. ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ib. (et vs. 26.) al. pro ταὐτὰ l. ταῦτα vel τὰ αὐτά. 26. al. οὐαὶ ὑμῖν †. ib. al. πάντες οἱ ἄνθρωποι. 28. al. pro ὑμῖν l. ὑμᾶς †. ib. al. καὶ προσεύχεσθε †. 29. al. στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. 34. al. δανείζετε. 35. al. τοῦ ὑψίστου †. ib. al. μηδένα ἀπελπίζοντες s. μηδὲν ἐλπίζοντες. 36. al. ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. 38. al. ᾧ γὰρ μέτρῳ μετρεῖτε. 39. ἐμπεσοῦνται †.

exultate; nam, ecce! praemium vestrum amplum erit in
coelo; eodem enim modo prophetis patres eorum faciebant.
Sed vae vobis locupletibus! nam bonum vestrum habetis 24
totum. Vae vobis satiatis! nam esurietis. Vae vobis nunc 25
laetantibus! nam lugebitis et plorabitis. Vae, si vos homi- 26
nes probaverint! nam eodem modo faciebant falsis vatibus eo-
rum patres. At vobis dico auditoribus meis: amate inimi- 27
cos vestros; beneficiis ornate eos, qui vos odio habent:
bene precamini iis, qui in vos exsecrantur: precamini pro 28
iis, qui vos calumniantur. Qui tibi percutit unam ma- 29
lam, ei alteram quoque offer, et ab eo, qui pallium tuum
aufert, tunicam ne prohibeas. Quicunque vero abs te petierit, 30
da ei et ab eo, qui tua aufert, noli repetere. Et quemad- 31
modum vultis, ut vobis faciant homines, vos quoque facite
iis similiter. Et si, qui vos amant, amatis, qualis vobis 32
gratia est? nam flagitiosi quoque eos, qui ipsos amant,
amant. Et si eos, qui vos beneficiis ornant, beneficiis 33
ornatis, qualis vobis gratia est? nam improbi quoque idem
faciunt. Et si mutuum dabitis iis, a quibus vos recepturos 34
esse speratis, qualis vobis gratia est? nam improbi quoque
improbis dant mutuum, ut paria recipiant. Verum amate 35
inimicos vestros et beneficiis ornate et mutuum date, nihil
inde sperantes: et praemium vestrum erit amplum et filii
eritis celsissimi, qui gratiosus est erga ingratos atque im-
probos. Estote igitur misericordes, quemadmodum etiam 36
pater vester misericors est. Et ne (rigide) iudicate et mi- 37
nime (rigide) iudicabimini; ne condemnate et minime con-
demnabimini. Condonate et vobis condonabitur: date et da- 38
bitur vobis; mensuram bonam, pressam, concussam et su-
perfluentem in gremium vestrum dabunt. Nam eadem men- 39
sura, qua (vos) metiemini, vobis remetientur. Num forte
caecus caeco viae dux esse potest? nonne uterque in foveam
labetur? Non est discipulus magistro suo praestantior; 40
at perfectus quisque erit quemadmodum magister. Quid 41

---

et Sidone convenerat, ut aegrotos eorum sanaret, quod etiam factum est, verba ad discipulos suos faciens, miseros, amantes inimicos, clementes, liberales, mansuetos beatos praedicat et parabolas de caeco caecum ducente, de festuca in oculo alterius, de

τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τὴν δὲ δοκὸν τὴν
42 ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς; ἢ πῶς δύνασαι λέγειν
τῷ ἀδελφῷ σου· Ἀδελφέ, ἄφες, ἐκβάλω τὸ κάρφος τὸ
ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου· αὐτὸς τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σοῦ
δοκὸν οὐ βλέπων; Ὑποκριτά! ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν
ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σοῦ; καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ
43 κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου. Οὐ γάρ
ἐστι δένδρον καλὸν ποιοῦν καρπὸν σαπρόν· οὐδὲ δένδρον
44 σαπρὸν ποιοῦν καρπὸν καλόν. Ἕκαστον γὰρ δένδρον ἐκ
τοῦ ἰδίου καρποῦ γινώσκεται· οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλ-
45 λέγουσι σῦκα οὐδὲ ἐκ βάτου τρυγῶσι σταφυλήν. Ὁ ἀγα-
θὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας
αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ
τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ
πονηρόν· ἐκ γὰρ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ
46 τὸ στόμα αὐτοῦ. Τί δέ με καλεῖτε, κύριε, κύριε, καὶ
47 οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω; Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με καὶ ἀκούων
μου τῶν λόγων καὶ ποιῶν αὐτούς, ὑποδείξω ὑμῖν τίνι
48 ἐστὶν ὅμοιος. Ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν,
ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε καὶ ἔθηκε θεμέλιον ἐπὶ τὴν πέ-
τραν· πλημμύρας δὲ γενομένης προσέῤῥηξεν ὁ ποταμὸς
τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ καὶ οὐκ ἴσχυσε σαλεῦσαι αὐτήν· τεθεμε-
49 λίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. Ὁ δὲ ἀκούσας καὶ μὴ ποιή-
σας ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομήσαντι οἰκίαν ἐπὶ τὴν
γῆν χωρὶς θεμελίου· ᾗ προσέῤῥηξεν ὁ ποταμός· καὶ εὐ-
θέως ἔπεσε, καὶ ἐγένετο τὸ ῥῆγμα τῆς οἰκίας ἐκείνης μέγα.

ΚΕΦ. VII.

1 Ἐπεὶ δὲ ἐπλήρωσε πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ εἰς τὰς
2 ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, εἰςῆλθεν εἰς Καφαρναούμ. Ἑκατον-
τάρχου δέ τινος δοῦλος κακῶς ἔχων ἤμελλε τελευτᾷν, ὃς
3 ἦν αὐτῷ ἔντιμος. Ἀκούσας δὲ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀπέστειλε
πρὸς αὐτὸν πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων ἐρωτῶν αὐτόν,
4 ὅπως ἐλθὼν διασώσῃ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Οἱ δὲ παρα-
γενόμενοι πρὸς τὸν Ἰησοῦν παρεκάλουν αὐτὸν σπουδαίως
5 λέγοντες· Ὅτι ἄξιός ἐστιν, ᾧ παρέξῃ τοῦτο· ἀγαπᾷ γὰρ
τὸ ἔθνος ἡμῶν καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτὸς ᾠκοδόμησε

VI, 41. al. ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ δοκόν. 42. al. ἐκβάλω τ. κάρφ. ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ. 44. ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ. ib. al. σταφυλάς. 46. al. ὃ λέγω. 48. al. διὰ τὸ καλῶς οἰκοδομεῖσθαι αὐτήν vel τεθεμελίωτο γάρ. 49. al. συνέπεσε. VII, 1. al. καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐτέλεσεν ταῦτα τὰ ῥήματα λαλῶν, ἦλθεν εἰς Καφαρναούμ. 4. al. παρέξει vel παρέξεις †.

festucam, quae in oculo fratris tui est, cernis, trabem autem,
quae in tuo ipsius oculo est, non animadvertis? an quomodo 42
dicere potes fratri tuo: permitte, frater, festucam illam
oculo tuo eximam, qui illam in tuo oculo trabem non cer-
nis? Simulator! eiice primum trabem illam ex tuo oculo,
et tum, ut festucam illam ex oculo fratris tui eiicere possis,
dispicies. Non enim est arbor bona, quae malum edit fru- 43
ctum; neque arbor mala, quae bonum edit fructum. Nam 44
quaevis arbor ex suo noscitur fructu: non enim e spinis
colligunt ficus neque e rubo metunt uvam. Bonus homo e 45
bono animi thesauro profert, quod est bonum, et malus homo
e malo animi thesauro, quod est malum; ex animi enim ab-
undantia os eius loquitur. Quid vero me vocatis, domine, 46
domine, nec facitis, quae dico? Quicunque ad me venit et 47
doctrinam meam audit et vita exprimit, subindicabo vobis,
cui similis est. Similis est homini domum exstruenti, qui 48
fodit et alte fodit et fundamentum posuit super rupem;
(mare autem aestuante) diluvio autem ingruente allidit tor-
rens illi domo nec potuit eam concutere; fundata enim est
super rupem. At quicunque audivit nec vita expressit, si- 49
milis est homini, qui domum super terram sine fundamento
posuit; cui quum allisisset torrens, confestim cecidit et
ruina illius domus fuit magna.

CAP. VII.

Quum vero hos omnes sermones in aures populi 1
(i. e. ut auribus percipere posset) habitos absolverat,
Capharnaumum ingressus est. Centurionis autem cuius- 2
dam servus male se habens moriturus erat, qui ei ad-
modum erat carus. Audito autem de Iesu misit ad eum 3
seniores Iudaeorum rogans eum, ut, quum venisset, ser-
vum suum conservaret. Qui quum ad Iesum venissent, 4
diligenter eum rogabant hoc modo: dignus est, cui hoc
praestes: amat enim gentem nostram et synagogam ipse no- 5

---

arbore e fructibus cognoscenda, de domo in rupe fundata proponit. 42—49. cf. Math. V. VI. VII.

VII. Iesus servum centurionis gravissimo morbo laborantem sanat. 1—10. Math. VIII, 5. Iesus in oppido Nain unicum viduae

6 ἡμῖν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐπορεύετο σὺν αὐτοῖς. Ἤδη δὲ αὐ-
τοῦ οὐ μακρὰν ἀπέχοντος ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔπεμψε πρὸς
αὐτὸν ὁ ἑκατόνταρχος φίλους λέγων αὐτῷ· Κύριε, μὴ
σκύλλου· οὐ γάρ εἰμι ἱκανὸς, ἵνα ὑπὸ τὴν στέγην μου
7 εἰςέλθῃς· διὸ οὐδὲ ἐμαυτὸν ἠξίωσα πρός σε ἐλθεῖν· ἀλλὰ
8 εἰπὲ λόγῳ καὶ ἰαθήσεται ὁ παῖς μου. Καὶ γὰρ ἐγὼ
ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος, ἔχων ὑπ᾽
ἐμαυτὸν στρατιώτας, καὶ λέγω τούτῳ· Πορεύθητι, καὶ
πορεύεται· καὶ ἄλλῳ· Ἔρχου, καὶ ἔρχεται· καὶ τῷ δούλῳ
9 μου· Ποίησον τοῦτο, καὶ ποιεῖ. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ
Ἰησοῦς ἐθαύμασεν αὐτὸν καὶ στραφεὶς τῷ ἀκολουθοῦντι
αὐτῷ ὄχλῳ εἶπε· Λέγω ὑμῖν, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ το-
10 σαύτην πίστιν εὗρον! Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ πεμφθέν-
τες εἰς τὸν οἶκον εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα δοῦλον ὑγιαίνοντα.
11 Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλου-
μένην Ναΐν, καὶ συνεπορεύοντο αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
12 ἱκανοὶ καὶ ὄχλος πολύς. Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ πύλῃ τῆς πό-
λεως, καὶ, ἰδού! ἐξεκομίζετο τεθνηκὼς υἱὸς μονογενὴς
τῇ μητρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὴ χήρα καὶ ὄχλος τῆς πόλεως
13 ἱκανὸς [ἦν] σὺν αὐτῇ. Καὶ ἰδὼν αὐτὴν ὁ κύριος
14 ἐσπλαγχνίσθη ἐπ᾽ αὐτῇ καὶ εἶπεν αὐτῇ· Μὴ κλαῖε. Καὶ
προςελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ· οἱ δὲ βαστάζοντες ἔστησαν.
15 Καὶ εἶπε· Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι! Καὶ ἀνεκά-
θισεν ὁ νεκρὸς καὶ ἤρξατο λαλεῖν· καὶ ἔδωκεν αὐτὸν τῇ
16 μητρὶ αὐτοῦ. Ἔλαβε δὲ φόβος πάντας καὶ ἐδόξαζον τὸν
θεὸν λέγοντες· Ὅτι προφήτης μέγας ἐγήγερται ἐν ἡμῖν,
17 καὶ· ὅτι ἐπεσκέψατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Καὶ ἐξῆλ-
θεν ὁ λόγος οὗτος ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ καὶ ἐν
πάσῃ τῇ περιχώρῳ.
18 Καὶ ἀπήγγειλαν Ἰωάννῃ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ περὶ
19 πάντων τούτων. Καὶ προςκαλεσάμενος δύο τινὰς τῶν
μαθητῶν αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης ἔπεμψε πρὸς τὸν Ἰησοῦν
20 λέγων· Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προςδοκῶμεν; Παρα-
γενόμενοι δὲ πρὸς αὐτὸν οἱ ἄνδρες εἶπον· Ἰωάννης ὁ
βαπτιστὴς ἀπέσταλκεν ἡμᾶς πρός σε λέγων· Σὺ εἶ ὁ
21 ἐρχόμενος, ἢ ἄλλον προςδοκῶμεν; Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ὥρᾳ
ἐθεράπευσε πολλοὺς ἀπὸ νόσων καὶ μαστίγων καὶ πνευ-

VII, 6. al. μου ὑπὸ τὴν στέγην. 9. al. ἀμὴν λέγω ὑμῖν· οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσρ. vel οὐδέποτε. 11. al. ἐν τῷ ἑξῆς†. 12. al. αὕτη ἦν αὐτῇ χήρᾳ. 16. al. ἅπαντας†. 18. ἐν οἷς καὶ μέχρι Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, οἳ καὶ προςκαλεσάμενος δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ λέγει πορευθέντες εἴπατε αὐτῷ· σὺ εἶ κ. τ. λ. ib. al. περὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ. 19. ἢ ἕτερον? 20. al. ἀπέστειλεν. 21. al. ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ s. ἡμέρᾳ.

bis condidit. Iesus vero proficiscebatur cum iis. At quum 6
iam haud procul a domo illa abesset, misit ad eum centurio
amicos ei dicens: domine, noli molestias creare tibimetipsi;
non enim sum idoneus, ut tectum meum subeas: quare ne 7
ipse quidem me dignum habui, qui ad te venirem, sed
dic verbo, et sanabitur puer meus. Nam et ego ipse im- 8
perio subiectus, milites mihi subiectos habeo, et impero
huic: abi, et abit, et alteri: veni, et venit: et servo illi meo:
fac hoc, et facit. Quibus auditis Iesus eum miratus est et 9
versus ad hominum, qui eum sequebantur, turbam dixit:
confirmo vobis, ne in Israelitis quidem tantum fiduciae in-
veni. Et legati domum reversi aegrotum servum sanum 10
repererunt.

Et postridie accidit, ut in urbem proficisceretur, quae 11
dicitur Nain, et simul cum eo proficiscerentur discipuli eius
sat multi magnaque hominum turba. Quum autem ad urbis 12
portam propius accessisset, et, ecce! efferebatur mortuus
filius, qui unus matri suae erat natus, et ipsa vidua et cum
ea sat magna oppidanorum copia. Quam quum vidisset do- 13
minus, misericordia de ea commotus ei: noli, inquit, flere.
Et quum accessisset, feretrum tetigit: qui autem ferebant, 14
stabant. Et dixit: iuvenis, tibi impero, surge! Et mor- 15
tuus surrexit et loqui coepit, quem matri suae dedit. Occu- 16
pavit autem omnes stupor et Deum celebrabant laudibus di-
centes: magnus inter nos excitatus est vates, et: Deus populum
suum benigne respexit. Atque haec de eo fama in universa 17
Iudaea totaque, quae circumiacet, regione divulgata est.

Et nuntium de his omnibus Iohanni discipuli eius attu- 18
lerunt. Et duos quosdam discipulorum suorum advocatos 19
Iohannes ad Iesum misit his verbis: esne tu is, quem venire
certum est, an alium exspectemus? Qui viri quum ad eum 20
venissent, dixerunt: Iohannes baptista nos ad te ablegavit
his verbis: esne tu is, quem venire certum est, an alium
exspectemus? Illa ipsa autem hora multos a morbis et do- 21

---

cuiusdam filium, quum in eo esset, ut efferretur, in vitam revocat
cum summa hominum admiratione, qui hoc miraculum vident et
divulgant Deumque laudibus celebrant. 11—17. Duos a Iohanne
b. discipulos sciscitatum missos, utrum Messias esset nec ne, ae-
grotos, id quod oculis usurpaverant, miro modo sanari ipsumque
Iohannem rem inde colligere posse, renuntiare iubet. Quibus di-
gressis, auditores, qui non tam pietatis quam novitatis studio ducti

μάτων πονηρῶν καὶ τυφλοῖς πολλοῖς ἐχαρίσατο τὸ βλέ-
22 πειν. Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἀπαγ-
γείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε· ὅτι τυφλοὶ ἀνα-
βλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται,
κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ εὐαγγελίζον-
23 ται, καὶ μακάριός ἐστιν, ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν
24 ἐμοί. Ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννου ἤρξατο
λέγειν πρὸς τοὺς ὄχλους περὶ Ἰωάννου· Τί ἐξήλθατε εἰς
τὴν ἔρημον; θεάσασθαι κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμε-
25 νον; Ἀλλὰ τί ἐξήλθατε; ἰδεῖν ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς
ἱματίοις ἠμφιεσμένον; Ἰδοὺ, οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ καὶ
26 τρυφῇ ὑπάρχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν. Ἀλλὰ τί
ἐξήλθατε; ἰδεῖν προφήτην; Ναὶ, λέγω ὑμῖν, καὶ περισ-
27 σότερον προφήτου! Οὗτός ἐστι, περὶ οὗ γέγραπται·
„Ἰδοῦ, ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προςώπου
σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.“
28 Λέγω γὰρ ὑμῖν· μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφήτης
Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ οὐδείς ἐστιν· ὁ δὲ μικρότερος
29 ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ μείζων αὐτοῦ ἐστι. (Καὶ πᾶς
ὁ λαὸς ἀκούσας καὶ οἱ τελῶναι ἐδικαίωσαν τὸν θεὸν
30 βαπτισθέντες τὸ βάπτισμα Ἰωάννου· οἱ δὲ Φαρισαῖοι
καὶ οἱ νομικοὶ τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυ-
31 τοὺς μὴ βαπτισθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ.) Τίνι οὖν ὁμοιώσω
τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταύτης; καὶ τίνι εἰσὶν ὅμοιοι;
32 Ὅμοιοί εἰσι παιδίοις τοῖς ἐν ἀγορᾷ καθημένοις καὶ προς-
φωνοῦσιν ἀλλήλοις καὶ λέγουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ
οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκλαύσατε.
33 Ἐλήλυθε γὰρ Ἰωάννης ὁ βαπτιστὴς μήτε ἄρτον ἐσθίων
34 μήτε οἶνον πίνων, καὶ λέγετε· Δαιμόνιον ἔχει. Ἐλήλυθεν
ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγετε·
Ἰδοὺ, ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, φίλος τελωνῶν
35 καὶ ἁμαρτωλῶν. Καὶ ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν
τέκνων αὐτῆς πάντων.

36 Ἠρώτα δέ τις αὐτὸν τῶν Φαρισαίων, ἵνα φάγῃ
μετ᾽ αὐτοῦ· καὶ εἰςελθὼν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου
37 ἀνεκλίθη. Καὶ, ἰδού! γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρ-
τωλὸς, ἐπιγνοῦσα ὅτι ἀνάκειται ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρι-
38 σαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου καὶ στᾶσα ὀπίσω

VII, 22. al. ἃ εἶδον ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἃ ἤκουσαν ὑμῶν τὰ ὦτα vel ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε. 24. al τοῖς ὄχλοις. 24. 25. 26. al. ἐξήλθετε vel ἐξεληλύθατε. 31. al. Εἶπε δὲ ὁ κύριος· Τίνι οὖν. 32. al. προςφ. ἀλλ. λέγοντες. ibid. al. pro ἐκλαύσατε l. ἐκόψασθε. 34. al. τελωνῶν φίλος. al. pro λέγετε l. ἐλέγετε vel λέγουσι.

loribus et genfis liberavit impuris multisque caecis visum
benigne restituit. Et respondit iis hunc in modum: abite et 22
renuntiate Iohanni, quae vidistis atque audivistis: caeci vi-
dent, claudi incedunt, leprosi purgantur, surdi audiunt, mor-
tui excitantur, pauperes laeta de regno Messiano doctrina
imbuuntur, et beatus est, qui me non fuerit offensus. 23
Digressis vero legatis Iohannis, dicere coepit ad illam ho- 24
minum multitudinem de Iohanne: quid exiistis in locum,
quem nostis, desertum? ut intueremini arundinem a vento
agitatam? Sed quid exiistis? ut spectaretis hominem mol- 25
libus vestimentis indutum? ecce! qui pretioso vestimento
et vita delicata utuntur in regiis aedibus versantur. Sed 26
quid exiistis? ut videretis prophetam? Profecto, confirmo
vobis, etiam praestantiorem propheta virum (vos vidisse)!
Hic est, de quo scriptum legitur: *) „ecce, mitto nuntium 27
meum ante te, qui te praegressus viam tibi muniet.“ Con- 28
firmo enim vobis, praestantiorem inter mulierum natos Io-
hanne baptista esse nullum, sed (qui) minor (est,) in regno
coelesti eo est praestantior. (Et tota hominum multitudo, 29
quae audiverat, et portitores, Dei consiliis reverenter se
submittebant sacro Iohannis lavacro imbui passi, sed Pha- 30
risaei et legisperiti voluntatem Dei de semetipsis repudia-
runt non passi sacro lavacro ab eo imbui.) Cui vero con- 31
feram homines huius aetatis? et cui sunt similes? Similes 32
sunt pueris in foro sedentibus et se invicem alloquentibus
hoc modo: tibia vobis cecinimus, et non saltastis; naenias
vobis cecinimus, et non flevistis. Prodiit enim Iohannes 33
baptista, qui neque panem edere solebat neque bibere vinum,
et dicitis: malo stimulatur daemone. Prodiit Messias, qui 34
edere et bibere solet, et dicitis: ecce! homo edax et vino-
lentus, amicus portitorum et flagitiosorum. Et comprobata 35
est sapientia ab omnibus suis alumnis.

Rogabat autem eum quidam Pharisaeorum, ut coenaret 36
cum eo; et domum Pharisaei ingressus accubuit. Et, ecce! 37
mulier in hac urbe, quae flagitiosa erat, quum cognovisset,
accumbere eum in domo Pharisaei, alabastro unguenti allato
et a tergo ad pedes eius collocata lacrymans coepit pedes eius 38

*) Maleach. III, 1.

ad Iohannem sese contulerant, carpit, Iohannem omnium prophetarum maximum Messiaeque anteambulonem declarat et omnino aequalium, quibus ille nimis severior, ipse autem liberior esse videatur, puerile perstringuit ingenium. 11—35. Matth. XI, 2—19. Iesus Pharisaeum quendam, qui eum invitaverat, indignabundum,

παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ κλαίουσα ἤρξατο βρέχειν τοὺς
πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσι καὶ ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς
αὐτῆς ἐξέμασσε καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ
39 ἤλειφε τῷ μύρῳ. Ἰδὼν δὲ ὁ Φαρισαῖος ὁ καλέσας αὐτὸν
εἶπεν ἐν ἑαυτῷ λέγων· Οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν
ἂν τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ, ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ· ὅτι ἁμαρ-
40 τωλός ἐστι. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπε πρὸς αὐτόν·
Σίμων, ἔχω σοί τι εἰπεῖν. Ὁ δέ φησι· Διδάσκαλε, εἰπέ.
41 Δύο χρεωφειλέται ἦσαν δανειστῇ τινι· ὁ εἷς ὤφειλε δη-
42 νάρια πεντακόσια, ὁ δὲ ἕτερος πεντήκοντα. Μὴ ἐχόντων
δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Τίς οὖν
43 αὐτῶν, εἰπὲ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ
Σίμων εἶπεν· Ὑπολαμβάνω, ὅτι ᾧ τὸ πλεῖον ἐχαρίσατο.
44 Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· Ὀρθῶς ἔκρινας. Καὶ στραφεὶς πρὸς
τὴν γυναῖκα τῷ Σίμωνι ἔφη· Βλέπεις ταύτην τὴν γυναῖκα;
Εἰςῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν· ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου
οὐκ ἔδωκας, αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσιν ἔβρεξέ μου τοὺς πόδας
45 καὶ ταῖς θριξὶ αὐτῆς ἐξέμαξε. Φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας,
αὕτη δὲ, ἀφ᾽ ἧς εἰςῆλθον, οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου
46 τοὺς πόδας. Ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου οὐκ ἤλειψας, αὕτη
47 δὲ μύρῳ ἤλειψέ μου τοὺς πόδας. Οὗ χάριν, λέγω σοι,
ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησε
48 πολύ· ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ. Εἶπε δὲ
49 αὐτῇ· Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. Καὶ ἤρξαντο οἱ
συνανακείμενοι λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· Τίς οὗτός ἐστιν, ὃς
50 καὶ ἁμαρτίας ἀφίησιν; Εἶπε δὲ πρὸς τὴν γυναῖκα· Ἡ
πίστις σου σέσωκέ σε· πορεύου εἰς εἰρήνην.

ΚΕΦ. VIII.

1 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ καθεξῆς καὶ αὐτὸς διώδευε κατὰ
πόλιν καὶ κώμην κηρύσσων καὶ εὐαγγελιζόμενος τὴν βα-
2 σιλείαν τοῦ θεοῦ καὶ οἱ δώδεκα σὺν αὐτῷ καὶ γυναῖκές
τινες, αἳ ἦσαν τεθεραπευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν
καὶ ἀσθενειῶν, Μαρία ἡ καλουμένη Μαγδαληνὴ, ἀφ᾽ ἧς
3 δαιμόνια ἑπτὰ ἐξεληλύθει, καὶ Ἰωάννα, γυνὴ Χουζᾶ
ἐπιτρόπου Ἡρώδου, καὶ Σουσάννα καὶ ἕτεραι πολλαὶ,
αἵτινες διηκόνουν αὐτῷ ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

VII, 38. al. [illegible] τ. πόδας αὐτοῦ ὀπίσω. ib. al. ἔβρεξε. ib. [illegible] ἐξέμαξε. 43. al. ὀρθῶς ἀπεκρίθης. 44. al. ταῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς. 45. al. εἰςῆλθεν. 50. al. ἐν εἰρήνῃ. VIII, 1. al. pro διώδευε l. ἐπορεύετο. 2. al. δαιμόνια πολλά. 3. al. καὶ ἑταῖραι πολλαί. ib. al. καὶ διηκόνουν αὐτοῖς ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς.

irrigare lacrymis et crinibus capitis sui abstergebat et pedes
eius deosculabatur et perfundebat illo unguento. Quo viso 39
Pharisaeus, qui Iesum invitaverat, secum dixit his ver-
bis: hic si esset vates, nosceret, quae et qualis sit mu-
lier, quae ipsum tangit; nam flagitiosa est. Et Iesus ei 40
hunc in modum respondit: Simon, habeo, quod tibi dicam.
Ille vero: magister, inquit, dic! Duo erant creditori cui- 41
dam debitores: alter debebat quingentos denarios, alter
vero quinquaginta. Qui quum non essent solvendo, utrique 42
condonavit. Uter igitur eorum, dic, plus eum amabit?
Simon autem respondit his verbis: is, opinor, cui plus 43
condonaverat. Cui ille: recte, inquit, iudicasti. Et ad 44
mulierem illam conversus Simoni: videsne, inquit, hanc
mulierem? Ingressus sum hanc domum: aquam super pedes
meos non dedisti; haec vero lacrymis pedes meos irrigavit
et capillis suis abstersit. Osculum mihi non dedisti; haec 45
vero, ex quo ingressus sum, non desiit pedes meos deoscu-
lari. Oleo caput meum non unxisti; haec autem oleo unxit 46
meos pedes. Cuius rei gratia, dico tibi, condonata sunt 47
eius peccata, quae multa sunt; nam multum amavit: cui
vero parum condonatur, parum amat. Ipsi autem: 48
tua tibi, inquit, peccata condonata sunt. Et accumben- 49
tes inter semetipsos (secum ipsi) dicere coeperunt: quis-
nam hic est, qui vel peccata condonat. Dixit vero ad 50
mulierem: tua tibi fiducia fuit saluti; tranquillo animo abi.

CAP. VIII.

Et postero tempore accidit, ut et ipse singulas urbes 1
et vicos obiret alta voce docens laetumque de regno Messia-
no nuntium perferens et duodecim eius discipuli et mulieres 2
quaedam a malis daemonibus morbisque sanatae, Maria
Magdalena, quae dicitur, a qua septem egressi fuerant dae-
mones, et Iohanna, uxor Chusae procuratoris Herodis, et 3
Susanna aliaeque multae, quae a suo ipsi victum suppedi-
tabant.

---

quod a muliere, cuius flagitiosam vitam non perspexisse videbatur, pretioso ungnebatur unguento, parabola a domino, qui duobus servis, qui non solvendo erant, alteri ingens, alteri minus remiserat debitum, meliora edocet mulieremque bono animo esse iubet. 36—50.

VIII. Iesus cum discipulis suis, stipatus a Maria Magdalena, Iohanna et Susanna quadam, quae ei e suis facultatibus suppeditant, urbes et vicos laetum de regno Messiano afferens nuntium

4 Συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ καὶ τῶν κατὰ πόλιν
5 ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτὸν εἶπε διὰ παραβολῆς· Ἐξῆλ-
θεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ· καὶ ἐν
τῷ σπείρειν αὐτὸν ὃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ
κατεπατήθη καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτό.
6 Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐπὶ τὴν πέτραν, καὶ φυὲν ἐξηράνθη
7 διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἰκμάδα. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν ἐν μέσῳ
τῶν ἀκανθῶν, καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν
8 αὐτό. Καὶ ἕτερον ἔπεσεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν, καὶ
φυὲν ἐποίησε καρπὸν ἑκατονταπλασίονα. Ταῦτα λέγων
ἐφώνει· Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω!
9 Ἐπηρώτων δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες, τίς
10 εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη. Ὁ δὲ εἶπεν· Ὑμῖν δέδοται γνῶναι
τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐν
παραβολαῖς, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι καὶ ἀκούοντες μὴ
11 συνιῶσιν. Ἔστι δὲ αὕτη ἡ παραβολή· Ὁ σπόρος ἐστὶν
12 ὁ λόγος τοῦ θεοῦ· Οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν εἰσὶν οἱ ἀκού-
οντες· εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος καὶ αἴρει τὸν λόγον ἀπὸ
13 τῆς καρδίας αὐτῶν, ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν· Οἱ
δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἳ ὅταν ἀκούσωσι, μετὰ χαρᾶς δέ-
χονται τὸν λόγον· καὶ οὗτοι ῥίζαν οὐκ ἔχουσιν, οἳ πρὸς
καιρὸν πιστεύουσι καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ ἀφίστανται.
14 Τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσόν, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκούσαντες
καὶ ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου
15 πορευόμενοι συμπνίγονται καὶ οὐ τελεσφοροῦσι· Τὸ δὲ
ἐν τῇ καλῇ γῇ, οὗτοί εἰσιν, οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ
ἀγαθῇ ἀκούσαντες τὸν λόγον κατέχουσι καὶ καρποφοροῦ-
16 σιν ἐν ὑπομονῇ. Οὐδεὶς δὲ λύχνον ἅψας καλύπτει αὐτὸν
σκεύει ἢ ὑποκάτω κλίνης τίθησιν· ἀλλ᾽ ἐπὶ λυχνίας ἐπι-
17 τίθησιν, ἵνα οἱ εἰςπορευόμενοι βλέπωσι τὸ φῶς. Οὐ γάρ
ἐστι κρυπτόν, ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται, οὐδὲ ἀπόκρυφον,
18 ὃ οὐ γνωσθήσεται καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Βλέπετε οὖν
πῶς ἀκούετε· ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ ὃς
ἂν μὴ ἔχῃ, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ.
19 Παρεγένοντο δὲ πρὸς αὐτὸν ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ
αὐτοῦ καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον.
20 Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων· Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ
21 ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω ἰδεῖν σε θέλοντες. Ὁ δὲ

VIII, 4. al. συνόντος δὲ ὄχλου. ib. al. κατὰ τὴν πόλιν. 8. al. ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν καὶ καλήν. 10. al. ἵνα βλέποντες μὴ ἴδωσι καὶ ἀκούοντες ἀκούωσι καὶ μή. 12. al. οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον. 13. οἱ δὲ ἐπὶ τὴν πέτραν. 15. τὸ δὲ εἰς τὴν καλὴν γῆν. 17. al. pro φαν. γενήσεται l. φανερωθήσεται s. φανερὸν ἔσται. 19. al. ἀπηγγέλη δέ. 20. al. ζητοῦντές σε.

Confluente autem magna hominum multitudine homi- 4
nibusque e singulis oppidis ad eum proficiscentibus, per
parabolam dixit: exiit sator, ut sementem faceret, et dum 5
sementem faceret, aliud propter viam cecidit, et conculca-
tum est et aves coeli comederunt. Et aliud cecidit in 6
saxum, et nascens (progerminans) exaruit succu destitutum.
Et aliud in medias cecidit spinas, et spinae simul surgentes 7
praefocatrunt. Et aliud in bonam cecidit terram, et nascens 8
centuplum edidit fructum. Haec dicens clamabat: qui aures
habet ad audiendum, audito!

At discipuli eius interrogabant eum dicentes, quaenam 9
haec parabola esset. Quibus: vobis, inquit, datum est 10
arcanas regni Messiani rationes perspicere, ceteris vero
per parabolas, ut videntes ne videant nec audientes intelli-
gant. Est autem illa parabola haec: semen est doctrina 11
divina. Qui vero propter viam, sunt auditores; venit de- 12
inde diabolus et doctrinam ab animo eorum tollit, ut ne
fidem habentes serventur. Qui vero in saxo, qui quan- 13
do audiverint, doctrinam eum gaudio admittunt; et hi
radicem non habent, qui ad tempus fidem habent et tem-
pore calamitoso deficiunt. Quod vero in spinas cecidit, hi 14
sunt, qui audiunt et curis, divitiis et vitae voluptatibus
subiecti paulatim una suffocantur nec ad maturitatem per-
ducunt. Quod vero bona in terra, sunt hi, qui sincero et 15
bono animo auditam continent doctrinam et fructus con-
stanter ferunt. Nemo candelam accensam vase occultat aut 16
ponit sub lecto; sed candelabro imponit, ut, quicunque
intrent, lumen videant. Nam non est occultum, quod non 17
sit manifestandum, neque absconditum, quod non sit co-
gnoscendum et proferendum in lucem. Videte igitur, quo- 18
modo audiatis; quicunque enim habeat, ei dabitur, et qui-
cunque non habeat, etiam quae habet, ei subtrahentur.

Accesserant autem ad eum mater eiusque fratres nec 19
poterant eum convenire ob hominum turbam. Et nuntia- 20
tum est ei, (quibusdam) dicentibus: mater tua tuique fratres
foris stant te videre cupientes. Quibus his verbis respondit: 21

---

obit. 1—3. Parabola de satore multis audientibus proposita variam doctrinae suae in animis hominum efficaciam et fortunam describit, cuius sententiam apostolis id flagitantibus cum dolore quodam de animo plebis caligine obducto paullo post accuratius exponit. Quibus similitudine de candela candelabro imponenda auctor est, ut animum ad rerum div. cognitionem sibi comparandam erigant eumque, qui his in rebus profecerit, maxima incrementa capturum esse confirmat. Matth. XIII, 1. Marc. IV, 1. Quibusdam, matrem

ἀποκριθεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς· Μήτηρ μοῦ καὶ ἀδελφοί
μοῦ οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον τοῦ θεοῦ ἀκούοντες καὶ
ποιοῦντες.
22 Καὶ ἐγένετο ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν καὶ αὐτὸς ἐνέβη εἰς
πλοῖον καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς·
Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης· καὶ ἀνήχθησαν.
23 Πλεόντων δὲ αὐτῶν ἀφύπνωσε. Καὶ κατέβη λαῖλαψ
ἀνέμου εἰς τὴν λίμνην, καὶ συνεπληροῦντο καὶ ἐκινδύ-
24 νευον. Προςελθόντες δὲ διήγειραν αὐτὸν λέγοντες·
Ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, ἀπολλύμεθα! Ὁ δὲ ἐγερθεὶς ἐπε-
τίμησε τῷ ἀνέμῳ καὶ τῷ κλύδωνι τοῦ ὕδατος· καὶ
25 ἐπαύσαντο καὶ ἐγένετο γαλήνη. Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ποῦ
ἐστιν ἡ πίστις ὑμῶν; Φοβηθέντες δὲ ἐθαύμασαν λέγον-
τες πρὸς ἀλλήλους· Τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς
ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ;
26 Καὶ κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γαδαρηνῶν,
27 ἥτις ἐστὶν ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας. Ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ
ἐπὶ τὴν γῆν ὑπήντησεν αὐτῷ ἀνήρ τις ἐκ τῆς πόλεως,
ὃς εἶχε δαιμόνια ἐκ χρόνων ἱκανῶν καὶ ἱμάτιον οὐκ ἐνε-
διδύσκετο καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν, ἀλλ' ἐν τοῖς μνήμα-
28 σιν. Ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ ἀνακράξας προςέπεσεν
αὐτῷ καὶ φωνῇ μεγάλῃ εἶπε· Τί ἐμοὶ καὶ σοί, Ἰησοῦ,
υἱὲ τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου; δέομαί σου, μή με βασα-
29 νίσῃς! Παρήγγειλε γὰρ τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ
ἐξελθεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου· πολλοῖς γὰρ χρόνοις συν-
ηρπάκει αὐτὸν καὶ ἐδεσμεῖτο ἁλύσεσι καὶ πέδαις φυ-
λασσόμενος καὶ διαῤῥήσσων τὰ δεσμὰ ἠλαύνετο ὑπὸ
30 τοῦ δαίμονος εἰς τὰς ἐρήμους. Ἐπηρώτησε δὲ αὐτὸν
ὁ Ἰησοῦς λέγων· Τί σοί ἐστιν ὄνομα; Ὁ δὲ εἶπε·
Λεγεών· ὅτι δαιμόνια πολλὰ εἰςῆλθεν εἰς αὐτόν. Καὶ
31 παρεκάλει αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ αὐτοῖς εἰς τὴν ἄβυσ-
32 σον ἀπελθεῖν. Ἦν δὲ ἐκεῖ ἀγέλη χοίρων ἱκανῶν βοσ-
κομένων ἐν τῷ ὄρει· καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα ἐπι-
τρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰςελθεῖν. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐ-
33 τοῖς. Ἐξελθόντα δὲ τὰ δαιμόνια ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου
εἰςῆλθεν εἰς τοὺς χοίρους, καὶ ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ

VIII, 21. al. ποιοῦντες αὐτόν. 22. al. ἐγένετο δέ. ib. al. ἀναβῆναι αὐτόν. 23. συνεπληροῦτο. 24. al. κύριε, κύριε, σῶσον, ἀπολλ. ib. al. καὶ ἐπαύσατο καὶ ἐγένετο γαλήνη μεγάλη. 25. al. οἱ δὲ φοβηθέντες ἐθαύμασαν. 26. et 37. al. Γερασηνῶν † vel Γεργεσηνῶν. ibid. al. ἀντίπερα †. 27. al. ἐλθόντος s. ἐλθόντι τ. Ἰησοῦ εἰς τὴν χώραν τ. Γαδ. ib. al. ἀπὸ χρόνων ἱκανῶν. 30. al. λεγιὼν vel λεγαιών. 31. al. καὶ παρεκάλουν †. 33. al. εἰςῆλθον †.

mater mea meique fratres sunt hi, qui doctrinam divinam audiunt factisque exprimunt

Et accidit die quodam, ut, quum et ipse navigium es- 22
set ingressus eiusque discipuli, ad eos diceret: perveniamus in ulterius lacus littus; et solverunt navigium. Sed 23
iis navigantibus obdormivit. Et venti procella descendit
in lacum, et obruebantur (fluctibus) et periclitabantur. Ac- 24
cesserunt autem eumque his verbis excitarunt: domine, domine, perimus! Qui expergefactus increpuit ventum et fluctus aquarum; et desierunt atque exstitit malacia. Verum iis: ubinam est, inquit, vestra fiducia? Metu autem 25
perculsi mirati sunt ad se invicem dicentes: quis tandem hic est; nam vel ventis imperat et aquis eique obediunt.

Et ex alto in terram Gadarenorum navigarunt, quae 26
est e regione Galilaeae. Quam in terram quum escendisset, 27
obviam ei factus est homo quidam ex urbe, qui ex tempore satis longo malis laborabat daemonibus neque tunicam induebatur neque domi manebat, sed in sepulcris. At Iesu 28
conspecto altoque clamore sublato ad eum prolapsus magna voce dixit: quid mihi tecum rei est, Iesu, fili Dei celsissimi? peto abs te, ne me crucies! Iusserat enim impurum 29
illum daemonem ab homine egredi; multum enim temporis eum corripuerat; et quum constringeretur manicis ac pedicis, ut custodiretur, vincula discerpens a malo genio in loca deserta agitabatur. Interrogavit autem eum Iesus his 30
verbis: quodnam tibi nomen est? Ille vero: legio, inquit; nam multi daemones eum intraverant. Et flagitabat ab eo, 31
ut ne in Orcum abire iis imperaret. Erat autem ibi grex 32
porcorum sat multorum in monte pascentium: et flagitabant ab eo, ut illos intrare ipsis permitteret. Quibus permisit.
Verum genii mali ab homine egressi porcos ingressi sunt, 33

---

eius fratresque foris stare, Iesu renuntiantibus, libere profitetur, se, quicunque voluntati Dei satisfaciat, matris fratrumque numero habere 19—21. Mat. XII, 46. Marc. III, 31. Discipulis in Peraeam traiicientibus et interitum in fluctibus perhorrescentibus, Iesus e somno excitatus voce una tempestatem fluctusque sedat. 22—25. Mat. VIII, 23. Marc. IV, 35. In terra Gadarenorum miserum hominem, qui ab impuris daemonibus ita vexabatur, ut nullis vinculis posset detineri, persanat quidem; sed quum, homine irruente in porcos,

34 τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν λίμνην καὶ ἀπεπνίγη. Ἰδόντες δὲ
οἱ βόσκοντες τὸ γεγενημένον ἔφυγον καὶ ἀπήγγειλαν εἰς
35 τὴν πόλιν καὶ εἰς τοὺς ἀγρούς. Ἐξῆλθον δὲ ἰδεῖν τὸ γε-
γονὸς καὶ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰησοῦν καὶ εὗρον καθήμενον
τὸν ἄνθρωπον, ἀφ᾽ οὗ τὰ δαιμόνια ἐξεληλύθει, ἱματισ-
μένον καὶ σωφρονοῦντα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ
36 ἐφοβήθησαν. Ἀπήγγειλαν δὲ αὐτοῖς καὶ οἱ ἰδόντες, πῶς
37 ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς. Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ
πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν ἀπελθεῖν ἀπ᾽
αὐτῶν, ὅτι φόβῳ μεγάλῳ συνείχοντο· αὐτὸς δὲ ἐμβὰς εἰς
38 τὸ πλοῖον ὑπέστρεψεν. Ἐδέετο δὲ αὐτοῦ ὁ ἀνὴρ ἀφ᾽ οὗ
ἐξεληλύθει τὰ δαιμόνια, εἶναι σὺν αὐτῷ. Ἀπέλυσε δὲ
39 αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς λέγων· Ὑπόστρεφε εἰς τὸν οἶκόν σου καὶ
διηγοῦ ὅσα ἐποίησέ σοι ὁ Θεός. Καὶ ἀπῆλθε καθ᾽ ὅλην
τὴν πόλιν κηρύσσων ὅσα ἐποίησεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς.
40 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ὑποστρέψαι τὸν Ἰησοῦν ἀπεδέξατο
αὐτὸν ὁ ὄχλος· ἦσαν γὰρ πάντες προςδοκῶντες αὐτόν.
41 Καὶ, ἰδοὺ! ἦλθεν ἀνὴρ, ᾧ ὄνομα Ἰάειρος καὶ αὐτὸς ἄρ-
χων τῆς συναγωγῆς ὑπῆρχε, καὶ πεσὼν παρὰ τοὺς πόδας
τοῦ Ἰησοῦ παρεκάλει αὐτὸν εἰςελθεῖν εἰς τὸν οἶκον αὐ-
42 τοῦ, ὅτι θυγάτηρ μονογενὴς ἦν αὐτῷ ὡς ἐτῶν δώδεκα,
καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν. Ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν οἱ ὄχλοι
43 συνέπνιγον αὐτόν. Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος ἀπὸ
ἐτῶν δώδεκα, ἥτις ἰατροῖς προςαναλώσασα ὅλον τὸν βίον
44 οὐκ ἴσχυσεν ὑπ᾽ οὐδενὸς θεραπευθῆναι, προςελθοῦσα
ὄπισθεν ἥψατο τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ· καὶ
45 παραχρῆμα ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος αὐτῆς. Καὶ εἶπεν
ὁ Ἰησοῦς· Τίς ὁ ἁψάμενός μου; Ἀρνουμένων δὲ πάντων
εἶπεν ὁ Πέτρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ· Ἐπιστάτα, οἱ ὄχλοι
συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι καὶ λέγεις· Τίς ὁ ἁψάμε-
46 νός μου; Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν· Ἥψατό μου τις· ἐγὼ γὰρ
47 ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ᾽ ἐμοῦ. Ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνὴ
ὅτι οὐκ ἔλαθε, τρέμουσα ἦλθε καὶ προςπεσοῦσα αὐτῷ,
δι᾽ ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ, ἀπήγγειλεν αὐτῷ ἐνώπιον

VIII, 33. al. ἀπεπνίγησαν s. ἀπεπνίγοντο. 34. al. l. τὸ γεγονὸς † al. omittunt. ib. al. ˋ. καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν. 35. al. παραγενομένων δὲ ἐκ τῆς πόλεως καὶ θεωρησάντων καθήμενον τὸν δαιμονιζόμενον σωφρονοῦντα καὶ ἱματισμένον, καθήμενον παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἐφοβήθησαν. ib. al. pro ἐξεληλύθει l. ἐξῆλθεν. 38. al. ἐδεῖτο vel ἠρώτα δὲ αὐτόν. 39. al. ὑπόστρεψον s. πορεύου. 40. al. ἐν δὲ τῷ ὑποστρέψαι κ. τ. λ. † 43. al. l. εἰς ἰατροὺς †. 45. al. l. καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ †. al. omittunt. ib. al. ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς τὴν ἐξελθοῦσαν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἐπηρώτα· τίς μου ἥψατο.

et grex de praecipitio ruit in lacum et suffocatus est. Quod 34
factum quum pastores vidissent, fugam capessiverunt remque
et in urbes et in agros nuntiarunt. Exierunt autem, ut 35
id quod factum esset, cognoscerent, et quum ad Iesum venissent, deprehenderunt hominem, e quo mali egressi erant
genii, vestitum suique compotem ad pedes Iesu sedentem,
et timuerunt. Quibus etiam spectatores enarrarunt, quo- 36
modo a malis vexatus geniis esset sanatus. Et rogarunt 37
eum omnis Gadarenorum terrae, quae circumiacet, hominum multitudo, ut ab iis discederet; nam magno metu continebantur; ipse autem navigium ingressus rediit. Rogabat 38
vero eum vir ille, e quo mali exierant daemones, ut cum
eo esset. At Iesus eum his verbis absolvit: redi domum 39
tuam atque enarra, quantum tibi Deus fecerit. Et abiit
per totam urbem alta voce clamans, quantum ei Iesus
fecerit.

Accidit autem, ut Iesum redeuntem illa hominum mul- 40
titudo exciperet; nam omnes eum exspectabant. Et, ecce! 41
venit vir, cui nomen Iairi et ipse praefectus synagogae
erat, et ad pedes Iesu prolapsus eum rogabat, ut domum
suam intraret; nam una ei nata erat filia circiter duo- 42
decim annorum et haec moriebatur. Inter abeundum autem illa hominum turba eum urgebant. Et mulier proflu- 43
vio sanguinis inde a decem annis laborans, quae, quum omnibus bonis medicis (adhibendis) impensis non potuisset sanari, a tergo adgressa fimbriam eius pallii tetigit; et con- 44
festim flumen sanguinis eius constitit. Et dixit Iesus: quis 45
est, qui me tetigerit? Omnibus vero negantibus, dixit Petrus
et qui cum eo erant: domine, turba te continet ac premit
et dicis: quis est, qui me tetigerit? Cui vero Iesus: tetigit, 46
inquit, me quidam. Mulier autem quum se non latere vi- 47
disset, trepidans venit et ad pedes eius prolapsa, quam ob
causam eum tetigisset, coram toto populo enarravit, et

---

quorum corpora malos daemones occupaturos esse opinabatur, totus grex in mare praecipitatus periisset, incolis illius terrae flagitantibus, illam regionem relinquit et domum revertitur. 26—39. Mat. VIII, 28. Marc. V, 1. Dum in eo est, ut ad Iairi, praefecti synagogae puellam, qui enixe eum rogaverat, pergat, mulier quaedam solo vestimentorum eius cum fiducia contactu sanatur sanguinis profluvio laborans, quam, quum trepido animo rem indicasset, bono animo esse iubet; et quamquam nuntiatum erat,

48 παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ ὡς ἰάθη παραχρῆμα. Ὁ δὲ εἶπεν
αὐτῇ· Θάρσει, θύγατερ· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· πο-
49 ρεύου εἰς εἰρήνην. Ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος ἔρχεταί τις πα-
ρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου λέγων αὐτῷ· Ὅτι τέθνηκεν ἡ θυ-
50 γάτηρ σου· μὴ σκύλλε τὸν διδάσκαλον. Ὁ δε Ἰησοῦς
ἀκούσας ἀπεκρίθη αὐτῷ λέγων· Μὴ φοβοῦ· μόνον πί-
51 στευε, καὶ σωθήσεται. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, οὐκ
ἀφῆκεν εἰςελθεῖν οὐδένα, εἰ μὴ Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ
Ἰάκωβον καὶ τὸν πατέρα τῆς παιδὸς καὶ τὴν μητέρα.
52 Ἔκλαιον δὲ πάντες καὶ ἐκόπτοντο αὐτήν. Ὁ δὲ εἶπε·
53 Μὴ κλαίετε· οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ καθεύδει. Καὶ κατε-
54 γέλων αὐτοῦ εἰδότες, ὅτι ἀπέθανεν. Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν
ἔξω πάντας καὶ κρατήσας τῆς χειρὸς αὐτῆς ἐφώνησε λέ-
55 γων· Ἡ παῖς, ἐγείρου! Καὶ ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐ-
τῆς καὶ ἀνέστη παραχρῆμα. Καὶ διέταξεν αὐτῇ δοθῆ-
56 ναι φαγεῖν. Καὶ ἐξέστησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς. Ὁ δὲ παρ-
ήγγειλεν αὐτοῖς μηδενὶ εἰπεῖν τὸ γεγονός.

Κ Ε Φ. Ι Χ.

1 Συγκαλεσάμενος δὲ τοὺς δώδεκα ἔδωκεν αὐτοῖς δύ-
ναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια καὶ νόσους
2 θεραπεύειν· καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς κηρύσσειν τὴν βασι-
λείαν τοῦ θεοῦ καὶ ἰᾶσθαι τους ἀσθενοῦντας, καὶ εἶπε
3 πρὸς αὐτούς· Μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδὸν μήτε ῥάβδον
μήτε πήραν μήτε ἄρτον μήτε ἀργύριον· μήτε ἀνὰ δύο
4 χιτῶνας ἔχειν. Καὶ εἰς ἣν ἂν οἰκίαν εἰςέλθητε, ἐκεῖ μέ-
5 νετε καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθέ. Καὶ ὅσοι ἂν μὴ δέχωνται
ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης καὶ τὸν κονι-
ορτὸν ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν ἀποτινάξατε εἰς μαρτύριον
6 ἐπ᾽ αὐτούς. Ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας
εὐαγγελιζόμενοι καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ.
7 Ἤκουσε δὲ Ἡρώδης ὁ τετράρχης τὰ γινόμενα ὑπ᾽
αὐτοῦ πάντα καὶ διηπόρει διὰ τὸ λέγεσθαι ὑπό τινων, ὅτι
8 Ἰωάννης ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν· ὑπό τινων δὲ, ὅτι Ἠλίας
ἐφάνη· ἄλλων δὲ, ὅτι προφήτης εἷς τῶν ἀρχαίων ἀν-
9 έστη. Καὶ εἶπεν Ἡρώδης· Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα·

VIII, 49. al. ἀπὸ τοῦ ἀρχισ. 51. al. † εἰςελθών. ib. al. † Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην. 52. al. † οὐ γὰρ ἀπέθανεν. 56. οἱ δὲ γονεῖς αὐτῆς θεωροῦντες ἐξέστησαν. IX, 1. al. † τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. 2. al. l. † τοὺς ἀσθενεῖς. 3. al. l. † τοὺς ῥάβδους. 5. al. † δέξωνται. ib. al. ἀποτινάσσετε vel ἐκτινάξατε. 7. al. γενόμμενα. 8. al. l. ἀνέστη. 9. al. l. ὁ Ἡρώδης †.

quomodo confestim esset sanata. Cui vero Iesus: bono, 48
inquit, esto animo: tua tibi fiducia fuit saluti: abi secundo
omine. Quo adhuc loquente, venit quidam a praefecto syn- 49
agogae ei dicens: mortua est filia tua; noli molestiam creare 50
doctori. Quo audito Iesus ei respondit his verbis: noli timere;
modo fidem habeas, et servabitur. Domum autem ingressus 51
neminem intrare passus est, nisi Petrum et Iohannem et Iaco-
bum et patrem puellae et matrem. Plorabant vero omnes eam- 52
que lugebant. At hic dixit: nolite plorare; non mortua est,
sed dormit. Et ridebant eum, quum eam mortuam esse sci- 53
rent. Ipse vero, omnibus foras eiectis et manu puellae firmi- 54
ter prehensa vocavit his verbis: puella, surge! Et anima eius 55
rediit confestimque adstabat. Et iussit cibum ei praeberi.
Et parentes eius summo stupore erant affecti. At impera- 56
vit iis, ne cuiquam factum dicerent.

CAP. IX.

Convocatis autem duodecimviris vim et potestatem 1
in omnes malos concessit genios et morbos sanandi eosque 2
misit ad doctrinam de regno Messiano alta voce tradendam
aegrotosque sanandos. Quibus dixit: ne quid omnino in 3
itinere (vobiscum) gestetis, nec baculum nec peram nec
panem neque argentum; neque binas tunicas ut habeatis.
Et quamcunque domum intraveritis, ibi manete atque illinc 4
egredimini. Et quotquot vos non exceperint, domo illa 5
egredientes vel pulverem de pedibus vestris excutite, ut te-
stimonium contra eos exstet. Egredientes vero singulos 6
obibant vicos laetum de regno Messiano nuntium perferen-
tes et sanantes ubique.

Herodes autem tetrarcha omnibus, quae ab eo facta 7
erant, auditis, dubius erat, quia a quibusdam dicebatur,
Iohannem ab inferis esse excitatum; a quibusdam autem, 8
Eliam apparuisse; ab aliis vero, prophetam unum veterum
resurrexisse. Et dixit Herodes: Iohanni ego caput ampu- 9

---

filiam Iairi exspirasse, tamen cum parentibus, Petro, Iohanne et Iacobo conclave ingressus filiam cum omnium stupore in vitam revocat; sed rem ipsam divulgari vetat. 40—55. Matth. IX, 18. Marc. V, 21.

IX. Tum duodecimviros ad doctrinam de regno Messiano propagandam aegrotosque miro modo sanandos ablegat atque hunc in finem qua ratione agendi utendum sit, peculiaria quaedam iis dat praecepta. 1—6. Matth. X. Marc. VI, 7. Herodes tetrarcha aliique haerent dubii, utrum Iesum pro Iohanne b. ab inferis excitato an Elia,

τίς δέ ἐστιν οὗτος, περὶ οὗ ἐγὼ ἀκούω τοιαῦτα; Καὶ
ἐζήτει ἰδεῖν αὐτόν.
10 Καὶ ὑποστρέψαντες οἱ ἀπόστολοι διηγήσαντο αὐτῷ
ὅσα ἐποίησαν· καὶ παραλαβὼν αὐτοὺς ὑπεχώρησε κατ᾿
ἰδίαν εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά.
11 Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες ἠκολούθησαν αὐτῷ· καὶ δεξάμενος
αὐτοὺς ἐλάλει αὐτοῖς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ' καὶ
12 τοὺς χρείαν ἔχοντας θεραπείας ἰᾶτο. Ἡ δὲ ἡμέρα ἤρ-
ξατο κλίνειν· προσελθόντες δὲ οἱ δώδεκα εἶπον αὐτῷ·
Ἀπόλυσον τὸν ὄχλον, ἵνα ἀπελθόντες εἰς τὰς κύκλῳ κώ-
μας καὶ τοὺς ἀγροὺς καταλύσωσι καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισ-
13 μόν· ὅτι ὧδε ἐν ἐρήμῳ τόπῳ ἐσμέν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐ-
τούς· Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Οἱ δὲ εἶπον· Οὐκ εἰσὶν
ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ ἰχθύες δύο, εἰ μήτι πο-
ρευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσωμεν εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον
14 βρώματα. (Ἦσαν γὰρ ὡσεὶ ἄνδρες πεντακισχίλιοι.) Εἶπε
δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Κατακλίνατε αὐτοὺς κλι-
15 σίας ἀνὰ πεντήκοντα. Καὶ ἐποίησαν οὕτω καὶ ἀνέκλι-
16 ναν ἅπαντας. Λαβὼν δὲ τοὺς πέντε ἄρτους καὶ τοὺς
δύο ἰχθύας ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησεν αὐτοὺς
καὶ κατέκλασε καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς παρατιθέναι τῷ
17 ὄχλῳ. Καὶ ἔφαγον καὶ ἐχορτάσθησαν πάντες· καὶ ἤρθη
τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς κλασμάτων, κόφινοι δώδεκα.
18 Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν προσευχόμενον κατα-
μόνας συνῆσαν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ καὶ ἐπηρώτησεν αὐ-
19 τοὺς λέγων· Τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι; Οἱ δὲ ἀπο-
κριθέντες εἶπον· Ἰωάννην τὸν βαπτιστήν· ἄλλοι δὲ, Ἠλί-
αν· ἄλλοι δὲ, ὅτι προφήτης τις τῶν ἀρχαίων ἀνέστη.
20 Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; Ἀποκρι-
21 θεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε· Τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ. Ὁ δὲ
22 ἐπιτιμήσας αὐτοῖς παρήγγειλε, μηδενὶ λέγειν τοῦτο, εἰ-
πών· Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν καὶ
ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων καὶ ἀρχιερέων
καὶ γραμματέων καὶ ἀποκτανθῆναι καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ
23 ἐγερθῆναι. Ἔλεγε δὲ πρὸς πάντας· Εἴ τις θέλει ὀπίσω
μου ἔρχεσθαι, ἀρνησάσθω ἑαυτὸν καὶ ἀράτω τὸν σταυ-

IX, 10. al. l. εἰς τόπον ἔρημον vel εἰς ἔρημον Βηθσ. vel εἰς πόλιν s. κώμην καλουμένην Βηθσ. vel εἰς τόπον πόλεως καλουμένης Βηθσ. 11. al. ἀποδεξάμενος. 12. al. ἤδη. ib. ἵνα πορευθέντες εἰς τὰς κ. κώμας κ. τ. λ. 16. al. προσηύξατο καί. ib. al. παραθεῖναι s. παραθῆναι. 17. al. καὶ ἔφαγον πάντες κ. ἐχορτ. καὶ ἦραν s. ἤρθησαν. 18. al. αὐτοὺς προσευχομένους. 19. al. ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. 21. al. l. εἰπεῖν. 22. al. l. ἀναστῆναι †. 23. al. ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω †.

tavi; at quisnam est hic, de quo ego talia audio? Et cupiebat eum videre.

Reversi legati quum ei, quanta fecerant, enarrassent, 10
iis adsumtis seorsum abiit in locum desertum urbis, quae dicitur Bethsaida. Quo cognito illa hominum turba eum est 11
secuta; quos quum excepisset, verba ad eos faciebat de regno Messiano et quicunque opus habebant sanatione, sanabat. At dies inclinare coepit: duodecimviri autem quum 12
accessissent, ei: dimitte, inquiunt, hanc hominum turbam, ut in vicos et agros circumiacentes digressi devertant et alimenta inveniant; nam hic in deserto loco sumus. At dixit 13
ad eos: date iis vos alimenta. Illi autem: non sunt nobis, inquiunt, plures quam quinque panes et duo pisces, nisi forte digressi in usum totius huius multitudinis alimenta emamus. (Erant enim circiter quinque virorum millia.) At 14
dixit ad discipulos suos: curate, ut catervatim accumbant, quinquageni. Atque sic egerunt omnesque ut accumberent, 15
curarunt. Sumtis vero quinque panibus et duobus piscibus, 16
oculis in coelum sublatis, gratias super iis egit fractosque dabat discipulis, ut traderent multitudini. Et comederunt 17
ad satietatem usque omnes: et sublatae sunt reliquiae fragmentorum, duodecim corbes.

Et accidit, ut, dum preces seorsim funderet, discipuli cum 18
eo versarentur, quos hunc in modum interrogavit: quemnam me homines esse dicunt? Illi vero responderunt his verbis: Io- 19
hannem baptistam; alii vero Eliam; alii vero, prophetam quendam veterum resurrexisse. Quibus ille: vos autem, inquit, 20
quemnam me esse dicitis? Verum Petrus respondit hoc modo: Messiam illum Dei. At increpuit eos iisque mandavit, 21
ne cuiquam hoc dicerent his additis verbis: esse in fatis, 22
ut multa pateretur et repudiaretur a populi senioribus et summis sacerdotibus legisque peritis et trucidaretur ac resuscitaretur tertio die. Dicebat autem ad omnes: si quis 23
me sequi vult, sibimet ipsi renuntiato et tollito crucem suam

---

an alio habeant. 7—9. Matth. IX, 1. 2. Marc. VI, 14. Apostolis ex primo illo itinere reversis et, quaecunque experti erant, ad Iesum relatis, cum discipulis in locum Bethsaidae desertum sese confert, ubi populum res div. edocet, aegrotos sanat et quinque millia virorum quinque panibus duobusque satiat piscibus. 10-17. Matth. XIV, 13. Marc. VI, 30. Ioh. VI, 1. Quum Iesus in loco deserto ad preces faciendas versetur, e discipulis suis cognoscit, aliis eum videri esse Iohannem b., alius Eliam, aliis quendam veterum prophetarum, at ipsorum nomine Petrus Messiam eum esse confirmat, quod Iesus in vulgus emanare non vult. Addit, esse in fatis, ut mortem subeat cruentam, sed tertio die in vitam rediturum. Quicunque

24 ρὸν αὐτοῦ καθ᾽ ἡμέραν καὶ ἀκολουθείτω μοι. Ὃς γὰρ ἂν
θέλῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν· ὃς δ᾽ ἂν
ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, οὗτος σώσει αὐ-
25 τήν. (Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος κερδήσας τὸν κόσμον
26 ὅλον, ἑαυτὸν δὲ ἀπολέσας ἢ ζημιωθείς;) Ὃς γὰρ ἂν
ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, τοῦτον ὁ υἱὸς τοῦ
ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐ-
27 τοῦ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Λέγω δὲ
ὑμῖν ἀληθῶς· εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, οἳ οὐ μὴ
γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ
θεοῦ.
28 Ἐγένετο δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους, ὡςεὶ ἡμέραι
ὀκτὼ, καὶ παραλαβὼν Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον
29 ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ
προσεύχεσθαι αὐτὸν τὸ εἶδος τοῦ προςώπου αὐτοῦ ἕτε-
30 ρον καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων. Καὶ,
ἰδοὺ! ἄνδρες δύο συνελάλουν αὐτῷ, οἵτινες ἦσαν Μωϋ-
31 σῆς καὶ Ἠλίας· οἳ ὀφθέντες ἐν δόξῃ ἔλεγον τὴν ἔξοδον
32 αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλήμ. Ὁ δὲ Πέ-
τρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἦσαν βεβαρημένοι ὕπνῳ. Διαγρη-
γορήσαντες δὲ εἶδον τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ τοὺς δύο ἄν-
33 δρας τοὺς συνεστῶτας αὐτῷ. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχω-
ρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ᾽ αὐτοῦ εἶπεν ὁ Πέτρος πρὸς τὸν Ἰη-
σοῦν· Ἐπιστάτα, καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι· καὶ ποιή-
σωμεν σκηνὰς τρεῖς, μίαν σοὶ καὶ μίαν Μωϋσεῖ καὶ μίαν
34 Ἠλίᾳ, μὴ εἰδὼς ὃ λέγει. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ λέγοντος ἐγέ-
νετο νεφέλη καὶ ἐπεσκίασεν αὐτούς· ἐφοβήθησαν δὲ ἐν
35 τῷ ἐκείνους εἰςελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην· καὶ φωνὴ ἐγένετο
ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· „Οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγα-
36 πητός, αὐτοῦ ἀκούετε.“ Καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φω-
νὴν εὑρέθη ὁ Ἰησοῦς μόνος. Καὶ αὐτοὶ ἐσίγησαν καὶ
οὐδενὶ ἀπήγγειλαν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις οὐδὲν ὧν
ἑωράκασιν.
37 Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ κατελθόντων αὐτῶν
ἀπὸ τοῦ ὄρους συνήντησεν αὐτῷ ὄχλος πολύς. Καὶ,
38 ἰδοὺ! ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε λέγων· Διδάσκαλε!

XI, 25. al. ὠφελεῖ ἄνθρωπον κερδῆσαι s. ὠφελεῖ ἄνθρωπος, ἐὰν κερδήσῃ. ib. al. ἀπολέσαι ἢ ζημιωθῆναι. 27. al. l. ἑστηκότων †. ib. al. γεύσονται †. 28. al. τὸν Πέτρον †. 29. al. ἡ ἰδέα τ. προςώπου. ib. al. ἠλλοιώθη καί. 33. al. ποιήσωμεν ὧδε vel ποιήσω ὧδε τρεῖς σκηνάς. ib. al. Μωσεῖ μίαν †. 35. al. ἐκλελεγμένος †. 36. al. ἐθέασαν vel ἑώρακαν. 37. al. κατελθόντος τ. Ἰ. vel κατελθόντι αὐτῷ vel καταβαινόντων αὐτῶν vel κατελθόντα αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄρους συνελθεῖν αὐτῷ ὄχλον πολύν. 38. al. ἐβόησε †.

meque sequitor. Quicunque enim vitam suam servare voluerit, 24
eius faciet iacturam; quicunque autem mea causa vitae ia-
cturam fecerit, hic eam servabit. (Quid enim homo lucra- 25
tur totum mundum lucratus, semetipso autem perdito aut
noxa sibi illata?) Quemcunque enim puduerit mei meaeque 26
doctrinae, huius filium hominis pudebit, quando venerit
splendore suo et patris et sanctorum angelorum indutus. At 27
verissime vobis confirmo: sunt quidam eorum qui hic ad-
stant, qui mortem non experientur, donec regnum Messia-
num viderint.

Accidit autem post hos sermones, octo circiter diebus 28
elapsis, ut etiam Petro et Iohanne et Iacobo assumtis in mon-
tem, quem nosti, ad preces fundendas adscenderet. Et mu- 29
tata est inter precandum corporis eius facies eiusque vesti-
tus splendidus refulgebat. Et, ecce! duo cum eo colloque- 30
bantur viri, qui erant Moses et Elias, qui quum splendore 31
ornati sese obtulissent, loquebantur exitum eius, quem Hie-
rosolymis esset subiturus. Petrus vero et qui cum eo erant, 32
somno erant aggravati. Sed expergefacti splendorem eius
viderunt et duumviros illos ei adstantes. Et accidit, ut 33
quum in eo essent, ut ab eo discederent, Petrus ad Iesum
diceret: domine, commodum est, nos hic esse; et faciamus
tuguria tria, unum tibi et alterum Mosi et unum Eliae: ne-
scius quod diceret. Quae quum diceret, exstitit nubes eosque 34
obumbravit; metuerunt autem, quum illi hanc nubem intra-
rent, et vox e nube edita est haec: hic est filius meus dile- 35
ctus; hunc audite. Quae vox quum ederetur, Iesus solus 36
est repertus. Et ipsi tacuerunt nec cuiquam quiddam eorum,
quae viderant, illo tempore enarrarunt.

Postero autem die, quum de monte illo descendissent, 37
contigit, ut magna hominum turba obviam ei fieret. Et, 38
ecce! homo de plebe altum sustulit clamorem his verbis:

---

forti animo, rebus terrenis missis, si Messiam sectetur, vita beata certissime esse potiturum. 18—27. Matth. XVI, 13. Marc. VIII, 27. Octo dies post Iesus in monte quodam luce divina collustratur, cum Mose atque Elia colloquitur et voce e nube edita declaratur Messias, quam rem tamen Petro, Iohanni et Iacobo, qui interfuerant, cum aliis communicare interdicit. Matth. XII, 1. Marc. XI, 2. Postero die daemoniacum, quem discipuli ob fiduciae inopiam sanare non

δέομαί σου, ἐπίβλεψαι ἐπὶ τὸν υἱόν μου, ὅτι μονογενής
39 ἐστί μοι· καὶ, ἰδοὺ! πνεῦμα λαμβάνει αὐτὸν καὶ ἐξαίφνης
κράζει καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ καὶ μόγις ἀπο-
40 χωρεῖ ἀπ᾽ αὐτοῦ συντρίβον αὐτόν. Καὶ ἐδεήθην τῶν
μαθητῶν σου, ἵνα ἐκβάλωσιν αὐτὸ, καὶ οὐκ ἠδυνήθη-
41 σαν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Ὦ γενεὰ ἄπιστος
καὶ διεστραμμένη! ἕως πότε ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς καὶ ἀνέ-
42 ξομαι ὑμῶν; Προσάγαγε τὸν υἱόν σου ὧδε. Ἔτι δὲ προς-
ερχομένου αὐτοῦ, ἔῤῥηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον καὶ συνε-
σπάραξεν. Ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκα-
θάρτῳ καὶ ἰάσατο τὸν παῖδα καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν τῷ
43 πατρὶ αὐτοῦ. Ἐξεπλήσσοντο δὲ πάντες ἐπὶ τῇ μεγαλειό-
τητι τοῦ θεοῦ.

Πάντων δὲ θαυμαζόντων ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐποίει ὁ Ἰη-
44 σοῦς, εἶπε πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ· Θέσθε ὑμεῖς εἰς
τὰ ὦτα ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους· ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀν-
45 θρώπου μέλλει παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. Οἱ
δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ᾽
αὐτῶν, ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό· καὶ ἐφοβοῦντο ἐρωτῆσαι
αὐτὸν περὶ τοῦ ῥήματος τούτου.
46 Εἰςῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη
47 μείζων αὐτῶν. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς
καρδίας αὐτῶν ἐπιλαβόμενος παιδίου ἔστησεν αὐτὸ παρ᾽
48 ἑαυτῷ καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὃς ἐὰν δέξηται τοῦτο τὸ παι-
δίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὃς ἐὰν ἐμὲ
δέξηται, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με. Ὁ γὰρ μικρότε-
49 ρος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας. Ἀπο-
κριθεὶς δὲ ὁ Ἰωάννης εἶπεν· Ἐπιστάτα, εἴδομέν τινα ἐπὶ
τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα τὰ δαιμόνια καὶ ἐκωλύσαμεν
50 αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ᾽ ἡμῶν. Καὶ εἶπε πρὸς
αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· Μὴ κωλύετε· ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ᾽
ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν ἐστιν.
51 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς
ἀναλήψεως αὐτοῦ καὶ αὐτὸς τὸ πρόςωπον αὐτοῦ ἐστή-
52 ριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ. Καὶ ἀπέστειλεν ἀγ-
γέλους πρὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ πορευθέντες εἰςῆλθον
53 εἰς κώμην Σαμαρειτῶν, ὥςτε ἑτοιμάσαι αὐτῷ. Καὶ οὐκ

IX, 38. al. ἐπίβλεψον †. ib. μοί ἐστι †. 40. al. ἐκβάλλωσιν †. 41. al. ὧδε τὸν υἱόν σου †. 43. al. ἐποίησεν †. 45. al. ἐπερωτῆσαι. 47. al. εἰδὼς vel γνοὺς τ. διαλ. τῶν καρδιῶν αὐτῶν, ἐπιλαβόμενος παιδίον. 48. al. pro οὗτος ἔσται l. οὗτός ἐστι †. 50. al. ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν. 51. al. ἐστήρισεν s. ἐστήριζεν. 52. al. εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν.

magister! peto abs te, respexeris filium meum, nam unus
mihi natus est; et, ecce! malus eum daemon corripit et 39
subito clamat et distorquet eum cum spuma et vix ab eo
discedit eum conficiens. Quum petiissem a discipulis tuis, 40
ut eum eiicerent, non potuerunt. Iesus autem hunc in mo- 41
dum respondit: o progenies incredula et perversa! quousque
tandem vobiscum ero et perferam vos. Adduc filium tuum
huc. Sed quum adhuc in eo esset, ut accederet, malus dae- 42
mon eum corripuit ac vehementer laceravit. At Iesus im-
purum increpuit daemonem puerumque sanatum patri eius
tradidit. Obstupefacti sunt autem omnes hac Dei magnifi- 43
centia.

Omnibus vero mirantibus de omnibus quae faciebat Ie-
sus, ad discipulos suos dixit: percipite vos auribus vestris: 44
futurum enim est, ut Messias manibus hominum tradatur.
Illi vero hanc rem non intelligebant eratque iis occultata, 45
ne eam caperent: et verebantur eum hac de re interrogare.

Subiit autem eos haec cogitatio, quis maior esset eo- 46
rum. At Iesus, quum hanc cogitationem animi eorum vi- 47
disset et puerum assumtum iuxta semetipsum collocasset,
iis dixit: quicunque exceperit hunc puerum meum nomen in- 48
tuitus, me excipit; et quicunque me exceperit, excipit eum,
qui me misit. Nam qui inter vos minor est, hic erit magnus.
Iohannes autem hunc in modum respondit: magister, vidi- 49
mus quendam tuo nomine malos eiicientem daemones eum-
que prohibuimus; nam non est nostrae societatis. Cui Ie- 50
sus: ne, inquit, prohibeatis; qui enim non est vester ad-
versarius, pro amico est habendus.

Accidit vero, ut, quum dies illi, quibus sublimis in 51
coelum abiret, complerentur, et ipse apud animum suum
Hierosolyma proficisci decerneret. Et praemisit legatos, 52
qui profecti vicum Samaritanorum ingressi sunt, ut ei (ho-
spitium) pararent. Nec exceperunt eum, quia speciem Hie- 53

---

potuerant, persanat quamvis male a malo daemone vexatum. 37—43. Matth. XVII, 14. Marc. IX, 14. Quamquam Iesus denuo, se supplicium subiturum esse, significat, tamen discipulos res ipsa fugit eumque, ut accuratius rem exponat, verentur rogare. 44. 45. Discipulos de principatu disceptantes puero adhibito docet, modestissimum quemque principem esse. 46—48. Iohanni aegre ferenti, hominem quendam Iesu nomine malos exterminare daemones, ostendit, eiusmodi homines non hostium numero esse habendos. 49—50. Matth. XVIII, 1. Marc. IX, 33. Iesus iter faciens Hierosolyma quum in vico quodam Samaritano hospitio non exciperetur, discipuli eius Iaco-

ἐδέξαντο αὐτὸν, ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευομένου
54 εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος
καὶ Ἰωάννης εἶπον· Κύριε, θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆ-
ναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀναλῶσαι αὐτοὺς, ὡς καὶ Ἠλίας
55 ἐποίησε; Στραφεὶς δὲ ἐπετίμησεν αὐτοῖς καὶ εἶπεν· Οὐκ
56 οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε ὑμεῖς; Καὶ ἐπορεύθησαν εἰς
ἑτέραν κώμην.
57 Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ εἶπέ τις
πρὸς αὐτόν· Ἀκολουθήσω σοι ὅπου ἂν ἀπέρχῃ, κύριε.
58 Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι
καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις, ὁ δὲ υἱὸς
59 τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. Εἶπε
δὲ πρὸς ἕτερον· Ἀκολούθει μοι. Ὁ δὲ εἶπε· Κύριε, ἐπί-
τρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.
60 Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἄφες τοὺς νεκροὺς θάψαι τοὺς
ἑαυτῶν νεκροὺς, σὺ δὲ ἀπελθὼν διάγγελλε τὴν βασιλείαν
61 τοῦ θεοῦ. Εἶπε δὲ καὶ ἕτερος· Ἀκολουθήσω σοι, κύριε,
πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν
62 μου. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν
τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ᾽ ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω
εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.

Κ Ε Φ. Χ.

1 Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδο-
μήκοντα καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου
αὐτοῦ εἰς πᾶσαν πόλιν καὶ τόπον, οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρ-
2 χεσθαι. Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς· Ὁ μὲν θερισμὸς πο-
λὺς, οἱ δὲ ἐργάται ὀλίγοι· δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ
θερισμοῦ, ὅπως ἐκβάλῃ ἐργάτας εἰς τὸν θερισμὸν αὐτοῦ.
3 Ὑπάγετε· ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ
4 λύκων. Μὴ βαστάζετε βαλάντιον, μὴ πήραν μηδὲ ὑπο-
5 δήματα, καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. Εἰς ἣν
δ᾽ ἂν οἰκίαν εἰσέρχησθε, πρῶτον λέγετε· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ
6 τούτῳ! Καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ᾽

IX, 53. al. ἦν πορευόμενον †. 54. al. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. 55. al. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. ib. al. post ὑμεῖς addunt: ὁ γὰρ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθε ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι †. 57. al. καὶ ἐγένετο † (πορευομένου τοῦ Ἰησοῦ). ib. al. ὅπου ἐὰν ὑπάγεις. 59. al. εἶπε πρὸς αὐτὸν. ib. al. ἀπελθεῖν s. ἀπελθόντα. 60. al. ὁ κύριος. ib. al. πορευθεὶς ἀπηγγ. 62. al. εἰς τὰ ὀπίσω βλέπων καὶ ἐπιβάλλων τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ᾽ ἄροτρον. ib. al. τῇ βασιλείᾳ. X, 1. al. ἀπέδειξεν ὁ Ἰησοῦς. ib. et vs. 17. al. ἑβδομήκοντα δύο. 2. al. ἔλεγον δὲ. ib. al. ἐκβάλλῃ †. 5. al. εἰσέλθητε †. 6. al. ἐὰν μὲν ᾖ ἐκεῖ ὁ υἱὸς †.

rosolyma proficiscentis prae se ferebat. Quod quum discipuli 54
eius vidissent Iacobus et Iohannes, dixerunt: domine, vis iu-
beamus ignem de coelo descendere eosque conficere, quemad-
modum etiam Elias fecit? Sed conversus eos his verbis in- 55
crepuit: non nostis, quo animo vos estis? Et in alium vi- 56
cum abierunt.

Accidit autem, ut, iis in via illa pergentibus, quidam 57
ad eum diceret: sequar te, quocunque abieris, domine. Cui 58
Iesus: vulpes, inquit, foveas habent et aves coeli latibula,
at filius hominis (ego) non habet, ubi caput reclinet. Dixit 59
vero ad alium: me sequere. Hic autem: domine, inquit,
permitte, ut primum abeam et patrem meum sepeliam. Sed 60
ei dixit: sine mortuos suos ipsorum mortuos sepelire, tu
vero abi et perfer nuntium de regno Messiano. Dixit vero 61
etiam alius: sequar te, domine, primum autem permitte
mihi valedicere domesticis meis. Ad quem Iesus: nemo, 62
inquit, qui aratro manum admovit et retro spectat, idoneus
est ad regnum divinum.

CAP. X.

Postea autem dominus alios quoque designavit septua- 1
ginta eosque ante se ablegavit in omnes urbes et locum, quo
ipse erat venturus. Dicebat igitur ad eos: messis quidem 2
multa, at operarii pauci; rogate igitur dominum messis, ut
operarios in messem suam emittat. Ite; ecce! ego mitto 3
vos veluti agnos in medio luporum. Ne gestate crumenam, 4
ne peram, ne calceamenta quidem, et neminem in via salu-
tate. Quamcunque autem domum intraveritis, primum di- 5
cite: salus huic domo (esto)! Et si quis ibi salute dignus 6

---

bus et Iohannes in iram coniecti gravissimas poenas divinitus ei infligi cupiunt, improbante magistro. 51—56. Christus libere nonnullis, qui nomen ei dare volebant, profitetur, quantum a suis postulet: primo homini, ne speret commoda: alteri, qui patrem prius sepelire, et tertio, qui rem familiarem prius curare vult, auctor est, ut hanc curam omnino abiiciant. 57—62. Matth. VIII, 19.

X. Postea septuaginta discipulos in loca, per quae via ducit, praemittit, ut laetum de regno Messiano perferant nuntium; edocet eos de larga messe, de periculis, de ipsorum rem recte ad-

αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ δὲ μήγε, ἐφ' ὑμᾶς ἀνακάμψει.
7 Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ οἰκίᾳ μένετε ἐσθίοντες καὶ πίνοντες τὰ
παρ' αὐτῶν· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ
8 ἐστι· μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν. Καὶ εἰς ἣν
δ' ἂν πόλιν εἰςέρχησθε καὶ δέχωνται ὑμᾶς, ἐσθίετε τὰ
9 παρατιθέμενα ὑμῖν καὶ θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθε-
νεῖς καὶ λέγετε αὐτοῖς· Ἤγγικεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία
10 τοῦ θεοῦ. Εἰς ἣν δ' ἂν πόλιν εἰςέρχησθε καὶ μὴ δέχων-
ται ὑμᾶς, ἐξελθόντες εἰς τὰς πλατείας αὐτῆς εἴπατε·
11 Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως
ὑμῶν ἀπομασσόμεθα ὑμῖν· πλὴν τοῦτο γινώσκετε, ὅτι
12 ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. Λέγω ὑμῖν, ὅτι Σοδόμοις
ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀνεκτότερον ἔσται ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ.
13 Οὐαί σοι, Χοραζίν! οὐαί σοι, Βηθσαϊδά! ὅτι εἰ ἐν Τύ-
ρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν,
πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ καθήμεναι μετενόησαν.
14 Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν τῇ κρίσει
15 ἢ ὑμῖν. Καὶ σὺ, Καφαρναοὺμ, ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ
daeorum. — At inter medios iam festos dies Iesus in tem- 14
plum adscendit atque docebat. Et mirabantur Iudaei di- 15
centes: quomodo hic literas sacras novit non edoctus? Ie- 16
sus igitur iis respondit his verbis: doctrina mea non est
mea, sed eius, qui me misit; si quis voluntati eius sa- 17
tisfacere volet, cognoscet de hac doctrina, utrum a Deo
profecta sit, an ego meo arbitrio loquar. Qui sua au- 18

VII. Iesus a suis ipsius fratribus ob insidias Iudaeorum in Galilaea versans vituperatus et, ut in publicum prodiret, excitatus, ad festos tabernaculorum dies celebrandos clam eos sequitur Hierosolyma, ubi, aliis pro honesto viro, aliis pro impostore eum habentibus, in templo, doctrinam suam Deum habere auctorem,

ξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ, ὁ δὲ ζητῶν τὴν δόξαν τοῦ πέμψαν-
τος αὐτὸν, οὗτος ἀληθής ἐστι καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ
19 ἔστιν. Οὐ Μωϋσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὸν νόμον, καὶ οὐδεὶς
20 ἐξ ὑμῶν ποιεῖ τὸν νόμον; τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; Ἀπ-
εκρίθη ὁ ὄχλος καὶ εἶπε· Δαιμόνιον ἔχεις· τίς σε ζητεῖ
21 ἀποκτεῖναι; Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἓν ἔρ-
22 γον ἐποίησα καὶ πάντες θαυμάζετε. διὰ τοῦτο. Μωϋσῆς
δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, (οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωϋσέως
ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων·) καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμ-
23 νετε ἄνθρωπον. Εἰ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν
σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωϋσέως, ἐμοὶ χολᾶτε,
24 ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησα ἐν σαββάτῳ; Μὴ κρί-
25 νετε κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε. Ἔλε-
γον οὖν τινὲς ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν· Οὐχ οὗτός ἐστιν,
26 ὃν ζητοῦσιν ἀποκτεῖναι; καὶ, ἴδε! παῤῥησίᾳ λαλεῖ καὶ
οὐδὲν αὐτῷ λέγουσι· μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχον-
27 τες, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός; Ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν
πόθεν ἐστίν, ὁ δὲ Χριστὸς ὅταν ἔρχηται, οὐδεὶς γινώσ-
28 κει πόθεν ἐστίν. Ἔκραξεν οὖν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκων ὁ
Ἰησοῦς καὶ λέγων· Κἀμὲ οἴδατε καὶ οἴδατε πόθεν εἰμί·
καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλήλυθα, ἀλλ' ἔστιν ἀληθινὸς ὁ
29 πέμψας με, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. Ἐγὼ οἶδα αὐτὸν, ὅτι
30 παρ' αὐτοῦ εἰμὶ κἀκεῖνός με ἀπέστειλεν. Ἐζήτουν οὖν
αὐτὸν πιάσαι, καὶ οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὴν χεῖρα,
31 ὅτι οὔπω ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ. Πολλοὶ δὲ ἐκ τοῦ ὄχλου
ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν καὶ ἔλεγον· Ὅτι ὁ Χριστὸς ὅταν
ἔλθῃ, μήτι πλείονα σημεῖα τούτων ποιήσει, ὧν οὗτος
32 ἐποίησεν; Ἤκουσαν οἱ Φαρισαῖοι τοῦ ὄχλου γογγύζοντος
περὶ αὐτοῦ ταῦτα, καὶ ἀπέστειλαν οἱ Φαρισαῖοι καὶ οἱ
33 ἀρχιερεῖς ὑπηρέτας, ἵνα πιάσωσιν αὐτόν. Εἶπεν οὖν ὁ
Ἰησοῦς· Ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι καὶ ὑπάγω
34 πρὸς τὸν πέμψαντά με· ζητήσετέ με καὶ οὐχ εὑρήσετε,
35 καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. Εἶπον
οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἑαυτούς· Ποῦ οὗτος μέλλει πορεύ-
εσθαι, ὅτι ἡμεῖς οὐχ εὑρήσομεν αὐτόν; μὴ εἰς τὴν δια-
σπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι καὶ διδάσκειν
36 τοὺς Ἕλληνας; Τίς ἐστιν οὗτος ὁ λόγος, ὃν εἶπε· Ζητή-
σετέ με καὶ οὐχ εὑρήσετε, καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ
δύνασθε ἐλθεῖν;

VII, 24. al. κρίνετε †. 26. al. ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χρ. †. 29. al. ἐγὼ δὲ †. ib. al. εἰμι. 31. al. ἐκ τοῦ ὄχλου δὲ πολλοί. ib. al. μὴ πλείονα †. 32. al. ἠκ. οὖν. 33. al. εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησ. †. 34. et 36. al. εἰμι †.

ctoritate docet, suae ipsius gloriae studet, qui vero studet
gloriae eius, qui ipsum misit, hic verax est et ab iniusti-
tia alienus. Nonne Moses legem, quam nostis, vobis de- 19
dit, et nemo e vobis legi satisfacit? quid me interficere stu- 20
detis? Respondit illa hominum turba his verbis: malo dae-
mone laboras; quis te studet interficere? Iesus iis respon- 21
dit his verbis: unum opus feci et omnes ob hoc miramini.
Moses vobis dedit circumcisionem, (non quod a Mose ori- 22
ginem ducit, sed a patribus;) et die sabbati hominem
circumciditis. Si circumcisionem homo die sabbati admit- 23
tit, ne lex Mosaica violetur, mihi succensetis, quod to-
tum hominem sabbato sanavi? Nolite iudicare secundum 24
externam speciem, sed iustum iudicium facite. Dicebant 25
igitur quidam ex Hierosolymitanis: nonne hic est, quem
interficere student? et, ecce! palam loquitur, neque quid- 26
quam ei dicunt: num forte revera proceres cognoverunt,
hunc esse Christum? At hunc novimus unde est, sed Chri- 27
stus quando veniat, nemo noscit, unde sit. Iesus igitur 28
in templo alta voce hunc in modum docet: at me nostis
atque unde sum, nostis; et mea auctoritate non veni, sed
verax est is qui me misit, quem vos non nostis. Ego 29
eum novi, quoniam ab eo profectus sum et ille me misit.
Quaerebant igitur eum comprehendere, et nemo manum 30
ei iniecit, quoniam hora eius nondum venerat. Multi vero 31
de plebe ei fidem habebant et dicebant: Messias quando
venerit, num forte plura edet miracula, quam quae hic
edidit? Pharisaei quum plebem haec de eo mussitare au- 32
divissent, Pharisaei et summi sacerdotes ministros mise-
runt, ut eum comprehenderent. Iesus igitur dixit: breve 33
adhuc tempus vobiscum sum et abeo ad eum, qui me mi-
sit; quaeretis me nec reperietis, et ubi ego sum, vos ve- 34
nire non potestis. Iudaei igitur ad se invicem dixerunt: quo- 35
nam hic est abiturus, quod nos eum non reperiemus? num
ad eos, qui dispersi inter Graecos vivunt, profecturus
est et edocturus Graecos? Quid sibi vult vox, quam edi- 36
dit, haec: quaeretis me nec reperietis, et ubi ego sum,
vos non potestis venire?

---

docet; Iudaeorum inconstantiam in lege Mosaica observanda et hostilem in se animum ob hominem die sabbati sanatum carpit et cum magno populi quidem assensu, sed summa Pharisaeorum et synedrii assessorum invidia, ita, ut clam eum interficere studeant, se ab ipso Deo missum esse asserit. Quo Iudaeorum consilio Iesu optime cognito, (id quod Iudaei mente assequi non possunt,) se mox ad patrem rediturum esse declarat. 1—36.

37 Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς εἱστή-
κει ὁ Ἰησοῦς καὶ ἔκραξε λέγων· Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω
38 πρός με καὶ πινέτω! Ὁ πιστεύων εἰς ἐμέ, καθὼς εἶπεν
ἡ γραφή, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδα-
39 τος ζῶντος. (Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ πνεύματος, οὗ
ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν· οὔπω γὰρ
40 ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη.) Πολ-
λοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου ἀκούσαντες τὸν λόγον ἔλεγον· Οὗ-
41 τός ἐστιν ἀληθῶς ὁ προφήτης· ἄλλοι ἔλεγον· Οὗτός ἐστιν
ὁ Χριστός· ἄλλοι δὲ ἔλεγον· Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας
42 ὁ Χριστὸς ἔρχεται; οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ
σπέρματος Δαυὶδ καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης ὅπου ἦν
43 Δαυὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; Σχίσμα οὖν ἐν τῷ ὄχλῳ ἐγέ-
44 νετο δι' αὐτόν. Τινὲς δὲ ἤθελον ἐξ αὐτῶν πιάσαι αὐ-
45 τὸν, ἀλλ' οὐδεὶς ἐπέβαλεν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας. Ἦλ-
θον οὖν οἱ ὑπηρέται πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαί-
ους· καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐκεῖνοι· Διατί οὐκ ἠγάγετε αὐτόν;
46 Ἀπεκρίθησαν οἱ ὑπηρέται· Οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄν-
47 θρωπος, ὡς οὗτος ὁ ἄνθρωπος. Ἀπεκρίθησαν οὖν αὐ-
48 τοῖς οἱ Φαρισαῖοι· Μὴ καὶ ὑμεῖς πεπλάνησθε; μή τις
ἐκ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσεν εἰς αὐτὸν ἢ ἐκ τῶν Φαρι-
49 σαίων; ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος, ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον,
50 ἐπικατάρατοί εἰσι. Λέγει Νικόδημος πρὸς αὐτούς, ὁ ἐλ-
51 θὼν νυκτὸς πρὸς αὐτὸν, εἷς ὢν ἐξ αὐτῶν· Μὴ ὁ νόμος
ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ
πρότερον καὶ γνῷ τί ποιεῖ; Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐ-
52 τῷ· Μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; ἐρεύνησον καὶ ἴδε,
ὅτι προφήτης ἐκ τῆς Γαλιλαίας οὐκ ἐγήγερται.

ΚΕΦ. VIII.

53 [Καὶ ἐπορεύθη ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· Ἰη-
1. 2 σοῦς δὲ ἐπορεύθη εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Ὄρθρου δὲ
πάλιν παρεγένετο εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἤρχετο
3 πρὸς αὐτὸν, καὶ καθίσας ἐδίδασκεν αὐτούς. Ἄγουσι δὲ
οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐν
μοιχείᾳ κατειλημμένην καὶ στήσαντες αὐτὴν ἐν μέσῳ

VII, 89. al. ἦν πνεῦμα δοθὲν s. διδόμενον s. simpliciter ἦν πνεῦμα. 41. al. οἱ δὲ ἔλεγον. 49. al. ἐπάρατοι εἰσι. 50. al. ὁ ἐλθ. πρὸς αὐτὸν νυκτὸς s. πρ. αὐτ. τὸ πρότερον s. πρ. αὐτ. νυκτὸς τὸ πρῶτον. 51. al. πρῶτον †. 52. al. ἐγείρεται †. 53. al. καὶ ὁ Ἰησ. VIII, 3. al. εἰλημμένην s. καταληφθεῖσαν.

Supremo autem die, magno illius festi, constitit Ie- 37
sus atque alta voce hunc in modum docuit: si quis sitit,
veniat ad me et bibat! Quicunque mihi fidem habet, quem- 38
admodum dixit scriptura sacra, ex eius ventre aquae vi-
vae manabunt flumina. (Hoc autem dixit de spiritu, cu- 39
ius participes erant futuri fidem ei habentes; nondum enim
erat spiritus sanctus, quoniam Iesus nondum erat splen-
dore ornatus.) Multi igitur de plebe, hac voce audita, 40
dicebant: hic est revera propheta, quem exspectamus; alii
dicebant: hic est Messias; alii vero dicebant: num enim e 41
Galilaea (Christus) Messias venit? nonne scriptura sacra 42
dixit, eum e stirpe Davidis et Bethlehemo vico, ubi erat
Davides, Christum venire? Dissidium igitur in populo pro- 43
pter eum ortum est. Quidam vero ex iis comprehendere 44
eum volebant, sed nemo manus ei iniecit. Ministri igi- 45
tur ad summos sacerdotes et Pharisaeos venerunt; quibus
illi: cur, inquiunt, eum non adduxistis? Ministri respon- 46
derunt: nunquam homo sic docuit, quemadmodum hic ho-
mo. Pharisaei igitur iis responderunt: num vos quoque 47
decepti estis? num quis e proceribus ei fidem habet aut 48
e Pharisaeis? verum haec plebs, quae legem non noscit, 49
est exsecrabilis (poenis obnoxia). Quibus Nicodemus, qui 50
noctu ad eum venerat, unus ex ipsis: num lex nostra, 51
inquit, hominem iudicat, nisi prius ab eo audiverit et
cognoverit, quid faciat? Cui hunc in modum responde- 52
runt: num tu quoque e Galilaea es? evolve ac vide, pro-
phetam e Galilaea non esse excitatum.

CAP. VIII.

(Et quisque domum suam sese contulit; Iesus autem 53
profectus est in montem olivarum. Sed diluculo in tem- 1. 2
plum reversus est, et totus ad eum veniebat populus, quem
sedens docebat. Iurisconsulti autem et Pharisaei mulie- 3
rem in adulterio deprehensam ad eum ducunt, qua in

Ultimo festi die omnibus piis desideriis se satisfacturum esse palam docet hominesque ad sese invitat, quorum aliis vates div. esse videtur, aliis ipse Messias, id quod alii ob originem eius e Galilaea negant. Satellitibus synedrii, qui Iesum ob eximiam doctrinae eius vim comprehendere non ausi fuerant, rem ad assessores referentibus, Nicodemus, qui, hominem indicta causa condemnare, legi non convenire in consessu primorum docet, reiicitur. 37—52.

VIII. Muliere in ipso adulterio deprehensa et ad Iesum dedu-

4 λέγουσιν αὐτῷ· Διδάσκαλε, αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπ-
5 αυτοφώρῳ μοιχευομένη· ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωϋσῆς ἡμῖν
ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι· σὺ οὖν τί λέγεις;
6 (Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγο-
ρεῖν αὐτοῦ.) Ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας τῷ δακτύλῳ
7 ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. Ὡς δὲ ἐπέμενον ἐρωτῶντες αὐτὸν,
ἀνακύψας εἶπε πρὸς αὐτούς· Ὁ ἀναμάρτητος ὑμῶν πρῶ-
8 τος τὸν λίθον ἐπ᾽ αὐτῇ βαλέτω. Καὶ πάλιν κάτω κύ-
9 ψας ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. Οἱ δὲ ἀκούσαντες [καὶ ὑπὸ
τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι] ἐξήρχοντο εἷς καθεῖς ἀρ-
ξάμενοι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων [ἕως τῶν ἐσχάτων] καὶ
κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα.
10 Ἀνακύψας δὲ ὁ Ἰησοῦς [καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν
τῆς γυναικὸς] εἶπεν αὐτῇ· Ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ
11 κατήγοροί σου; οὐδείς σε κατέκρινεν; Ἡ δὲ εἶπεν· Οὐ-
δεὶς, κύριε. Εἶπε δὲ αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Οὐδὲ ἐγώ σε κατα-
κρίνω. Πορεύου καὶ μηκέτι ἁμάρτανε.]
12 Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐλάλησε λέγων· Ἐγώ
εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περι-
13 πατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ᾽ ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. Εἶ-
πον οὖν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι· Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς·
14 ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς
καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀλη-
θής ἐστιν ἡ μαρτυρία μου, ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον καὶ
ποῦ ὑπάγω, ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε πόθεν ἔρχομαι ἢ ποῦ
15 ὑπάγω. Ὑμεῖς κατὰ τὴν σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω
16 οὐδένα. Καὶ ἐὰν κρίνω δὲ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ ἀληθής
ἐστιν, ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ᾽ ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με
17 πατήρ. Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται·
18 „Ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν.“ Ἐγώ
εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ
19 πέμψας με πατήρ. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ· Ποῦ ἐστιν ὁ πα-
τήρ σου; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Οὔτε ἐμὲ οἴδατε οὔτε τὸν
πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδειτε
20 ἄν. Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐλάλησεν ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ δι-
δάσκων ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ οὐδεὶς ἐπίασεν αὐτὸν, ὅτι οὔπω
ἐληλύθει ἡ ὥρα αὐτοῦ.

VIII, 4. al. ταύτην εὕρομεν ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ μοιχευομένην. 5. al. λιθάζειν. 6. ἔγραφ. εἰς τ. γ. προσποιούμενος s. καὶ προσπ. s. μὴ προσπ. 9. al. καθ᾽ εἷς s. ἕκαστος αὐτῶν. 11. al. καὶ τὸ λοιπὸν aut ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι ἁμ. 12. al. περιπατήσῃ. 14. al. καὶ ποῦ ὑπάγω †. 16. al. ἀληθινή. 19. al. ὁ Ἰησοῦς †. 20. al. ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς †.

medio collocata, ei: magister, inquiunt, haec mulier in 4
ipso adulterii facinore deprehensa est; in lege autem, 5
quam nosti, Moses tales lapidibus obruere nos iussit; tu
igitur quid dicis? (Hoc vero dicebant eum explorantes, ut 6
criminandi haberent materiem.) Iesus autem corpore in-
clinato digito scripsit in terra. Illis autem quaerendo in- 7
stantibus erectus dixit: qui vestrum immunis est a peccato,
primus in eam iaciat lapidem. Et iterum corpore incur- 8
vato scripsit in terra. Illi vero hoc audito et a conscien- 9
tia convicti singuli egrediebantur exorsi a senioribus (us-
que ad infimos), et solus relictus est Iesus et mulier in
medio collocata. Erectus igitur Iesus, nemine praeter 10
mulierem conspecto, ei: mulier, inquit, ubinam sunt illi
accusatores tui? nemone te condemnavit? Haec autem: ne- 11
mo, inquit, domine. Cui Iesus: neque ego, inquit, te
condemno. Abi nec amplius pecca.)

Iterum igitur Iesus verba ad eos faciebat hunc in 12
modum: ego sum lumen mundi; quicunque me sequitur,
minime versabitur in tenebris, sed lumen vitae (i. e. quo
collustratus ad vitam beatam pertingat,) habebit. Cui igi- 13
tur Pharisaei: tu, inquiunt, de temetipso testaris; testi-
monium tuum non est verum. Iesus iis hunc in modum 14
respondit: etiamsi ipse de me testor, verum est testimo-
nium meum, quoniam novi, unde venerim et quo abeam,
vos autem non nostis, unde veniam et quo abeam. Vos 15
secundum externam speciem iudicatis, ego neminem iudico.
Atque si ego iudico, iudicium meum verum est, quoniam so- 16
lus non sum, sed ego et qui me misit, pater. Atque in lege 17
illa vestra perscriptum est: *) „duorum hominum testimo-
nium verum est." Ego sum, qui ipse de me testor, et te- 18
statur de me, qui me misit, pater. Dicebant igitur ei: 19
ubinam est pater tuus? Iesus respondit: neque me nostis
neque patrem meum; si me nossetis, etiam patrem meum
nossetis. Haec ipsa verba faciebat in loco sacri aerarii 20
docens in templo, et nemo eum comprehendit, quod hora
eius nondum venerat.

*) Deuter. XVII, 6.

eta, id agit, ut accusatores mala conscientia adacti paulatim sese subducant, et adulterinam indemnatam ad meliora expetenda hortetur. 1—11. Iesus in templi vestibulo, totum genus humanum ut perfecta rerum div. cognitione imbueret, a Deo se ablegatum profitetur; quod testimonium verum esse contra Iudaeos probat primum, quod ipse a sensuum et cupiditatum imperio alienus sit; tum, quod Deus animo ipsius semper obversetur. 12—20.

21 Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ ὑπάγω,
καὶ ζητήσετέ με καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε·
22 ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. Ἔλεγον οὖν
οἱ Ἰουδαῖοι· Μήτι ἀποκτενεῖ ἑαυτὸν, ὅτι λέγει· Ὅπου
23 ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς·
Ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ὑμεῖς ἐκ
τοῦ κοσμου τούτου ἐστὲ, ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου
24 τούτου. Εἶπον οὖν ὑμῖν, ὅτι ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρ-
τίαις ὑμῶν· ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ἀπο-
25 θανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ·
Σὺ τίς εἶ; Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Τὴν ἀρχὴν ὅ, τι
26 καὶ λαλῶ ὑμῖν. Πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρί-
νειν· ἀλλ' ὁ πέμψας με ἀληθής ἐστι, κἀγὼ ἃ ἤκουσα
27 παρ' αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον. Οὐκ ἔγνω-
28 σαν, ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ
Ἰησοῦς· Ὅταν ὑψώσητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τότε
γνώσεσθε, ὅτι ἐγώ εἰμι καὶ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδὲν,
ἀλλὰ καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ πατήρ μου, ταῦτα λαλῶ, καὶ
29 ὁ πέμψας με μετ' ἐμοῦ ἐστιν. Οὐκ ἀφῆκέ με μόνον
ὁ πατὴρ, ὅτι ἐγὼ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ ποιῶ πάντοτε.

30 Ταῦτα αὐτοῦ λαλοῦντος πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐ-
31 τόν. Ἔλεγεν οὖν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τοὺς πεπιστευκότας
αὐτῷ Ἰουδαίους· Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ,
32 ἀληθῶς μαθηταί μου ἐστὲ καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν
33 καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ·
Σπέρμα Ἀβραάμ ἐσμεν καὶ οὐδενὶ δεδουλεύκαμεν πώπο-
34 τε· πῶς σὺ λέγεις· Ὅτι ἐλεύθεροι γενήσεσθε; Ἀπεκρίθη
αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ποι-
35 ῶν τὴν ἁμαρτίαν δοῦλός ἐστι τῆς ἁμαρτίας· ὁ δὲ δοῦλος
οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα· ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν
36 αἰῶνα. Ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύ-
37 θεροι ἔσεσθε. Οἶδα, ὅτι σπέρμα Ἀβραάμ ἐστε, ἀλλὰ
ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, ὅτι ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν
38 ὑμῖν. Ἐγὼ ὃ ἑώρακα παρὰ τῷ πατρί μου, λαλῶ, καὶ
ὑμεῖς οὖν ἃ ἑωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν, ποιεῖτε.

VIII, 21. al. ζητήσετέ με καὶ οὐχ εὑρήσετέ (με). 23. al. καὶ ἔλεγεν. 25. al. ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν †. 26. al. λαλῶ εἰς τ. κόσμον †. 33. al. καὶ πῶς. 38. al. ἃ ε. ἃ ἠκούσατε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν †.

Iesus igitur iterum ad eos dixit: ego abeo, et quae- 21
retis me atque in hoc peccato vestro moriemini; quo ego
abeo, vos non potestis venire. Dicebant igitur Iudaei: 22
num forte sibi ipse manus inferet, quoniam dicit: quo ego
abeo, vos non potestis venire. Quibus: vos, inquit, ex 23
inferioribus estis, ego e superioribus sum: vos estis ex
hoc mundo, ego non sum ex hoc mundo (i. e. huius se-
culi perversi indolem non refero). Dixi igitur vobis, vos 24
in peccatis vestris esse morituros; nam si fidem non habue-
ritis, me esse (eum, quem me profiteor — Messiam), in
peccatis vestris moriemini. Dicebant igitur ei: tu quis- 25
nam es? Quibus Iesus: is, inquit, quem me etiam coram
vobis profiteor et professus sum. Multa habeo de vobis 26
dicenda et iudicanda, sed, qui me misit, verax est, et
ego, quae ab eo audivi, coram universis hominibus lo-
quor. Non noverant, eum patrem suum ipsis dicere. 27
Iesus igitur iis: quando, inquit, Messiam sustuleritis, 28
tunc cognoscetis, me esse (Messiam) neque meo arbitrio
quidquam facere, sed, quemadmodum pater meus me edo-
cuit, haec loqui, et, qui me misit, mecum esse. Pater me 29
non reliquit solum, quoniam ego, quae ipsi placent, sem-
per facio.

Quae quum loqueretur, multi ei (tanquam Messiae) 30
fidem habuerunt. Iesus igitur ad Iudaeos, qui ipsi fidem 31
habebant, verba faciebat: si vos in hac doctrina mea per-
manseritis, revera discipuli mei estis et cognoscetis veri- 32
tatem et veritas vos in libertatem vindicabit. Responde- 33
runt ei: progenies Abrahami sumus neque ulli unquam
servivimus; quomodo tu dicis: vos in libertatem vindica-
bimini? Iesus iis respondit: sanctissime vobis confirmo, 34
quivis peccator servus est peccati; at servus non manet 35
in domo, in qua est, in perpetuum; filius manet in per-
petuum. Filius igitur si vos in libertatem vindicaverit, 36
revera liberi eritis. Novi, vos esse Abrahami progeniem, 37
sed studetis me interficere, quoniam oratio mea in vobis
locum non habet. Ego, quod apud meum patrem vidi, 38
loquor, igitur vos quoque, quod apud vestrum patrem vi-

Iesus denuo declarat, se a Deo esse missum, veram tradere doctrinam, ad patrem esse rediturum, quo Iudaeos hac animi indole pervenire non possint, et in crucem actum iri, qua re demum adversarios intellecturos esse id, quod de se fuerit professus. 21—29. Iesus, quum homines doctrinam suam strenue sequentes ad veram libertatem pertingere dixisset, Iudaeos, libertatem suam et originem Abrahamo debitam iactantes, servos

39 Ἀπεκρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ· Ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ
ἐστι. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε,
40 τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε· νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖ-
ναι, ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, ἣν ἤκου-
41 σα παρὰ τοῦ θεοῦ· τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν. Ὑμεῖς
ποιεῖτε τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Εἶπον οὖν αὐτῷ·
Ἡμεῖς ἐκ πορνείας οὐ γεγεννήμεθα· ἕνα πατέρα ἔχομεν,
42 τὸν θεόν. Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ ὁ θεὸς πα-
τὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ· ἐγὼ γὰρ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐξ-
ῆλθον καὶ ἥκω· οὐδὲ γὰρ ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ ἐλήλυθα, ἀλλ᾽
43 ἐκεῖνός με ἀπέστειλε. Διατί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γι-
νώσκετε; Ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν.
44 Ὑμεῖς ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστὲ καὶ τὰς ἐπιθυ-
μίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν. Ἐκεῖνος ἀνθρω-
ποκτόνος ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν,
ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ. Ὅταν λαλῇ τὸ ψεῦδος,
ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐ-
45 τοῦ. Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι.
46 Τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; εἰ δὲ ἀλήθειαν
47 λέγω, διατί ὑμεῖς οὐ πιστεύετέ μοι; Ὁ ὢν ἐκ τοῦ θεοῦ
τὰ ῥήματα τοῦ θεοῦ ἀκούει· διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούε-
48 τε, ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ οὐκ ἐστέ. Ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰου-
δαῖοι καὶ εἶπον αὐτῷ· Οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σα-
μαρείτης εἶ σὺ καὶ δαιμόνιον ἔχεις; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς·
49 Ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα μου,
50 καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με. Ἐγὼ δὲ οὐ ζητῶ τὴν δόξαν
51 μου· ἔστιν ὁ ζητῶν καὶ κρίνων. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν,
ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεω-
52 ρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι· Νῦν
ἐγνώκαμεν, ὅτι δαιμόνιον ἔχεις· Ἀβραὰμ ἀπέθανε καὶ οἱ
προφῆται, καὶ σὺ λέγεις· Ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρή-
53 σῃ, οὐ μὴ γεύσηται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα. Μὴ σὺ
μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ
54 οἱ προφῆται ἀπέθανον· τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; Ἀπεκρίθη
Ἰησοῦς· Ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν, ἡ δόξα μου οὐδέν
ἐστιν· ἔστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με, ὃν ὑμεῖς λέγετε,

VIII, 39. al. εἰ τέκνα τ. Ἀ. ἐστε †. ib. al. ποιεῖτε † s. ἐποιεῖτε ἂν †. 41. al. ὑμεῖς δὲ ποι. 42. al. εἶπεν αὐτοῖς †. 46. al. εἰ ἀλήθειαν λέγ. †. 48. al. ἀπεκρ. οἱ Ἰουδ. †. ib. al. ἐλέγομεν. 51. al. τὸν ἐμὸν λόγον. 52. al. γεύσεται †. 53. al. σεαυτὸν σύ. 54. al. δοξάσω.

distis, facitis. Cui responderunt his verbis: noster pater 39
est Abrahamus. Quibus Iesus: si, inquit, nati Abrahami
essetis, facta Abrahami ederetis; iam vero me interficere 40
studetis, hominem, qui veritatem vobis locutus sum (et et-
iamnum loquor), quam a Deo audivi; hoc Abrahamus non
fecit. Vos vestri patris editis facta. Cui igitur: nos, 41
inquiunt, non e scortatione nati sumus; unum patrem ha-
bemus, Deum. Iesus igitur iis dixit: si Deus vester es- 42
set pater, me amaretis; ego enim a Deo sum profectus
et veni; nam neque mea auctoritate veni, sed ille me mi-
sit. Cur verba mea (quae de me et patre meo dixi,) 43
non noscitis? quoniam non potestis orationem meam au-
dire. Vos a patre diabolo estis (profecti) et cupiditatibus 44
patris vestri vultis satisfacere. Ille homicida erat ab in-
itio nec in veritate perstitit, quoniam in eo non est ve-
ritas. Quando mendacium loquitur, pro suo ingenio lo-
quitur; nam mendax est et mendacii pater. Ego autem, 45
quod verum dico, fidem non habetis. Quisnam e vobis 46
de peccato me convincit? sin autem verum dico, cur vos
fidem mihi non habetis? qui Deo originem debet, effata 47
Dei audit; hanc ob causam vos non auditis, quoniam
Deo originem non debetis. Iudaei igitur ei hunc in mo- 48
dum responderunt: nonne nos recte dicimus, te esse Sa-
maritanum ac malo laborare daemone? Iesus respondit: 49
ego malo daemone non laboro, sed honoro patrem meum
et vos honore me privatis. Ego vero meae gloriae non 50
studeo; est qui studet et iudicat. Sanctissime vobis con- 51
firmo, si quis doctrinam meam servaverit, eum mortem
minime esse subiturum in perpetuum. Cui igitur Iudaei: 52
iam, inquiunt, novimus, malo te laborare daemone; Abra-
hamus mortuus est et prophetae, et tu dicis: si quis do-
ctrinam meam observaverit, minime experturum esse mor-
tem in perpetuum. Num tu maior es patre nostro Abra- 53
hamo, qui mortuus est? et prophetae mortui sunt; quem-
nam temetipse facis? Respondit Iesus: si ego me ipse glo- 54
ria orno, gloria mea nihil est; est pater meus, qui glo-

---

peccati esse docet nec veros Abrahami posteros, quippe qui (id quod ab Abrahamo alienissimum fuit,) ipsi necem intendant; immo filios diaboli, quoniam veritati repugnent ipsique necem intendant. Iudaeis, Iesum malo exagitari daemone calumniantibus, regerit, se id unice agere, ut Deo patri probatus sit. Tum addit, sectatores suos sensu mortis longe fore superiores; quod Iudaeis, quum et Abrahamus et prophetae mortis imperio subiecti fuerint, arrogantia haud ferenda esse videtur. Quibus Iesus,

55 ὅτι Θεὸς ὑμῶν ἐστι, καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτόν, ἐγὼ δὲ
οἶδα αὐτόν· καὶ ἐὰν εἴπω, ὅτι οὐκ οἶδα αὐτόν, ἔσομαι
ὅμοιος ὑμῶν ψεύστης· ἀλλ' οἶδα αὐτὸν καὶ τὸν λόγον
56 αὐτοῦ τηρῶ. Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα
57 ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν, καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη. Εἶπον
οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν· Πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις,
58 καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας; Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν
59 ἀμὴν λέγω ὑμῖν· πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι. Ἦραν
οὖν λίθους, ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν, Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη
καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

ΚΕΦ. ΙΧ.

1 Καὶ παράγων εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς·
2 καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ λέγοντες· Ῥαββί,
τίς ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννη-
3 θῇ; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Οὔτε οὗτος ἥμαρτεν οὔτε οἱ γο-
νεῖς αὐτοῦ, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν
4 αὐτῷ. Ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με,
ἕως ἡμέρα ἐστίν· ἔρχεται νύξ, ὅτε οὐδεὶς δύναται ἐργά-
5 ζεσθαι. Ὅταν ἐν τῷ κόσμῳ ὦ, φῶς εἰμι τοῦ κόσμου.
6 Ταῦτα εἰπὼν ἔπτυσε χαμαὶ καὶ ἐποίησε πηλὸν ἐκ τοῦ
πτύσματος καὶ ἐπέχρισε τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς
7 τοῦ τυφλοῦ καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὕπαγε, νίψαι εἰς τὴν κο-
λυμβήθραν τοῦ Σιλωάμ· (ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος.)
8 Ἀπῆλθεν οὖν καὶ ἐνίψατο καὶ ἦλθε βλέπων. Οἱ οὖν
γείτονες καὶ οἱ θεωροῦντες αὐτὸν τὸ πρότερον, ὅτι προς-
αίτης ἦν, ἔλεγον· Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ καθήμενος καὶ προς-
9 αιτῶν; Ἄλλοι ἔλεγον· Ὅτι οὗτός ἐστιν· ἄλλοι δέ· Ὅτι
10 ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν· Ἐκεῖνος ἔλεγεν· Ὅτι ἐγώ εἰμι. Ἔλε-
11 γον οὖν αὐτῷ· Πῶς ἀνεῴχθησάν σου οἱ ὀφθαλμοί; Ἀπε-
κρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπεν· Ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς πη-
λὸν ἐποίησε καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ εἶπέ
μοι· Ὕπαγε εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σιλωὰμ καὶ νίψαι·
12 ἀπελθὼν δὲ καὶ νιψάμενος ἀνέβλεψα. Εἶπον οὖν αὐτῷ·
Ποῦ ἐστιν ἐκεῖνος; Λέγει· Οὐκ οἶδα.
13 Ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τοὺς Φαρισαίους, τὸν ποτὲ τυ-

VIII, 54. ἡμῶν †. 55. al. κἄν. 57. al. τεσσαράκοντα. 58. al. οὖν s. δὲ αὐτοῖς. 59. al. τότε ἦραν λιθ. 59. al. ἐκ τοῦ ἱεροῦ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν καὶ παρῆγεν οὕτως. IX, 1. al. ὁ Ἰησοῦς εἶδεν. ib. al. γεννητῆς s. γεννετῆς. 3. al. ἀπεκρ. ὁ Ἰησ. †. 4. al. ἡμᾶς δεῖ ἐργαζ. 6. al. ἐπέθηκεν. ib. al. αὐτοῦ τὸν πηλ. †. 8. al. pro προσαίτης l. τυφλὸς †. 10. al. πῶς οὖν — ἠνεῴχθησαν σοι (†) οἱ ὀφθ. εἰς τὸν Σιλ. †. 12. al. λέγει αὐτοῖς.

ria me ornat, quem vos Deum vestrum esse dicitis, neo 55
eum nostis, ego vero eum novi; et si dixerim, me eum
non nosse, similis vobis mendax ero; at novi eum et
praecepta eius servo. Abrahamus pater vester (quod me 56
exspectabat,) laetatus est, ut (nimirum) meam aetatem vi-
dere posset, et vidit et gavisus est. Iudaei igitur ad 57
eum: nondum, inquiunt, quinquaginta habes annos, et
Abrahamum vidisti? Quibus Iesus: sanctissime, inquit, 58
vobis confirmo: antequam Abrahamus fuit, ego sum. Sus- 59
tulerunt igitur lapides, ut eum peterent, at Iesus sese
subduxit et egressus est e templo.

C A P. IX.

In transitu quum vidisset hominem a natalibus cae- 1
cum, quaesiverunt ex eo discipuli his verbis: magister, 2
quis peccavit, hic an eius parentes, ut caecus nasceretur?
Iesus respondit: neque hic peccavit neque eius parentes, 3
sed ut opera Dei in eo manifestarentur. Me oportet fa- 4
cere opera eius, qui me misit, dum dies est; venit nox,
quum nemo operari potest. Quamdiu in mundo sum, lu- 5
men sum mundi. His dictis spuit humi et lutum fecit ex 6
sputo, quod super oculos caeci illevit his verbis: abi, 7
ablue te in balneum Siloam (quod est, si interpreteris,
missus) ingressus. Abiit igitur seque abluit et venit vi-
dens. Itaque vicini et qui antea eum videbant mendican- 8
tem, dicebant: nonne hic est, qui sedebat et mendicaba-
tur? Alii dicebant: hic est; alii vero: similis ei est. Ille 9
dicebat: ego sum. Dicebant igitur ei: quomodo oculi 10
tui aperti sunt? Respondit his verbis: homo, qui dicitur 11
Iesus, lutum factum oculis meis inunxit his verbis: abi in
balneum Siloam teque ablue; quo quum abiissem meque
abluissem, visum recepi. Cui igitur: ubinam est, inquiunt, 12
ille? Nescio, inquit.

Hominem olim caecum ducunt ad Pharisaeos. At 13

---

verum se dixisse, simpliciter affirmat. Denique voce audita, Abrahamum (sc. sensu ideali) de suo, Messiae, qui (sc. sensu ideali) aetate eum superet, adventu laetitia exsultasse, in tantam coniiciuntur iram, ut, nisi sese subduxisset, lapidibus eum obruissent.

IX. Die sabbati quum hominem caecum natum, quod malum neque a caeci neque a culpa parentum repetendum, sed, ut Dei opera manifestarentur, ortum esse docet, sanasset, re divulgata,

14 φλόν. Ἦν δὲ σάββατον, ὅτε τὸν πηλὸν ἐποίησεν ὁ Ἰη-
15 σοῦς καὶ ἀνέῳξεν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς. Πάλιν οὖν
ἠρώτων αὐτὸν καὶ οἱ Φαρισαῖοι, πῶς ἀνέβλεψεν. Ὁ δὲ
εἶπεν αὐτοῖς· Πηλὸν ἐπέθηκέ μου ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς
16 καὶ ἐνιψάμην καὶ βλέπω. Ἔλεγον οὖν ἐκ τῶν Φαρισαίων
τινές· Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οὐκ ἔστι παρὰ τοῦ θεοῦ, ὅτι
τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ· ἄλλοι ἔλεγον· Πῶς δύναται ἄνθρω-
πος ἁμαρτωλὸς τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖν; Καὶ σχίσμα ἦν
17 ἐν αὐτοῖς. Λέγουσι τῷ τυφλῷ πάλιν· Σὺ τί λέγεις περὶ
αὐτοῦ, ὅτι ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Ὁ δὲ εἶπεν· Ὅτι
18 προφήτης ἐστίν. Οὐκ ἐπίστευσαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ
αὐτοῦ, ὅτι τυφλὸς ἦν καὶ ἀνέβλεψεν, ἕως ὅτου ἐφώνη-
19 σαν τοὺς γονεῖς αὐτοῦ τοῦ ἀναβλέψαντος. Καὶ ἠρώτη-
σαν αὐτοὺς λέγοντες· Οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ὑμῶν, ὃν ὑμεῖς
20 λέγετε ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη; πῶς οὖν ἄρτι βλέπει; Ἀπε-
κρίθησαν αὐτοῖς οἱ γονεῖς αὐτοῦ καὶ εἶπον· Οἴδαμεν,
ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς ἡμῶν καὶ ὅτι τυφλὸς ἐγεννήθη·
21 πῶς δὲ νῦν βλέπει, οὐκ οἴδαμεν, ἢ τίς ἤνοιξεν αὐτοῦ
τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν· αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει,
22 αὐτὸν ἐρωτήσατε, αὐτὸς περὶ αὐτοῦ λαλήσει. Ταῦτα
εἶπον οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ὅτι ἐφοβοῦντο τοὺς Ἰουδαίους.
Ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα, ἐάν τις αὐτὸν
ὁμολογήσῃ Χριστὸν, ἀποσυνάγωγος γένηται. Διὰ τοῦτο
23 οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἶπον· Ὅτι ἡλικίαν ἔχει, αὐτὸν ἐρωτή-
24 σατε. Ἐφώνησαν οὖν ἐκ δευτέρου τὸν ἄνθρωπον ὃς ἦν
τυφλὸς, καὶ εἶπον αὐτῷ· Δὸς δόξαν τῷ θεῷ· ἡμεῖς οἴ-
25 δαμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἁμαρτωλός ἐστιν. Ἀπε-
κρίθη οὖν ἐκεῖνος καὶ εἶπεν· Εἰ ἁμαρτωλός ἐστιν, οὐκ
26 οἶδα· ἓν οἶδα, ὅτι τυφλὸς ὢν ἄρτι βλέπω. Εἶπον δὲ
αὐτῷ πάλιν· Τί ἐποίησέ σοι; πῶς ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλ-
27 μούς; Ἀπεκρίθη αὐτοῖς· Εἶπον ὑμῖν ἤδη καὶ οὐκ ἠκού-
σατε· τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε αὐ-
28 τοῦ μαθηταὶ γενέσθαι; Ἐλοιδόρησαν αὐτὸν καὶ εἶπον·
Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου, ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωϋσέως ἐσμὲν
29 μαθηταί. Ἡμεῖς οἴδαμεν, ὅτι Μωϋσῇ λελάληκεν ὁ θεὸς,
30 τοῦτον δὲ οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν. Ἀπεκρίθη ὁ ἄν-
θρωπος καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἐν γὰρ τούτῳ θαυμαστόν

VIII, 15. al. ἐπὶ τ. ὀφθάλμ. μου †. 19. al. βλέπει ἄρτι. 20. al. ἀπεκρ. δὲ s. οὖν. 21. al. αὐτὸν ἐρωτήσατε, αὐτὸς ἡλικ. ἔχει. ib. al. αὐτὸς τὰ περὶ αὐτ. 22. al. συνετέθειντο s. συνέθεντο. 24. al. ἄνθ. πάλιν ἐκ δευτ. 26. al. εἶπον οὖν. 27. al. ἐπιστεύσατε s. πιστεύετε. 28. al. οὖν αὐτὸν †. 30. al. ἐν γὰρ τοῦτο s. ἐν τούτῳ γάρ.

dies erat sabbati, quum Iesus facto luto oculos eius ape- 14
ruerat. Iterum igitur interrogabant eum etiam Pharisaei, 15
quomodo visum recepisset. Quibus: lutum, ait, oculis
meis imposuit et ablui me et visum recepi. Dicebant igi- 16
tur quidam e Pharisaeis: hic homo non est a Deo profe-
ctus, quoniam diem sabbati non observat; alii dicebant:
quomodo potest homo peccator eiusmodi edere miracula?
Et dissidium inter ipsos erat. Iterum caeco illi dicunt: 17
tu quid de eo dicis, quod oculos tuos aperuit? Ille: pro-
pheta est, inquit. Iudaei igitur de eo non crediderunt, 18
eum caecum fuisse visumque recepisse, donec parentes
eius, qui receperat visum, vocaverant. Quos hunc in mo- 19
dum interrogarunt: estne hic filius vester, quem caecum
natum esse dicitis? quomodo igitur nunc videt? Quibus 20
parentes eius responderunt his verbis: novimus, hunc es-
se filium nostrum et caecum natum; quomodo autem nunc 21
videat, non novimus, aut quisnam oculos eius aperuerit,
nos non novimus; ipse aetatem habet, ipsum interrogate,
ipse de se loquetur. Haec parentes eius dixerunt, quon- 22
iam sibi a Iudaeis metuebant. Iam enim Iudaei consti-
tuerant, ut, si quis eum Messiam fuerit professus, con-
ventu sacro excluderetur. Quare parentes eius dixerant: 23
habet aetatem, ipsum interrogate.

Igitur denuo hominem, qui erat caecus, vocarunt ei- 24
que dixerunt: da gloriam Deo: nos novimus, hunc homi-
nem esse peccatorem. Ille igitur respondit his verbis: an 25
peccator sit, non novi; unum novi, me, qui eram caecus,
iam videre. Cui iterum: quid, inquiunt, fecit tibi? quo- 26
modo oculos tuos aperuit? Respondit iis: vobis iam dixi 27
nec audivistis: quid iterum cupitis audire? num vos quo-
que discipuli eius fieri vultis? Conviciati eum dixerunt: 28
tu es illius discipulus, nos vero Mosis discipuli sumus.
Nos scimus, cum Mose Deum esse locutum, hunc vero 29
non novimus, unde sit. Quibus homo ille hunc in modum 30
respondit: in hoc enim mirum est, vos nescire, unde sit,

---

a synedrio accurata fit rei cognitio caeco adhibito eiusque pa-
rentibus. Hi quamquam metu Iudaeorum non dicunt, quod rei
est, tamen caecus, opinionibus, mendaciis, malis artibus, minis
assessorum synedrii contemtis, miraculum in se factum esse Ie-

31 ἐστιν, ὅτι ὑμεῖς οὐκ οἴδατε πόθεν ἐστὶ, καὶ ἀνέῳξέ μου
32 τοὺς ὀφθαλμούς. Οἴδαμεν δὲ, ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ θεὸς
οὐκ ἀκούει, ἀλλ᾽ ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ καὶ τὸ θέλημα αὐ-
τοῦ ποιῇ, τούτου ἀκούει. Ἐκ τοῦ αἰῶνος οὐκ ἠκούσθη,
33 ὅτι ἤνοιξέ τις ὀφθαλμοὺς τυφλοῦ γεγεννημένου. Εἰ μὴ
34 ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν. Ἀπε-
κρίθησαν καὶ εἶπον αὐτῷ· Ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης
ὅλος καὶ σὺ διδάσκεις ἡμᾶς; καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω.
35 Ἤκουσεν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω, καὶ εὑ-
ρὼν αὐτὸν εἶπεν αὐτῷ· Σὺ πιστεύεις εἰς τὸν υἱὸν τοῦ
36 θεοῦ; Ἀπεκρίθη ἐκεῖνος καὶ εἶπε· Καὶ τίς ἐστι, κύριε,
37 ἵνα πιστεύσω εἰς αὐτόν; Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Καὶ
ἑώρακας αὐτὸν καὶ ὁ λαλῶν μετὰ σοῦ, ἐκεῖνός ἐστιν.
38 Ὁ δὲ ἔφη· Πιστεύω, κύριε· καὶ προσεκύνησεν αὐτῷ.
39 Καὶ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· Εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦ-
τον ἦλθον, ἵνα οἱ μὴ βλέποντες βλέπωσι καὶ οἱ βλέπον-
40 τες τυφλοὶ γένωνται. Καὶ ἤκουσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων
ταῦτα οἱ ὄντες μετ᾽ αὐτοῦ καὶ εἶπον αὐτῷ· Μὴ καὶ
41 ἡμεῖς τυφλοί ἐσμεν; Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Εἰ τυφλοὶ
ἦτε, οὐκ ἂν εἴχετε ἁμαρτίαν, νῦν δὲ λέγετε· Ὅτι βλέπο-
μεν· ἡ οὖν ἁμαρτία ὑμῶν μένει.

ΚΕΦ. Χ.

1 Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ὁ μὴ εἰςερχόμενος διὰ τῆς
θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων
2 ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής· ὁ δὲ εἰςερ-
3 χόμενος διὰ τῆς θύρας ποιμήν ἐστι τῶν προβάτων· τού-
τῳ ὁ θυρωρὸς ἀνοίγει καὶ τὰ πρόβατα τῆς φωνῆς αὐτοῦ
ἀκούει καὶ τὰ ἴδια πρόβατα καλεῖ κατ᾽ ὄνομα καὶ ἐξάγει
4 αὐτά. Καὶ ὅταν τὰ ἴδια πρόβατα ἐκβάλῃ, ἔμπροσθεν
αὐτῶν πορεύεται, καὶ τὰ πρόβατα αὐτῷ ἀκολουθεῖ, ὅτι
5 οἴδασι τὴν φωνὴν αὐτοῦ· ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθή-
σωσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ᾽ αὐτοῦ, ὅτι οὐκ οἴδασι τῶν
6 ἀλλοτρίων τὴν φωνήν. Ταύτην τὴν παροιμίαν εἶπεν αὐ-
τοῖς ὁ Ἰησοῦς· ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει
7 αὐτοῖς. Εἶπεν οὖν πάλιν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Ἀμὴν ἀμὴν
8 λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ θύρα τῶν προβάτων. Πάντες
ὅσοι ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, κλέπται εἰσὶ καὶ λῃσταί· ἀλλ᾽ οὐκ

IX, 31. al. οἶδα μέν. ib. al. ἁμαρτωλόν. 34. al. ὅλως. 35. al. pro θεοῦ l. ἀνθρώπου; †. 36. al. (omisso καὶ) τίς ἐστι. 40. al. οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ὄντες. X, 3. al. φωνεῖ. 4. al. τὰ ἴδια πάντα s. πάντα τὰ ἴδια. ib. al. ἐκβάλλῃ. 5. al. ἀκολουθήσουσιν †. ib. al. τοῦ ἀλλοτρίου. al. πρὸ ἐμοῦ ἦλθον s. πρὸ ἐμοῦ exclud.

atque oculos meos aperuisse. At novimus, Deum pec- 31
catoribus aures non praebere, sed si quis pius fuerit
eiusque voluntati satisfecerit, huic aures praebet. Post 32
hominum memoriam non auditum est, aperuisse quendam
oculos caeci nati. Hic si non erat a Deo profectus, ni- 33
hil facere poterat. Responderunt ei his verbis: tu in (eum 34
— per — scatens) peccatis natus es totus et tu nos do-
ces? eumque foras eiecerunt.

Quum Iesus audivisset, eum foras ab iis esse eiectum 35
eumque offendisset, ei: tune, inquit, fidem habes filio
Dei? Ille respondit his verbis: et quis est, domine, ut 36
fidem ei habeam? Cui Iesus: et vidisti eum, inquit, et, 37
qui tecum loquitur, ille est. Is vero: fidem habeo, in- 38
quit, domine: eumque veneratus est. Et Iesus dixit: ut 39
discernantur homines, ego hunc in mundum veni, ut,
qui non vident, videant, et, qui vident, caeci fiant.
Haec quum e Pharisaeis, qui cum eo erant, audivissent, 40
dixerunt: num nos quoque caeci sumus? Iesus iis dixit: 41
si caeci essetis, non sustineritis culpam, iam vero dici-
tis: (nos) videmus; haec igitur culpa vestra manet.

CAP. X.

Sanctissime vobis confirmo: qui non per ianuam in- 1
trat in ovium caulas, sed aliunde adscendit, ille fur est
et latro; qui vero per ianuam intrat, pastor est ovium; 2
huic ianitor aperit et oves vocem eius audiunt et suas 3
ipsius oves vocat nomine easque educit. Et quando suas 4
ipsius oves emiserit, eas praegreditur oveque eum se-
quuntur, quoniam vocem eius norunt; alienum vero mini- 5
me sequentur, sed ab eo aufugient, quoniam alienorum
vocem non norunt. Hanc similitudinem Iesus iis propo- 6
suit; illi vero non intellexerunt, quid sibi vellent ea,
quae ipsis dicebat. Iesus igitur iterum ad eos dixit: san- 7
ctissime vobis confirmo, ego sum ianua ovium. Omnes 8
quotquot ante me venerunt, fures sunt et latrones; at oves

---

sumque Messiam ingenue profitetur. 1—34. Quem quum Iesus, re cognita, offendisset, facile ei persuadet, ut Messiae nomen det. Tum caecitatem Pharisaeorum deplorat 35—41. omnesque tunc temporis duces populi cum perfidis hominibus, certe, qui suis tantum prospiciant rebus, se autem cum bono contendit

9 ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα. Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· δι᾽
ἐμοῦ ἐάν τις εἰςέλθῃ, σωθήσεται καὶ εἰςελεύσεται καὶ ἐξ-
10 ελεύσεται καὶ νομὴν εὑρήσει. Ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ
μὴ ἵνα κλέψῃ καὶ θύσῃ καὶ ἀπολέσῃ· ἐγὼ ἦλθον, ἵνα
11 ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσιν. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ
καλός· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ
12 τῶν προβάτων· ὁ μισθωτὸς δὲ καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ
οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον
καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα καὶ φεύγει καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει
13 αὐτὰ καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα. Ὁ δὲ μισθωτὸς φεύ-
γει, ὅτι μισθωτός ἐστι καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προ-
14 βάτων. Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς καὶ γινώσκω τὰ
15 ἐμὰ καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν, καθὼς γινώσκει με
ὁ πατὴρ κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα καὶ τὴν ψυχήν μου
16 τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων. Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω,
ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγα-
γεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι καὶ γενήσεται μία
17 ποίμνη, εἷς ποιμήν. Διὰ τοῦτο ὁ πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι
ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν. —
18 Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἀλλ᾽ ἐγὼ τίθημι αὐτὴν
ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτὴν καὶ ἐξουσίαν
ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. — Ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον
παρὰ τοῦ πατρός μου.
19 Σχίσμα οὖν πάλιν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις διὰ τοὺς
20 λόγους τούτους. Ἔλεγον δὲ πολλοὶ ἐξ αὐτῶν· Δαιμόνιον
21 ἔχει καὶ μαίνεται· τί αὐτοῦ ἀκούετε; Ἄλλοι ἔλεγον· Ταῦ-
τα τὰ ῥήματα οὐκ ἔστι δαιμονιζομένου· μὴ δαιμόνιον
δύναται τυφλῶν ὀφθαλμοὺς ἀνοίγειν;
22 Ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις καὶ
23 χειμὼν ἦν, καὶ περιεπάτει ὁ Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ ἐν τῇ
24 στοᾷ Σολομῶνος. Ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι καὶ
ἔλεγον αὐτῷ· Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ
25 εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ
Ἰησοῦς· Εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε. Τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ
ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρός μου, ταῦτα μαρτυρεῖ
26 περὶ ἐμοῦ· ἀλλ᾽ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε· οὐ γάρ ἐστε ἐκ τῶν
27 προβάτων τῶν ἐμῶν. Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς
μου ἀκούει κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι,
28 κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται

X, 12. al. οὗ οὐκ ἔστι τ. προβ. 14. al. γιγνώσκουσί με τὰ ἐμά †. 16. al. δεῖ με. ib. al. ἀκούσωσι. ib. al. γενήσονται †. 21. al. ἀνοῖξαι. 23. al. τοῦ Σολομῶντος †. 26. al. ὅτι οὐκ ἐστε †. ib. al. post προβ. τ. ἐμ. l. καθὼς εἶπον ὑμῖν †.

eos non audivere. Ego sum ianua; per me si quis ingres- 9
sus fuerit, servabitur, ingredietur atque egredietur et pa-
bulum inveniet. Fur non venit, nisi ut furetur et laniet 10
ac perdat; ego veni, ut vitam haberent atque (bonis) ab-
undarent. Ego sum bonus pastor: bonus pastor vitam 11
suam deponit pro ovibus; mercenarius autem et qui non 12
est pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum ve-
nientem, oves deserit et fugit, et lupus rapit eas ac dis-
sipat oves. Mercenarius autem fugit, quoniam mercenarius 13
est nec oves ipsi curae sunt. Ego sum bonus pastor et 14
novi, quae mea sunt, et notus sum meis, quemadmodum 15
novit me pater et ego novi patrem ac vitam meam pro
ovibus depono. Atque alias habeo oves, quae non sunt 16
ex hac caula; illas quoque me ducere oportet, et vocem
meam audient ac fiet unus grex, unus pastor. Ob hoc 17
pater me amat, quoniam ego vitam meam depono, ut ite-
rum eam recipiam. — Nemo eam a me aufert, sed ego 18
sponte eam depono; potestatem habeo deponendi eam et
potestatem habeo eam iterum recipiendi. — Hoc manda-
tum a patre meo accipiebam.

Iterum igitur ob hos sermones dissidium exstitit in- 19
ter Iudaeos. Multi autem ex iis dicebant: malum habet 20
daemonem atque insanit: quid eum auditis? Alii dicebant: 21
haec dicta non sunt eius qui malo agitatur daemone: num
malus daemon oculos caecorum potest aperire?

Celebrabantur vero encaenia Hierosolymis et hiems 22
erat et Iesus in templo in porticu Salomonis ambulabat. 23
Cinxerunt igitur eum Iudaei eique dicebant: quousque tan- 24
dem animum nostrum tenes suspensum? si tu es Chri-
stus, dic nobis aperte. Iesus iis respondit: dixi vobis nec 25
fidem habetis. Opera, quae ego patris mei nomine facio,
haec testantur de me; at vos fidem non habetis; nam non 26
estis ex ovibus meis. Oves illae meae meam audiunt vo- 27
cem et ego eas novi, et sequuntur me, et ego vitam 28

---

pastore, qui suos novit, saluti eorum prospicit, vitam adeo pro iis deponit ex Dei mandato, et non solum Iudaeos, verum etiam gentiles ad vitam perducit beatam. Cap. X. 1—18. Quibus dictis dissidium oritur inter Iudaeos, quorum aliis Iesus malo daemone exagitari videtur, aliis non. 19—21. Iudaeis, qui eum impellunt, ut libere dicat, utrum Messias sit nec ne, respondet, se iam haud semel id esse professum, provocans ad opera sua

εἰς τὸν αἰῶνα καὶ οὐχ ἁρπάσει τὶς αὐτὰ ἐκ τῆς χειρὸς
29 μου. Ὁ πατήρ μου, ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων
ἐστὶ, καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάζειν ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πα-
30 31 τρός μου. Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ἐβάστασαν οὖν
32 πάλιν λίθους οἱ Ἰουδαῖοι, ἵνα λιθάσωσιν αὐτόν. Ἀπε-
κρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ὑμῖν
ἐκ τοῦ πατρός μου· διὰ ποῖον αὐτῶν ἔργον λιθάζετέ με;
33 Ἀπεκρίθησαν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες· Περὶ καλοῦ ἔρ-
γου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας καὶ ὅτι σὺ
34 ἄνθρωπος ὢν ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ
Ἰησοῦς. Οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν· „Ἐγὼ
35 εἶπα, θεοί ἐστε;" Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς, πρὸς οὓς ὁ
λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο, (καὶ οὐ δύναται λυθῆναι ἡ γρα-
36 φή,) ὃν ὁ πατὴρ ἡγίασε καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον,
ὑμεῖς λέγετε· Ὅτι βλασφημεῖς, ὅτι εἶπον, υἱὸς τοῦ θεοῦ
37 εἰμι; Εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ
38 μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πι-
στεύσατε, ἵνα γνῶτε καὶ πιστεύσητε, ὅτι ἐν ἐμοὶ ὁ πα-
39 τὴρ κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Ἐζήτουν οὖν πάλιν αὐτὸν πιάσαι,
καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν.

40 Καὶ ἀπῆλθε πάλιν πέραν τοῦ Ἰορδάνου εἰς τὸν τό-
πον, ὅπου ἦν Ἰωάννης τὸ πρῶτον βαπτίζων, καὶ ἔμεινεν
41 ἐκεῖ. Καὶ πολλοὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν καὶ ἔλεγον· Ὅτι Ἰω-
άννης μὲν σημεῖον ἐποίησεν οὐδὲν, πάντα δὲ ὅσα εἶπεν
42 Ἰωάννης περὶ τούτου, ἀληθῆ ἦν. Καὶ ἐπίστευσαν πολ-
λοὶ ἐκεῖ εἰς αὐτόν.

ΚΕΦ. XI.

1 Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας, ἐκ τῆς
2 κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς. (Ἦν
δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν κύριον μύρῳ καὶ ἐκμάξασα
τοὺς πόδας αὐτοῦ ταῖς θριξὶν αὐτῆς, ἧς ὁ ἀδελφὸς Λά-
3 ζαρος ἠσθένει.) Ἀπέστειλαν οὖν αἱ ἀδελφαὶ πρὸς αὐτὸν
4 λέγουσαι· Κύριε, ἴδε, ὃν φιλεῖς, ἀσθενεῖ. Ἀκούσας δὲ
ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· Αὕτη ἡ ἀσθένεια οὐκ ἔστι πρὸς θάνα-

X, 29. al. ὃ δέδωκέ μοι. 32. al. ποίων ἔργων s. ποῖον ἔργον. 35. al. εἰ οὖν ἐκ. 38. al. τ. ἔργοις μου. ib. al. κἀγὼ ἐν τῷ πατρί †. 41. al. οὐδὲ ἕν.

aeternam iis do nec peribunt in perpetuum neque quis-
quam eas e manu mea rapiet. Pater meus, qui mihi (eos) 29
dedit, omnibus maior est, et nemo e manu patris mei rapere
potest. Ego et pater conspiramus (eadem fruimur poten- 30
tia). Iudaei igitur iterum lapides sustulerunt, ut lapidibus 31
eum obruerent. Respondit iis Iesus: multa praeclare fa- 32
cta coram vobis edidi a patre meo adiutus; quorum quale
est, ob quod lapidibus me petitis? Iudaei ei responderunt 33
his verbis: de praeclare facto te lapidibus non petimus,
de impie dicto et quod, homo quum es, te ipsum fa-
cis Deum. Iesus iis respondit: nonne relatum legitur in 34
lege vestra: *) „ego dixi, dii estis?" Si illos dixit deos, 35
ad quos hic sermo Dei pertinet, (et scriptura sacra solvi
non potest,) quem pater consecravit atque in mundum 36
misit, eum vos impie loqui dicitis, quod me filium Dei
esse dixi? Si opera patris mei non facio, fidem mihi 37
denegate; sin vero facio, etiamsi mihi fidem denegetis, 38
operibus illis fidem habete, ut noscatis et fidem habeatis,
patrem mihi meque patri esse quam maxime coniunctum.
Iterum igitur eum comprehendere studebant, atque e manu 39
eorum evasit.

Atque iterum abiit trans Iordanem in locum, ubi Io- 40
hannes primum lotione sacra imbuebat ibique permansit. Et 41
multi ad eum venerunt dicentes: Iohannes quidem nullum
edidit miraculum, sed omnia, quaecunque Iohannes de eo
dixit, vera erant. Et multi ibi ei fidem habuerunt. 42

CAP. XI.

Aegrotabat autem Lazarus quidam Bethania oriundus, 1
e vico Mariae et Marthae eius sororis. (Erat autem Ma- 2
ria, quae dominum unguento unxit eiusque pedes crinibus
suis abstersit, cuius frater Lazarus aegrotabat.) Sorores 3
igitur ad eum miserunt dicentes: domine, en, quem amas,
aegrotat. Quo audito Iesus dixit: hic morbus non est le- 4

*) Ps. LXXXII, 6.

incredulitatem iis exprobrat eosque e veris suis asseclis esse negat; at suos et Dei et, quod idem sit, ipsius auspiciis ad salutem pertingere contendit. Hac voce in iram coniecti lapidibus eum obruissent, nisi ad opera sua egregia provocans et V. T. loca, ubi vel homines Dii vocantur, eos a furore revocasset. 22—39. Hinc in Peraeam se confert, ubi Iohannes b. primum in publicum prodierat multique Iesum pro Messia habent.

XI. Iesus dum in Peraea versatur, de amico Lazaro Bethaniae aegrotante certior fit, sed morbum haud letiferum esse putans(?)

τον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς
5 τοῦ θεοῦ δι' αὐτῆς. Ἠγάπα δὲ ὁ Ἰησοῦς τὴν Μάρθαν
6 καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς καὶ τὸν Λάζαρον. Ὡς οὖν ἤκου-
σεν, ὅτι ἀσθενεῖ, τότε μὲν ἔμεινεν ἐν ᾧ ἦν τόπῳ δύο
7 ἡμέρας. Ἔπειτα μετὰ τοῦτο λέγει τοῖς μαθηταῖς· Ἄγω-
8 μεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθη-
ταί· Ῥαββὶ, νῦν ἐζήτουν σε λιθάσαι οἱ Ἰουδαῖοι καὶ πά-
9 λιν ὑπάγεις ἐκεῖ; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Οὐχὶ δώδεκά εἰσιν
ὧραι τῆς ἡμέρας; ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ
10 προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει· ἐὰν
δέ τις περιπατῇ ἐν τῇ νυκτὶ, προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς οὐκ
11 ἔστιν ἐν αὐτῷ. Ταῦτα εἶπε καὶ μετὰ τοῦτο λέγει αὐ-
τοῖς· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύο-
12 μαι, ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν. Εἶπον οὖν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ·
13 Κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται. Εἰρήκει δὲ ὁ Ἰησοῦς
περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἐκεῖνοι δὲ ἔδοξαν, ὅτι περὶ τῆς
14 κοιμήσεως τοῦ ὕπνου λέγει. Τότε οὖν εἶπεν αὐτοῖς ὁ
15 Ἰησοῦς παῤῥησίᾳ· Λάζαρος ἀπέθανε καὶ χαίρω δι' ὑμᾶς,
ἵνα πιστεύσητε, ὅτι οὐκ ἤμην ἐκεῖ· ἀλλ' ἄγωμεν πρὸς
16 αὐτόν. Εἶπεν οὖν Θωμᾶς, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, τοῖς
συμμαθηταῖς· Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵνα ἀποθάνωμεν μετ'
αὐτοῦ.

17 Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς εὗρεν αὐτὸν τέσσαρας ἡμέρας
18 ἤδη ἔχοντα ἐν τῷ μνημείῳ. Ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς
19 τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε· καὶ πολλοὶ
ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ Μάρθαν
καὶ Μαρίαν, ἵνα παραμυθήσωνται αὐτὰς περὶ τοῦ ἀδελ-
20 φοῦ αὐτῶν. Ἡ οὖν Μάρθα ὡς ἤκουσεν, ὅτι Ἰησοῦς ἔρ-
χεται, ὑπήντησεν αὐτῷ, Μαρία δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἐκαθέζε-
21 το. Εἶπεν οὖν Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν· Κύριε, εἰ ἦς
22 ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει. Ἀλλὰ καὶ νῦν
οἶδα, ὅτι ὅσα ἂν αἰτήσῃ τὸν θεὸν, δώσει σοι ὁ θεός.
23 Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἀναστήσεται ὁ ἀδελφός σου. Λέ-
24 γει αὐτῷ Μάρθα· Οἶδα, ὅτι ἀναστήσεται ἐν τῇ ἀναστά-
25 σει ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. Εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ
εἰμι ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν
26 ἀποθάνῃ, ζήσεται καὶ πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ
27 οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα· πιστεύεις τοῦτο; Λέγει
αὐτῷ· Ναὶ, κύριε· ἐγὼ πεπίστευκα, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χρι-

XI, 5. al. τ. Μ. κ. τ. ἀδελφὴν αὐτῆς Μ. κ. τ. Λάζ. s. τ. Μ. κ. τ. Μάρθ. κ. τ. Λάζ. 9. al. ὁ Ἰησοῦς †. 11. al. τοῦ ἐξυπνίσαι. 17. al. ὁ Ἰησ. εἰς Βηθανίαν. 20. al. ὁ Ἰησ. †. 21. al. ἀπέθανε † (cf. vs. 32.).

talis, sed valet ad gloriam Dei, ut filius Dei per eum il-
lustretur. Iesus autem Martham eiusque sororem amabat 5
et Lazarum. Quum igitur audivisset, eum aegrotare, tum 6
quidem, quo in loco erat, biduum permansit. Deinde post 7
hoc discipulis suis: revertamur, inquit, in Iudaeam. Cui
discipuli: magister, inquiunt, iam lapidibus te obruere 8
studebant Iudaei atque iterum abis, ut ibi sis? Iesus re-
spondit: nonne duodecim sunt horae diei? si quis interdiu
ambulat, non offendit, quod lumen huius mundi videt; 9
sin vero quis noctu ambulat, offendit, quod lumine caret. 10
Haec dixit et post hoc iis: Lazarus, inquit, amicus no- 11
ster obdormivit, sed proficiscor, ut somno eum excitem.
Quare discipuli eius: domine, inquiunt, si obdormivit, ser- 12
vabitur. At Iesus de morte eius dixerat, illi vero opi- 13
nati sunt, eum de somni sopore dicere. Tum igitur Ie- 14
sus aperte iis dixit; Lazarus mortuus est, et laetor pro- 15
pter vos, ut fidem habeatis, quod ibi non eram; sed aga-
mus ad eum. Quare Thomas, qui Didymus dicitur, con- 16
discipulis: agamus nos quoque, inquit, ut cum eo moriamur.

Iesus igitur quum venisset, reperit eum quartum iam 17
diem in sepulcro agentem. Erat autem Bethania prope 18
Hierosolyma intervallo circiter quindecim stadiorum; et 19
multi ad Martham et Mariam venerant, ut eas de fratre
ipsarum consolarentur. Martha igitur quum audivisset, 20
Iesum venire, obviam ei facta est, Maria autem domi se-
debat. Maria igitur dixit ad Iesum: domine, si hic eras, 21
frater meus non mortuus esset. At vel nunc scio, quae- 22
cunque a Deo petieris, Deum tibi esse daturum. Cui Ie- 23
sus: resuscitabitur, inquit, frater tuus. Martha ei: novi, 24
inquit, eum resuscitatum iri in resurrectione die supre-
mo. Cui Iesus: ego, inquit, sum resurrectio et vita; qui- 25
cunque mihi fidem habet, etiamsi mortuus fuerit, vivet et,
quicunque vivit mihique habet fidem, minime morietur in 26
aeternum: credisne hoc? Cui: profecto, inquit, domine; 27
ego credidi (et etiamnum credo), te esse Messiam, filium

---

biduum remanet (ut homines illius regionis ad vitam div. vocet). Tum, quamvis discipulis ob internecinum Iudaeorum odium eum revocare conantibus, forti animo ad Lazarum, quem mortuum esse suis significat, contendit in vitam eum revocaturus. Adveniens primum cum Martha, in qua spem fratris mox resus-

28 στὸς, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ εἰς τὸν κόσμον ἐρχόμενος. Καὶ
ταῦτα εἰποῦσα ἀπῆλθε καὶ ἐφώνησε Μαρίαν τὴν ἀδελ-
φὴν αὐτῆς λάθρα εἰποῦσα· Ὁ διδάσκαλος πάρεστι καὶ
29 φωνεῖ σε. Ἐκείνη ὡς ἤκουσεν, ἐγείρεται ταχὺ καὶ ἔρχεται
30 πρὸς αὐτόν. (Οὔπω δὲ ἐληλύθει ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν κώ-
μην, ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ, ὅπου ὑπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρ-
31 θα.) Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ
καὶ παραμυθούμενοι αὐτήν, ἰδόντες τὴν Μαρίαν, ὅτι
ταχέως ἀνέστη καὶ ἐξῆλθεν, ἠκολούθησαν αὐτῇ λέγοντες·
32 Ὅτι ὑπάγει εἰς τὸ μνημεῖον, ἵνα κλαύσῃ ἐκεῖ. Ἡ οὖν
Μαρία ὡς ἦλθεν ὅπου ἦν ὁ Ἰησοῦς, ἰδοῦσα αὐτὸν ἔπε-
σεν αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας λέγουσα αὐτῷ· Κύριε, εἰ ἦς
33 ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. Ἰησοῦς οὖν ὡς
εἶδεν αὐτὴν κλαίουσαν καὶ τοὺς συνελθόντας αὐτῇ Ἰου-
δαίους κλαίοντας, ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι καὶ ἐτάρα-
34 ξεν ἑαυτὸν καὶ εἶπε· Ποῦ τεθείκατε αὐτόν; Λέγουσιν
35 αὐτῷ· Κύριε, ἔρχου καὶ ἴδε. Ἐδάκρυσεν ὁ Ἰησοῦς. Ἔλε-
36 γον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· Ἴδε, πῶς ἐφίλει αὐτόν! Τινὲς δὲ ἐξ
37 αὐτῶν εἶπον· Οὐκ ἠδύνατο οὗτος ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλ-
μοὺς τοῦ τυφλοῦ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ;
38 Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβριμώμενος ἐν ἑαυτῷ ἔρχεται εἰς τὸ
μνημεῖον. Ἦν δὲ σπήλαιον καὶ λίθος ἐπέκειτο ἐπ' αὐ-
39 τῷ. Λέγει ὁ Ἰησοῦς· Ἄρατε τὸν λίθον. Λέγει αὐτῷ
ἡ ἀδελφὴ τοῦ τεθνηκότος Μάρθα· Κύριε, ἤδη ὄζει· τε-
40 ταρταῖος γάρ ἐστι. Λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς· Οὐκ εἶπόν
41 σοι, ὅτι ἐὰν πιστεύσῃς, ὄψει τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ; Ἦραν
οὖν τὸν λίθον. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω
42 καὶ εἶπε· Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου. Ἐγὼ
δὲ ᾔδειν, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον
τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι σύ με ἀπέ-
43 στειλας. Καὶ ταῦτα εἰπὼν φωνῇ μεγάλῃ ἐκραύγασε· Λά-
44 ζαρε, δεῦρο ἔξω! Καὶ ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος
τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ
σουδαρίῳ περιεδέδετο. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Λύσατε
αὐτὸν καὶ ἄφετε ὑπάγειν.

45 Πολλοὶ οὖν ἐκ τῶν Ἰουδαίων οἱ ἐλθόντες πρὸς τὴν
Μαρίαν καὶ θεασάμενοι ἃ ἐποίησεν, ἐπίστευσαν εἰς αὐ-
46 τόν. Τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν ἀπῆλθον πρὸς τοὺς Φαρισαίους
καὶ εἶπον αὐτοῖς ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς.

XI, 29. al. ἐκείνη δέ. 31. al. δόξαντες, ὅτι. 32. al. εἰς τ. πόδας αὐτοῦ. 37. al. ἐδύνατο. 39. al. τετελευτηκότος †. 40. al. ὄψῃ †. 41. al. post τ. λίθον l. οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος †. 44. al. τ. χεῖρας κ. τ. πόδας. 45. al. post ἐποίησεν l. ὁ Ἰησοῦς †.

Dei, qui in mundum venturus erat. Quibus dictis abiit et 28
Mariam sororem suam clam vocavit his verbis: magister ad-
est et vocat te. Illa ubi audivit, subito surrexit et venit ad 29
eum. (Iesus autem nondum in vicum venerat, sed erat illo 30
in loco, ubi Martha ei obviam facta erat.) Iudaei igitur, 31
qui cum ea erant in domo eamque consolabantur, quum
vidissent Mariam celeriter surrexisse atque exiisse, eam
secuti sunt his verbis: abit sepulcrum versus, ut ibi plo-
ret. Maria igitur quum venisset, ubi erat Iesus, intuita 32
eum ad pedes eius procubuit his verbis: domine, si hic eras,
frater meus non mortuus esset. Iesus igitur quum ploran- 33
tem eam vidisset plorantesque Iudaeos, qui ad eam con-
fluxerant, animo graviter commotus est ac perturbatus di- 34
xitque: ubinam eum reposuistis? Cui: domine, inquiunt,
veni et vide. Lacrymas fudit Iesus. Quare Iudaei: en, 35
inquiunt, quomodo eum amabat! At quidam ex iis dixe- 36 37
runt: nonne poterat hic, qui oculos illius caeci aperuit,
facere, ut hic quoque ne moreretur? Iesus igitur denuo 38
animo suo commotus venit ad sepulcrum. Erat autem spe-
lunca, cui lapis erat impositus. Iesus: tollite, inquit, la- 39
pidem. Cui soror mortui Martha: domine, inquit, iam
olet; nam per quatriduum est in sepulcro. Cui Iesus: 40
nonne, inquit, tibi dixi, te, si fidem habueris, visuram
esse maiestatem Dei? Sustulerunt igitur lapidem. Iesus 41
autem oculis sublatis dixit: pater, gratias tibi ago, quod
me audisti. Ego vero noveram, te semper me audire, 42
sed ob populum, qui circumstat, dixi, ut fidem habe-
rent, te me misisse. Quibus dictis magna voce excla- 43
mavit: Lazare, huc, foras! Et egressus est mortuus 44
pedes vinctus et manus fasciis, et facies eius sudario
circumligata. Iesus iis: solvite, inquit, eum et incedere
sinite.

Multi igitur e Iudaeis, qui ad Mariam venerant et 45
contemplati, quae fecerat, fidem ei (tanquam Messiae)
habuerunt. At quidam ex iis abierunt ad Pharisaeos, 46
quibus, quae fecerat Iesus, nuntiarunt.

---

citandi alit, deinde cum Maria, comitata a Iudaeis mortuum rite lugentibus, colloquitur. Tum ad sepulcrum accedit et, Deo gratiis actis, inspectantibus omnibus, vi div. mortuum resuscitat. Hinc multi Iudaeorum ei fidem habent; quidam vero rem (inimico animo?) ad Pharisaeos deferunt. 1—46. Qua de re cer-

47 *Συνήγαγον οὖν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι συνέ-*
δριον καὶ ἔλεγον· Τί ποιοῦμεν, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος
48 *πολλὰ σημεῖα ποιεῖ; Ἐὰν ἀφῶμεν αὐτὸν, οὕτω πάντες*
πιστεύσουσιν εἰς αὐτὸν, καὶ ἐλεύσονται οἱ Ῥωμαῖοι καὶ
49 *ἀροῦσιν ἡμῶν καὶ τὸν τόπον καὶ τὸ ἔθνος. Εἷς δέ τις*
ἐξ αὐτῶν Καϊάφας, ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου,
εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς οὐκ οἴδατε οὐδὲν οὐδὲ διαλογίζεσθε,
50 *ὅτι συμφέρει ἡμῖν, ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνῃ ὑπὲρ τοῦ*
51 *λαοῦ καὶ μὴ ὅλον τὸ ἔθνος ἀπόληται. (Τοῦτο δὲ ἀφ᾽*
ἑαυτοῦ οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκεί-
νου προεφήτευσεν, ὅτι ἔμελλεν ὁ Ἰησοῦς ἀποθνήσκειν
52 *ὑπὲρ τοῦ ἔθνους, καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον, ἀλλ᾽*
ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ
53 *εἰς ἕν.) Ἀπ᾽ ἐκείνης οὖν τῆς ἡμέρας συνεβουλεύσαντο,*
54 *ἵνα ἀποκτείνωσιν αὐτόν. Ἰησοῦς οὖν οὐκέτι παῤῥησίᾳ*
περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς
τὴν χώραν ἐγγὺς τῆς ἐρήμου εἰς Ἐφραὶμ λεγομένην πόλιν
55 *κἀκεῖ διέτριβε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Ἦν δὲ ἐγγὺς*
τὸ πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱερο-
σόλυμα ἐκ τῆς χώρας πρὸ τοῦ πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν
56 *ἑαυτούς. Ἐζήτουν οὖν τὸν Ἰησοῦν καὶ ἔλεγον μετ᾽ ἀλ-*
λήλων ἐν τῷ ἱερῷ ἑστηκότες· Τί δοκεῖ ὑμῖν, ὅτι οὐ μὴ
57 *ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν; Δεδώκεισαν δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ*
οἱ Φαρισαῖοι ἐντολὴν, ἵνα ἐάν τις γνῷ ποῦ ἐστι, μηνύ-
σῃ, ὅπως πιάσωσιν αὐτόν.

ΚΕΦ. XII.

1 *Ὁ οὖν Ἰησοῦς πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα ἦλθεν εἰς*
Βηθανίαν, ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκὼς, ὃν ἤγειρεν ἐκ
2 *νεκρῶν. Ἐποίησαν οὖν αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ, καὶ ἡ Μάρ-*
θα διηκόνει, ὁ δὲ Λάζαρος εἷς ἦν τῶν ἀνακειμένων σὺν
3 *αὐτῷ. Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου*
πιστικῆς πολυτίμου ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ καὶ
ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἡ δὲ οἰκία
4 *ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου. Λέγει οὖν εἷς ἐκ*
τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ

XI, 50. al. *λογίζεσθε* †. 51. al. *ἐπροφήτευσεν*. 54. al. *ὁ οὖν Ἰησ.* ib. al. *Ἐφραΐμ* s. *Ἐφρέμ* s. *Ἐφράμ* s. *Ἐφραθᾶ*. XII, 2. al. *εἷς ἦν (ἐκ) τῶν συνανακειμένων* †. 3. al. *οἰκία ὅλη (ἐπλήσθη)*.

Congregarunt igitur summi sacerdotes et Pharisaei 47
senatum ac dicebant: quid faciamus, quod hic homo multa
edit miracula? Si missum eum fecerimus, sic (al. si per- 48
miserimus eum agere, uti egit) omnes ei fidem habe-
bunt, et Romani venient nobisque eripient et terram et
gentem. Unus autem quidam ex iis Caiaphas, illius anni 49
pontifex maximus, iis: vos, inquit, nihil scitis neque re- 50
putatis, expedire nobis, ut unus homo pro populo moria-
tur nec totus pereat populus. (Hoc autem non suopte in- 51
genio dixit; sed pontifex maximus illius (quo Christus
mortuus est,) anni vaticinatus est, Iesum moriturum pro
populo nec pro populo solum, sed ut cultores Dei di- 52
spersos in unum colligeret.) Ab illo igitur die consi- 53
lia contulerunt, ut eum interficerent. Iesus igitur non 54
amplius palam inter Iudaeos versabatur, sed abiit il-
linc in regionem solitudini, quam vocant, vicinam ver-
sus urbem Ephraimum ibique cum discipulis suis perman-
sit. Instante vero festo paschali Iudaeorum multi ex hac 55
regione ante festum paschale Hierosolyma adscenderunt,
ut se lustrarent. Quaerebant igitur Iesum et in templo 56
stantes inter se dicebant: quid vobis videtur, quod ad fe-
stum celebrandum non venit? Sed pontifices et Pharisaei 57
mandaverant, ut, si quis resciret, ubinam esset, indica-
ret, ut eum prehenderent.

CAP. XII.

Iesus igitur sex dies ante pascha Bethaniam venit, 1
ubi erat Lazarus mortuus ille, quem e mortuis excitave-
rat. Instituerunt igitur ei convivium ibi, et Martha mi- 2
nistrabat, Lazarus autem unus erat eorum, qui cum eo
accumbebant. Maria igitur sumta libra unguenti nardini 3
potabilis pretiosi pedes Iesu unxit et crinibus suis pedes
eius abstersit, domus autem odore unguenti est repleta.
Quare unus ex eius discipulis, Iudas filius Simonis Corio- 4

---

tiores facti assessores synedrii, a populo sibi timentes et Romanis, consultant iisque Caiaphas P. M. auctor est, ut eum tollant e medio. Hinc Iesus Ephraimum sese confert. Edicto edito, ut quivis Iesu potiretur, homines, qui ante festum paschatis, qui instabat, diem Hierosolymis versantur, pleni sunt exspectationis, utrum Iesus ad festum celebrandum venturus sit nec ne. 47—57.

XII. Iesus sexto die ante festum paschatos Bethaniae in convivio, cui etiam Lazarus interest, a Maria pretioso oleo nardino unguitur cum magna Iudae indignatione, cui vero Iesus, tener-

5 μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι· Διατί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ
6 ἐπράθη τριακοσίων δηναρίων καὶ ἐδόθη πτωχοῖς; Εἶπε
δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ'
ὅτι κλέπτης ἦν καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε καὶ τὰ βαλλό-
7 μενα ἐβάσταζεν. Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς· Ἄφες αὐτήν· εἰς
8 τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό· τοὺς
πτωχοὺς γὰρ πάντοτε ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν, ἐμὲ δὲ οὐ πάν-
τοτε ἔχετε.

9 Ἔγνω οὖν ὄχλος πολὺς ἐκ τῶν Ἰουδαίων, ὅτι ἐκεῖ
ἐστι, καὶ ἦλθον οὐ διὰ τὸν Ἰησοῦν μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ
10 τὸν Λάζαρον ἴδωσιν, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Ἐβουλεύ-
σαντο δὲ οἱ ἀρχιερεῖς, ἵνα καὶ τὸν Λάζαρον ἀποκτείνω-
11 σιν, ὅτι πολλοὶ δι' αὐτὸν ὑπῆγον τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐπί-
στευον εἰς τὸν Ἰησοῦν.

12 Τῇ ἐπαύριον ὄχλος πολὺς ὁ ἐλθὼν εἰς τὴν ἑορτὴν
13 ἀκούσαντες, ὅτι ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, ἔλα-
βον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν
αὐτῷ καὶ ἔκραζον· Ὡσαννά! εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν
14 ὀνόματι κυρίου, ὁ βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ! Εὑρὼν δὲ ὁ
Ἰησοῦς ὀνάριον ἐκάθισεν ἐπ' αὐτό, καθώς ἐστι γεγραμ-
15 μένον· „Μὴ φοβοῦ, θύγατερ Σιών· ἰδού, ὁ βασιλεύς
16 σου ἔρχεται καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου.“ Ταῦτα δὲ οὐκ
ἔγνωσαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τὸ πρῶτον, ἀλλ' ὅτε ἐδοξά-
σθη ὁ Ἰησοῦς, τότε ἐμνήσθησαν, ὅτι ταῦτα ἦν ἐπ' αὐ-
17 τῷ γεγραμμένα καὶ ταῦτα ἐποίησαν αὐτῷ. Ἐμαρτύρει
οὖν ὁ ὄχλος ὁ ὢν μετ' αὐτοῦ, ὅτι τὸν Λάζαρον ἐφώνη-
18 σεν ἐκ τοῦ μνημείου καὶ ἤγειρεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν· διὰ
τοῦτο καὶ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ ὄχλος, ὅτι ἤκουσαν τοῦτο
αὐτὸν πεποιηκέναι τὸ σημεῖον. Οἱ οὖν Φαρισαῖοι εἶπον
19 πρὸς ἑαυτούς· Θεωρεῖτε, ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν· ἴδε,
ὁ κόσμος ὀπίσω αὐτοῦ ἀπῆλθεν.

20 Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων, ἵνα
21 προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ. Οὗτοι οὖν προσῆλθον Φι-
λίππῳ τῷ ἀπὸ Βηθσαϊδὰ τῆς Γαλιλαίας καὶ ἠρώτων αὐ-

XII, 6. al. ἔχων †. 7. al. ἄφετε. ib. al. ἵνα εἰς τὴν ἡμέραν τ. ἐνταφ. μου τηρήσῃ †. 8. al. hunc vs. excludunt. 13. al. βασιλεὺς s. καὶ ὁ βασ. 17. al. ὅτε τ. Λαζ. †. 18. al. ἤκουσε †. 19. al. ὁ κόσμος ὅλος.

thensis, qui eum erat traditurus, dicit: quidni hoc unguen- 5
tum trecentis denariis venditum est et pauperibus datum?
Hoc autem dixit, non quod pauperes ipsi erant curae, 6
sed quia fur erat et marsupium habebat, et quae iniicie-
bantur, gestabat. Dixit igitur Iesus: permitte ei; in diem 7
pollincturae meae hoc servavit; pauperes enim semper vo- 8
biscum habetis, me autem non semper habetis.

Cognovit igitur magna Iudaeorum multitudo, eum ibi 9
esse et venerunt non solum propter Iesum, sed ut etiam
Lazarum viderent, quem ab inferis excitaverat. Summi 10
autem sacerdotes consilia inierunt, ut Lazarum quoque in-
terficerent, quoniam multi a Iudaeis abalienarentur propter 11
eum (Iudaeorum abibant Bethaniam, et Iesu fidem habebant.

Postridie quum magna hominum multitudo, quae ad 12
festum celebrandum convenerat, audivisset, Iesum Hiero-
solyma venire, sumtis palmarum ramis obviam ei exie- 13
runt et alta voce clamarunt: io triumphe! laudibus effe-
ratur, qui nomine domini venit, rex Israelitarum! Iesus 14
autem asello, quem nactus erat, insedit, quemadmodum
relatum legitur: *) „noli timere, filia Sion; ecce, rex 15
tuus venit insidens pullo asini.“ Haec vero discipuli eius 16
primum non intellexerunt, at, quum illustratus esset Ie-
sus, tum in memoriam revocarunt, haec de eo esse per-
scripta et haec ei fecisse (homines). Testabatur igitur 17
hominum turba quae cum eo erat, eum Lazarum e se-
pulcro vocasse eumque excitasse ab inferis; quapropter 18
etiam ei obviam facta est illa hominum multitudo, quon-
iam eum hoc perpetrasse miraculum audiverant. Phari- 19
saei igitur ad semetipsos dixerunt; videtis, vos nihil pro-
ficere; en, universi homines eum sectantur.

Erant vero Graeci quidam qui adscendebant, ut festo 20
die sacra facerent. Hi igitur Philippum Bethsaida in Ga- 21
lilaea oriundum adierunt eumque his verbis rogabant: do-

---

*) Zachar. IX, 9.

rimo amoris sensu repletus, animi acerbitatem leniter exprobrat. 1—8. Multis hominibus partim, ut Iesum, partim, ut Lazarum videant, Hierosolymis adventantibus, summi sacerdotes de Lazaro clam necando deliberant. 9—11 Mat. XXVI, 6. Marc. XIV, 3. Postero die Iesus magna stipatus hominum ovantium et gratulantium multitudine, qui partim Bethania eum comitantur, partim Hierosolymis ei obviam veniunt, ita ut inimicissimi eius Pharisaei nesciant, quid ipsis faciendum sit, urbem intrat. 12—19. Mat. XXI, 1. Marc. XI, 1. Luc. XIX, 28. Hellenistis (proselytis portae?) per Philippum aditum ad Iesum sibi parantibus, Iesus sublimem illam

22 τὸν λέγοντες· Κύριε, θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. Ἔρχε-
ται Φίλιππος καὶ λέγει τῷ Ἀνδρέᾳ καὶ πάλιν Ἀνδρέας
23 καὶ Φίλιππος λέγουσι τῷ Ἰησοῦ· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνα-
το αὐτοῖς λέγων· Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς
24 τοῦ ἀνθρώπου. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκ-
κος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος
25 μένει, ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. Ὁ φιλῶν
τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτὴν, καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυ-
χὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει
26 αὐτήν. Ἐὰν ἐμοὶ διακονῇ τις, ἐμοὶ ἀκολουθείτω, καὶ
ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται· ἐάν τις
27 ἐμοὶ διακονῇ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ. Νῦν ἡ ψυχή μου
τετάρακται· καὶ τί εἴπω; Πάτερ, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας
ταύτης; Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην.
28 Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα. Ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ
29 τοῦ οὐρανοῦ· „Καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω.“ Ὁ οὖν
ὄχλος ὁ ἑστὼς καὶ ἀκούσας ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι. Ἄλ-
30 λοι ἔλεγον· Ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰη-
σοῦς καὶ εἶπεν· Οὐ δι' ἐμὲ αὕτη ἡ φωνὴ γέγονεν, ἀλλὰ
31 δι' ὑμᾶς. Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ
32 ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω· κἀγὼ ἐὰν
33 ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. (Τοῦ-
το δὲ ἔλεγε σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνή-
34 σκειν). Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ὄχλος· Ἡμεῖς ἠκούσαμεν
ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ Χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ
πῶς σὺ λέγεις· Δεῖ ὑψωθῆναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου;
35 τίς ἐστιν οὗτος ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου; Εἶπεν οὖν αὐτοῖς
ὁ Ἰησοῦς· Ἔτι μικρὸν χρόνον τὸ φῶς ἐν ὑμῖν ἐστι· πε-
ριπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλά-
βῃ· καὶ ὁ περιπατῶν ἐν τῇ σκοτίᾳ οὐκ οἶδε ποῦ ὑπάγει.
36 Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φω-
τὸς γένησθε. Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς καὶ ἀπελθὼν
ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν.

37 Τοσαῦτα δὲ αὐτοῦ σημεῖα πεποιηκότος ἔμπροσθεν
38 αὐτῶν οὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτόν, ἵνα ὁ λόγος Ἡσαΐου τοῦ
προφήτου πληρωθῇ, ὃν εἶπε· „Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ
ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη;“

XII, 26. al. καὶ ἐάν τις †. 27. al. πάτερ ἅγιε. 28. al. σου τὸν υἱὸν s. μου τὸ ὄνομα. 24. al. ἑστηκώς. 29. al. ὅτι βροντὴ γέγονε. 32. al. ἑλκύσω πάντα πρ. ἐμ. 34. al. λέγεις· ὅτι δεῖ. 35. al. μετ' ὑμῶν †.

mine, Iesum videre volumus. Philippus venit dicitque 22
Andreae atque iterum Andreas et Philippus dicunt Iesu;
Iesus autem iis respondit his verbis: venit hora illa, ut 23
Messias illustretur. Sanctissime vobis confirmo, nisi tri- 24
tici granum missum in terram fuerit mortuum, ipsum so-
lum manet, sin vero mortuum fuerit, multum fert fructum.
Quicunque vitam suam amat, eam perdet, et quicunque 25
vitam suam in hoc mundo odio habet, ratione habita
vitae aeternae eam tuebitur. Si quis mihi ministrat, 26
me sequatur, et ubi ego sum, ibi etiam minister meus
erit; si quis mihi ministrat, pater eum honorabit. Iam 27
animus meus est perturbatus: et quid dicam? Pater, ser-
va me ex hac hora? At propterea veni, ut hanc horam
(fatalem) subirem. Pater, illustra nomen tuum. Vox igi- 28
tur e coelo edita est: „et illustravi iterumque illustrabo."
Multitudo igitur, quae adstabat atque audiverat, tonitru 29
editum esse dicebat. Alii angelum cum eo locutum esse
dicebant. Iesus respondit his verbis: non mea causa haec 30
vox edita est, sed vestra. Iam iudicium est huius mundi 31
(generis humani); iam princeps huius mundi eiicietur foras: 32
et ego quando e terra sublatus fuero, omnes ad me traham.
Id autem dicebat significans quali morte moriturus esset. 33
Respondit ei multitudo: nos e lege audivimus, Messiam 34
manere in perpetuum, et quomodo tu dicis, esse in fatis,
ut Messias tollatur? quis est hic Messias? Iis igitur Iesus: 35
breve adhuc tempus lumen est vobiscum: ambulate, dum
lumen habetis, ne tenebrae vos occupent; et qui in tene-
bris versatur, nescit, ubi incedat. Quamdiu lumen habe- 36
tis; fidem lumini habete, ut alumni luminis evadatis. His
dictis Iesus abiit iisque se subduxit.

Quamvis autem tanta miracula coram iis edidisset, 37
fidem ei non habebant, ut vox illa Iesaiae prophetae even- 38
tu comprobaretur, quam edidit: *) „domine, quis doctri-
nae nostrae credidit? et potentia domini cui est revelata?"

---

*) Ies. LIII, 1,

spem, fore, ut totum genus humanum sacra chr. sequatur, ut uberrimum mortis suae fructum resuscitat et coram hominum multitudine eloquitur. Tum declarat, quemvis Messiae sectatorem vitam terrenam contemnere debere, quo facto etiam vita beata certissime sit potiturus: porro, instare supplicii tempus, quo et Dei et Messiae nomen illustretur, id quod vel coelitus ad fidem hominum augendam confirmatur. Denique hortatur, ut, quum breve tantum tempus in vivis sit, luce, qua animos illustret, fruantur. 20—36. Iudaeos et propter vaticinia quaedam

39 Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡ-
40 σαΐας· „Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ πεπώ-
ρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς
καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ καὶ ἐπιστραφῶσι καὶ ἰάσωμαι αὐ-
41 τούς.“ Ταῦτα εἶπεν Ἡσαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ
42 καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ. Ὅμως μέντοι καὶ ἐκ τῶν ἀρ-
χόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τοὺς Φα-
ρισαίους οὐχ ὡμολόγουν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένων-
43 ται· ἠγάπησαν γὰρ τὴν δόξαν τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον
44 ἤπερ τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε καὶ εἶπεν·
Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ᾽ εἰς τὸν
45 πέμψαντά με, καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ θεωρεῖ τὸν πέμψαντά
46 με. Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα πᾶς ὁ πι-
47 στεύων εἰς ἐμὲ ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ. Καὶ ἐάν τις μου
ἀκούσῃ τῶν ῥημάτων καὶ μὴ πιστεύσῃ, ἐγὼ οὐ κρίνω
αὐτόν· οὐ γὰρ ἦλθον, ἵνα κρίνω τὸν κόσμον, ἀλλ᾽ ἵνα
48 σώσω τὸν κόσμον. Ὁ ἀθετῶν ἐμὲ καὶ μὴ λαμβάνων τὰ
ῥήματά μου ἔχει τὸν κρίνοντα αὐτόν· ὁ λόγος ὃν ἐλάλη-
49 σα, ἐκεῖνος κρινεῖ αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ὅτι ἐγὼ
ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ᾽ ὁ πέμψας με πατὴρ αὐ-
50 τός μοι ἐντολὴν ἔδωκε· τί εἴπω καὶ τί λαλήσω. Καὶ
οἶδα, ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν. Ἃ οὖν
λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατὴρ, οὕτω λαλῶ.

ΚΕΦ. XIII.

1 Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι
ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τού-
του πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ
2 κόσμῳ εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτοὺς, καὶ δείπνου γενομένου
(τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα
3 Σίμωνος Ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῷ,) εἰδὼς ὁ Ἰη-
σοῦς, ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας
4 καὶ ὅτι ἀπὸ θεοῦ ἐξῆλθε καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὑπάγει, ἐγεί-
ρεται ἐκ τοῦ δείπνου καὶ τίθησι τὰ ἱμάτια καὶ λαβὼν
5 λέντιον διέζωσεν ἑαυτόν· εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆ-
ρα καὶ ἤρξατο νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν καὶ ἐκ-
6 μάσσειν τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος. Ἔρχεται οὖν πρὸς

XII, 40. al. ἰάσομαι †. 41. al. τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. 43. al. ὑπὲρ τὴν δόξαν τ. θ. 45. al. ἀποστείλαντα. 47. al. pro πιστεύσῃ l. φυλάξῃ †. 49. al. δέδωκε. 50. al. καθὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατήρ. XIII, 1. al. ὅτι ἦλθεν. 2. al. post τ. καρδίαν l. ἵνα παραδῷ αὐτὸν Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης †. 5. al. λαβὼν ὕδωρ βάλλει.

Hanc ob causam non poterant fidem habere, quod Iesaias 39
iterum cecinit: *) „occoecavit oculos eorum animumque 40
eorum obduravit, ne oculis viderent et mente intelligerent
et ad meliorem redirent frugem eosque sanarem.“ Haec di- 41
xit Iesaias, quum gloriam eius videret ac loqueretur de
eo. Quamquam tamen vel ex proceribus multi fidem ei 42
habuerunt, sed propter Pharisaeos non profitebantur, ne
sacro conventu excluderentur; magis enim cupiebant ho- 43
minibus probari, quam Deo. Iesus vero alta voce hunc 44
in modum docuit: quicunque fidem habet mihi, non mihi
fidem habet, sed ei, qui me misit, et quicunque me vi- 45
det, videt eum, qui me misit. Ego lumen in mundum ve- 46
ni, ut quicunque mihi fidem haberet, in tenebris ne ma-
neret. Et si quis dicta mea audiverit nec fidem habuerit, 47
ego eum non iudico; nam non veni, ut mundum (homi-
nes — aequales) iudicarem, sed ut servarem mundum.
Qui me repudiat nec dicta mea admittit, habet, qui ipsum 48
iudicet; doctrina, quam tradidi, illa eum iudicabit die su-
premo, quoniam ego non mea auctoritate docui, sed qui 49
me misit pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicerem et
quid loquerer. Et scio, mandatum eius vitam esse aeter- 50
nam. Quae igitur loquor ego, quemadmodum mihi pater
dixit (praecepit), sic loquor.

CAP. XIII.

At ante festum paschalem quum Iesus sciret, venisse 1
tempus fatale, ut ex hoc mundo transiret ad patrem, uti
amaverat suos in hoc mundo, ita ad finem eos amavit,
atque epulis institutis, (quum diabolus iam Iudae filio Si- 2
monis Cariothensi mentem iniecisset, ut eum traderet,)
quum sciret Iesus, patrem potestati suae omnia tradidisse 3
et a Deo esse profectum atque ad Deum redire, surgit de 4
epulis, vestimenta ponit et linteo sumto se praecingit;
deinde aquam pelvi infundit coepitque pedes discipulorum 5
suorum lavare et linteo, quo erat cinctus, abstergere. Ve- 6

---

*) Ies. VI, 16.

V. T. et animorum contumaciam vel Iesum Messiam prorsus denegasse vel, ut assessores quidam synedrii, metu hominum certe non palam nomen dedisse ei, qui servatorem, non iudicem hominum se fuerit professus. 37—50.

XIII. In ultima cum suis ante festum paschatos coena egregium demissi ac benevoli animi exemplum editurus, surgens, antequam cibo fruuntur, pedes discipulorum lavat, qua in re si-

Σίμωνα Πέτρον, καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Κύριε, σύ μου
νίπτεις τοὺς πόδας; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ·
7 Ὃ ἐγὼ ποιῶ, σὺ οὐκ οἶδας ἄρτι, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα.
8 Λέγει αὐτῷ Πέτρος· Οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς
τὸν αἰῶνα. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐὰν μὴ νίψω
9 σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέ-
τρος· Κύριε, μὴ τοὺς πόδας μου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς
10 χεῖρας καὶ τὴν κεφαλήν. Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὁ λε-
λουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι; ἀλλ'
ἔστι καθαρὸς ὅλος· καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ
11 πάντες. (Ἤδει γὰρ τὸν παραδιδόντα αὐτόν· διὰ τοῦτο
12 εἶπεν· Οὐχὶ πάντες καθαροί ἐστε.) Ὅτε οὖν ἔνιψε τοὺς
πόδας αὐτῶν καὶ ἔλαβε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀναπεσὼν πά-
13 λιν εἶπεν αὐτοῖς· Γινώσκετε τί πεποίηκα ὑμῖν; Ὑμεῖς
φωνεῖτέ με· Ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος, καὶ καλῶς λέ-
14 γετε· εἰμὶ γάρ. Εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ
κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νί-
15 πτειν τοὺς πόδας. Ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα κα-
16 θὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. Ἀμὴν ἀμὴν
λέγω ὑμῖν· οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ
17 οὐδὲ ἀπόστολος μείζων τοῦ πέμψαντος αὐτόν. Εἰ ταῦτ-
18 οἴδατε, μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε αὐτά. Οὐ περὶ πάν-
των ὑμῶν λέγω· ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην, ἀλλ', ἵνα
ἡ γραφὴ πληρωθῇ· „Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον
19 ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ.“ Ἀπάρτι λέγω ὑμῖν,
πρὸ τοῦ γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πιστεύσητε, ὅτι ἐγώ
20 εἰμι. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν· Ὁ λαμβάνων ἐάν τινα
πέμψω, ἐμὲ λαμβάνει, ὁ δὲ ἐμὲ λαμβάνων λαμβάνει τὸν
πέμψαντά με.
21 Ταῦτα εἰπὼν ὁ Ἰησοῦς ἐταράχθη τῷ πνεύματι καὶ
ἐμαρτύρησε καὶ εἶπεν· Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἷς
22 ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. Ἔβλεπον οὖν εἰς ἀλλήλους οἱ
23 μαθηταὶ ἀπορούμενοι περὶ τίνος λέγει. Ἦν δὲ ἀνακείμε-
νος εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ,
24 ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς. Νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος
25 πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει. Ἐπιπεσὼν οὖν ἐκεῖ-

XIII, 8. al. νίψεις. 10. al. οὐκ ἔχει χρείαν. ib. al. τὴν κεφαλὴν νίψασθαι, εἰ μὴ τοὺς πόδας μόνον s. ἢ τὴν κεφαλήν. ib. al. ἔστι γάρ. 12. al. καὶ ἀναπεσών. 13. al. ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος †. 15. al. δέδωκα — πεποίηκα. ib. al. ὑμεῖς ποιεῖτε. 18. al. ἐγὼ γὰρ οἶδα †. (τίνας ἐξελ.) ib. al. ὁ τρώγων μου τὸν ἄρτον †. 20. al. ἄν τινα s. ὅν τινα s. ὃν ἂν s. τινα, ὃν ἄν. 23. al. εἷς τῶν μαθητῶν. 25. al. ἀναπεσὼν † s. ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος.

nit igitur ad Simonem Petrum, cui ille: domine, inquit,
tu pedes meos lavas? Iesus ei his verbis respondit: quod 7
ego facio, tu nunc non nosti, at postea nosces. Cui Pe- 8
trus: nunquam, inquit, pedes meos lavabis. Iesus ei re-
spondit: si te non lavero, nulla tibi mecum est societas.
Cui Simon Petrus: domine, inquit, non solum pedes meos, 9
sed etiam manus et caput. Iesus ei: qui lotus est, inquit, 10
non opus habet — an ut pedes sibi lavet, (opus habet?)
sed est purus totus; et vos puri estis, at non omnes.
(Noverat enim traditorem suum; quare dixit: non omnes 11
puri estis.) Quum igitur pedes eorum lavisset et vesti- 12
menta sua sumsisset, iterum accubuit iisque: noscitisne,
inquit, quid vobis fecerim? Vos me doctorem ac dominum 13
vocatis, et recte dicitis; sum enim. Quodsi ego dominus 14
vester ac doctor, pedes vestros lavi, vos etiam debetis
vobis invicem pedes lavare. Exemplum enim vobis dedi, 15
ut quemadmodum ego vobis feci, vos quoque faceretis. San- 16
ctissime vobis confirmo: servus domino suo non est ma-
ior neque legatus maior eo, qui ipsum misit. Haec si 17
nostis, beati estis, si ea faciatis. Non de omnibus vobis 18
dico; ego novi, quos mihi elegi, sed (hoc unum conten-
do,) ut effatum scripturae sacrae eventu comprobetur:
*) „qui comedit mecum panem, calcem contra me sustu-
lit.“ Nunc, priusquam eveniunt, vobis dico, ut, quando 19
evenerint, fidem habeatis, me esse Messiam. Sanctissime 20
vobis confirmo, quicunque, si quem misero, excipit, me
excipit, quicunque vero me excipit, excipit eum, qui me
misit.

His dictis Iesus animo perturbatus est atque hunc in 21
modum testatus: sanctissime vobis confirmo, unum e vo-
bis me esse traditurum. Discipuli igitur se mutuo intue- 22
bantur incerti, de quonam diceret. Recumbebat autem 23
unus ex eius discipulis in sinu Iesu, quem Iesus amabat.
Huic igitur Simon Petrus nutu significat, ut quaerat, 24
quisnam sit, de quo dicat. Ille igitur ad pectus Iesu 25

---

*) Ps. XLI, 10.

mul, quod fieri debebat e V. T. oraculis, unum e familiarissimis traditorem futurum ad animos eorum confirmandos ante significat. 1—20. Tum graviter commotis discipulis apertius traditorem declarat ipsique auctor est, ut, si facinus firmiter apud se

νος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ λέγει αὐτῷ· Κύριε, τίς
26 ἐστιν; Ἀποκρίνεται ὁ Ἰησοῦς· Ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ
βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω· καὶ ἐμβάψας τὸ ψωμίον δί-
27 δωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ. Καὶ μετὰ τὸ ψωμίον
τότε εἰςῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ σατανᾶς. Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ
28 Ἰησοῦς· Ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. Τοῦτο δὲ οὐδεὶς
29 ἔγνω τῶν ἀνακειμένων πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ· τινὲς γὰρ
ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι λέγει
αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν
30 ἑορτήν, ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ. Λαβὼν οὖν τὸ ψω-
μίον ἐκεῖνος εὐθέως ἐξῆλθεν· ἦν δὲ νύξ.
31 Ὅτε ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς· Νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς
32 τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὁ θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ. Εἰ ὁ θεὸς
ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ
33 καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν. Τεκνία, ἔτι μικρὸν μεθ᾽
ὑμῶν εἰμι· ζητήσετέ με, καὶ καθὼς εἶπον τοῖς Ἰουδαί-
οις· Ὅτι ὅπου ὑπάγω ἐγώ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν,
34 καὶ ὑμῖν λέγω ἄρτι. Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα
ἀγαπᾶτε ἀλλήλους· καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς
35 ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι
36 ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις. Λέ-
γει αὐτῷ Σίμων Πέτρος· Κύριε, ποῦ ὑπάγεις; Ἀπεκρί-
θη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅπου ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν
37 ἀκολουθῆσαι, ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι. Λέγει αὐτῷ
Πέτρος· Κύριε, διατί οὐ δύναμαί σοι ἀκολουθῆσαι ἄρ-
38 τι; τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ
Ἰησοῦς· Τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ ἐμοῦ θήσεις; Ἀμὴν ἀμὴν
λέγω σοι· οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσει, ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ
με τρίς.

ΚΕΦ. XIV.

1 Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία· πιστεύετε εἰς τὸν
2 θεὸν καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου
μοναὶ πολλαί εἰσιν· εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν. Πορεύο-
3 μαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν· καὶ ἐὰν πορευθῶ καὶ ἑτοιμάσω
ὑμῖν τόπον, πάλιν ἔρχομαι καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς
4 ἐμαυτόν, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, καὶ ὑμεῖς ἦτε. Καὶ ὅπου

---

25. al. τίς ἐστιν ὁ παραδιδούς σε; 26. al. βάψω τὸ ψωμίον καὶ δώσω αὐτῷ· καὶ βάψας †. 30. al. ἐξῆλθεν εὐθύς †. ib. al. interpungunt: ἦν δὲ νύξ, ὅτε ἐξῆλθε. 31. al. ὅτε οὖν ἐξῆλθε †. 33. et 36. al. ὅπου ἐγὼ ὑπάγω †. 37. al. ὁ Πέτρος †. 38. al. ἀποκρίνεται. ib. al. φωνήσῃ †. XIV, 2. al. ὑμῖν, ὅτι πορεύομαι †.

quum recubuisset, ei: domine, inquit, quisnam est? Iesus 26
respondet: ille est, cui ego offam tinctam subdam; atque
offam tinctam dedit Iudae filio Simonis Cariothensi. Et 27
post hanc offam tunc Satanas illum est ingressus. Iesus
igitur ei: quod facis, inquit, fac celerius. Hoc vero 28
nemo accumbentium intellexit, quem in finem ei dixerit;
quidam enim opinabantur, quum loculum habebat Iudas, 29
Iesum ei dicere: eme, quibus opus habemus ad diem fe-
stum celebrandum, aut pauperibus ut quid daret. Sumta 30
igitur offa ille statim exiit; erat autem nox.

Quo egresso Iesus dicit: iam illustratus est Messias 31
et Deus illustratus per eum. Si Deus illustratus est per 32
eum, Deus quoque eum illustrabit per semetipse et confe-
stim eum illustrabit. Dilectissimi, breve adhuc tempus 33
vobiscum sum; quaeretis me, et quemadmodum dixi Iu-
daeis: quo ego abeo, vos non potestis venire; vobis quo-
que nunc dico. Praeceptum novum do vobis, ut vos vi- 34
cissim ametis; quemadmodum (ego) vos amavi, ut vos quo-
que mutuo vos ametis. In hoc cognoscent omnes, vos 35
mihi esse discipulos, si mutuo vos amore amplectamini.
Cui Simon Petrus: domine, inquit, quonam abis? Iesus 36
ei respondit: quo abeo, nunc me sequi non potes, postea
autem me sequeris. Cui Petrus: domine, inquit, cur nunc 37
te sequi non possum? vitam meam pro te ponam. Iesus 38
ei respondit: vitam tuam pro me pones? Sanctissime tibi
confirmo: non canet gallus, donec ter me negaveris.

CAP. XIV.

Nolite animo perturbari; fiduciam ponite in Deo at- 1
que in me ponite fiduciam. In aedibus patris mei multa 2
sunt habitacula; sed nisi (ita esset), vobis dixissem. Pro-
ficiscor ad locum vobis parandum; et si profectus fuero 3
vobisque locum paravero, iterum venio vosque ad me
mihi adiungam, ut ubi ego sum, vos quoque sitis. Et 4

---

constituerit, id celerius perpetret, familiarissimis Iesu relictis. Quo facto Iudas animo quam maxime obstinato noctu egreditur. Mat. XXVI, 14—21. Marc. XIV, 10. 18. Luc. XXII, 1. 21. Hoc egresso morte, quae instat, cruenta futurum esse praedicit, ut et Messias eximie illustretur, (coena sacra habita novoque foedere sancito,) amorem mutuum vel vitae prodigum suis commendat et Petro lapsum divinat. Mat. XXVI, 34. Marc. XIV, 30. Luc. XXII, 34.

XIV. Dilectissimos suos tristitia affectos erigit spe immortalitatis

5 ἐγὼ ὑπάγω οἴδατε καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε. Λέγει αὐτῷ
Θωμᾶς· Κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις καὶ πῶς δυνά-
6 μεθα τὴν ὁδὸν εἰδέναι; Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι
ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή· οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς
7 τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι᾽ ἐμοῦ. Εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν
πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπάρτι γινώσκετε αὐτὸν
8 καὶ ἑωράκατε αὐτόν. Λέγει αὐτῷ Φίλιππος· Κύριε, δεῖ-
9 ξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν. Λέγει αὐτῷ ὁ
Ἰησοῦς· Τοσοῦτον χρόνον μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι καὶ οὐκ ἔγνω-
κάς με, Φίλιππε; Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν πατέρα,
10 καὶ πῶς σὺ λέγεις· Δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα; Οὐ πι-
στεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι.
Τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, ἀπ᾽ ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ὁ
11 δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα. Πι-
στεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί·
12 εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι. Ἀμὴν
ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ,
κἀκεῖνος ποιήσει καὶ μείζονα τούτων ποιήσει, ὅτι ἐγὼ
13 πρὸς τὸν πατέρα μου πορεύομαι, καὶ ὅ, τι ἂν αἰτήσητε
ἐν τῷ ὀνόματι μοῦ, τοῦτο ποιήσω, ἵνα δοξασθῇ ὁ πα-
14 τὴρ ἐν τῷ υἱῷ. Ἐάν τι αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματι μοῦ,
15 ἐγὼ ποιήσω. Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολὰς τὰς ἐμὰς
16 τηρήσατε· καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πατέρα, καὶ ἄλλον πα-
ράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ᾽ ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶ-
17 να· τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύνα-
ται λαβεῖν, ὅτι οὐ θεωρεῖ αὐτὸ, οὐδὲ γινώσκει αὐτό·
ὑμεῖς δὲ γινώσκετε αὐτὸ, ὅτι παρ᾽ ὑμῖν μένει καὶ
18 ἐν ὑμῖν ἔσται. Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι
19 πρὸς ὑμᾶς. Ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος με οὐκέτι θεω-
ρεῖ, ὑμεῖς δὲ θεωρεῖτέ με· ὅτι ἐγὼ ζῶ καὶ ὑμεῖς ζήσε-
20 σθε. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ γνώσεσθε ὑμεῖς, ὅτι ἐγὼ
21 ἐν τῷ πατρί μου καὶ ὑμεῖς ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν ὑμῖν. Ὁ
ἔχων τὰς ἐντολάς μου καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν
ὁ ἀγαπῶν με· ὁ δὲ ἀγαπῶν με ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ πα-
τρός μου, καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ
22 ἐμαυτόν. Λέγει αὐτῷ Ἰούδας (οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης)· Κύ-
ριε, καὶ τί γέγονεν· ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν
23 καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ; Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ·

XIV, 4. al. οἴδατε τὴν ὁδὸν †. 5. al. πῶς οἴδαμεν τὴν ὁδὸν †. 7. al. καὶ τὸν πατέρα μου ἂν ᾔδειτε †. 9. al. δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν; 11. al. ἐν ἐμοί ἐστιν †. 12. al. μεῖζον. 13. al. αἰτῆτε. 15. al. τηρήσετε. 17. al. μενεῖ. ib. al. pro ἔσται l. ἐστιν. 19. al. ζήσετε. 21. al. κἀγὼ ἀγαπήσω. 22. al. κύριε, τί γεγ.

quo ego abeam, nostis et viam (quae eo ducit,) nostis.
Thomas ei: domine, inquit, non novimus, quo abeas, et 5
quomodo viam scire possumus? Cui Iesus: ego, inquit, 6
sum via et veritas et vita; nemo venit ad patrem, nisi
per me. Si me nossetis, patrem quoque meum nossetis; 7
et ab eo inde tempore eum noscetis et vidistis eum. Cui 8
Philippus: domine, inquit, monstra nobis patrem, et no-
bis sufficit. Cui Iesus: tantum, inquit, tempus vobiscum 9
sum, et me non nosti, Philippe? Quicunque me vidit, vi-
dit patrem, et quomodo tu dicis: ostende nobis patrem?
Non credis, me in patre et patrem in me esse? Dicta 10
quae ego vobis trado, mea auctoritate non trado, sed pa-
ter mihi coniunctissimus ipse facta (quae ego edo,) edit.
Credite mihi, me esse in patre et patrem in me; sed nisi, 11
ob ipsa facta mihi credite. Sanctissime vobis confirmo: 12
qui mihi credit, facta, quae ego edo, ille quoque edet at-
que his maiora edet, quoniam ego ad patrem meum pro-
ficiscor, et quidquid meo nomine (i. e. in rebus ad regnum 13
Messianum pertinentibus,) petieritis, id faciam, ut pater
per filium illustretur. Si quid petieritis meo nomine, ego 14
faciam. Si me amatis, praecepta mea servate; et ego pa- 15
trem rogabo, et alium vobis dabit adiutorem, ut vobis- 16
cum sit in perpetuum: Spiritum veritatis, quem mundus 17
non potest accipere, quia eum non videt, neque eum no-
scit; at vos eum noscitis, quoniam apud vos manet et in
vobis erit Vos orbos non mittam; venio ad vos. Breve 18
adhuc tempus, et mundus me non amplius videt, vos au- 19
tem me videtis; nam ego vivo et vos vivetis. Illo die 20
vos cognoscetis, me in patre et vos in me et me esse in
vobis. Quicunque praecepta mea habet eaque observat, 21
ille est is qui me amat; sed quicunque me amat, a patre
meo amabitur, et ego eum amabo eique me conspiciendum
praebebo. Cui Iudas (non Cariothensis ille), domine, in- 22
quit, quid est, quod nobis te conspiciendum praebiturus
sis nec mundo? Iesus ei hunc in modum respondit: si 23

---

apud patrem coelestem omnibus communem, ad quem, sicuti ad vitam beatam tutissimam iis viam patefecerit; intima, qua ipse cum patre et cum utroque discipuli coniuncti sint, familiaritate, quid, quod unitate, quae nititur fide; promissione, fore, ut per eos sacra chr. latius propagentur, ut Deus precibus eorum in causa chr. semper annuat eosque patrocinio Spiritus div. tuea-

Ἐάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει, καὶ ὁ πα-
τήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα
24 καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Ὁ μὴ ἀγαπῶν με τοὺς
λόγους μου οὐ τηρεῖ, καὶ ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν
25 ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με πατρός. Ταῦτα λελάληκα
26 ὑμῖν παρ' ὑμῖν μένων· ὁ δε παράκλητος, τὸ πνεῦμα τὸ
ἅγιον, ὃ πέμψει ὁ πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖνος
ὑμᾶς διδάξει πάντα καὶ ὑπομνήσει ὑμᾶς πάντα ἃ εἶπον
27 ὑμῖν. Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι
ὑμῖν· οὐ καθὼς ὁ κόσμος δίδωσιν, ἐγὼ δίδωμι ὑμῖν.
28 Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία μηδὲ δειλιάτω. Ἠκού-
σατε, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν· Ὑπάγω καὶ ἔρχομαι πρὸς
ὑμᾶς· εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἂν, ὅτι πορεύομαι πρὸς
29 τὸν πατέρα ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μου ἐστί. Καὶ
νῦν εἴρηκα ὑμῖν πρὶν γενέσθαι, ἵνα ὅταν γένηται, πι-
30 στεύσητε. Οὐκέτι πολλὰ λαλήσω μεθ' ὑμῶν· ἔρχεται
γὰρ ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν·
31 ἀλλ' ἵνα γνῷ ὁ κόσμος, ὅτι ἀγαπῶ τὸν πατέρα καὶ κα-
θὼς ἐνετείλατό μοι ὁ πατὴρ, οὕτω ποιῶ· ἐγείρεσθε,
ἄγωμεν ἐντεῦθεν.

ΚΕΦ. XV.

1 Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος ἡ ἀληθινὴ, καὶ ὁ πατήρ μου
2 ὁ γεωργός ἐστι. Πᾶν κλῆμα ἐν ἐμοὶ μὴ φέρον καρπὸν
αἴρει αὐτὸ, καὶ πᾶν τὸ καρπὸν φέρον καθαίρει αὐτὸ,
3 ἵνα πλείονα καρπὸν φέρῃ. Ἤδη ὑμεῖς καθαροί ἐστε διὰ
4 τὸν λόγον ὃν λελάληκα ὑμῖν. Μείνατε ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν
ὑμῖν. Καθὼς τὸ κλῆμα οὐ δύναται καρπὸν φέρειν ἀφ'
ἑαυτοῦ, ἐὰν μὴ μείνῃ ἐν τῇ ἀμπέλῳ, οὕτως οὐδὲ ὑμεῖς,
5 ἐὰν μὴ ἐν ἐμοὶ μείνητε. Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ
κλήματα· ὁ μένων ἐν ἐμοὶ κἀγὼ ἐν αὐτῷ, οὗτος φέρει
καρπὸν πολύν· ὅτι χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν.
6 Ἐὰν μή τις μείνῃ ἐν ἐμοὶ, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα καὶ
ἐξηράνθη, καὶ συνάγουσιν αὐτὰ καὶ εἰς τὸ πῦρ βάλλουσι,
7 καὶ καίεται. Ἐὰν μείνητε ἐν ἐμοὶ, καὶ τὰ ῥήματά μου
ἐν ὑμῖν μείνῃ· ὃ ἐὰν θέλητε αἰτήσεσθε, καὶ γενήσεται

XIV, 23. al. ὁ Ἰησοῦς †. ib. al. τ. λόγον μ. τηρήσῃ. 28. al. ὅτι εἶπον· πορεύομαι †. 29. al. πρὸ τοῦ γενέσθαι †. 30. al. κόσμου τούτου. ib al. pro οὐκ ἔχει l. εὑρήσει οὐδὲν † s. εὑρίσκει. XV, 1. al. post ἀληθινὴ l. ὑμεῖς τὰ κλήματα. 4 al. ἵνα μένῃ. 5. al. ποιεῖν οὐδὲ ἕν. 6. al. μένῃ s. μενεῖ. ib. al. συνάγουσιν αὐτό †. ib. al. εἰς πῦρ βάλλ. 7. al. αἰτήσασθε †.

quis me amat, ad doctrinam meam vitam conformabit, et
pater meus eum amabit, et veniemus ad eum et sedem
apud eum collocabimus. Qui me non amat, ad doctrinam 24
meam vitam non conformat, et doctrina, quam auditis,
non est mea, sed patris qui me misit. Haec vobis dixi 25
apud vos manens; adiutor autem, Spiritus sanctus, quem 26
pater nomine meo mittet, ille vos omnia edocebit et, quae-
cunque vobis dixi, in memoriam vobis revocabit. Pacem 27
vobis relinquo, pacem meam vobis concedo; non quemad-
modum mundus dat, ego do vobis. Ne animus vester
perturbetur neque reformidet. Audistis, me vobis dixisse: 28
abeo ac venio ad vos; si me amaretis, laetaremini, quod
proficiscor ad patrem; nam pater meus me est maior. Et 29
nunc vobis dixi, antequam fiant, ut, quando facta fue-
rint, fidem haberetis. Non amplius multa loquar vobis- 30
cum; nam venit huius mundi princeps neque quidquam in
me habet (i. e. nullo modo imperio eius subiectus sum);
at, ut mundus noscat, me patrem amare et quemadmodum 31
pater mihi mandavit, sic me agere: surgite, eamus hinc.

CAP. XV.

Ego sum vera vitis, et pater meus vinitor est. Quae- 1.2
cunque palmes in me non fert fructum, eam aufert, et
quaecunque fructum fert, eam purgat, ut plures fructus
ferat. Iam vos puri estis ob doctrinam, quam vobis tra- 3
didi. Manete in me et ego in vobis. Quemadmodum pal- 4
mes sua sponte non potest ferre fructum; nisi in vite per-
manserit, sic ne vos quidem, nisi in me permanseritis.
Ego sum vitis, vos palmites; quicunque in me manet et 5
ego in eo, hic multum fert fructum; nam sine me nihil
potestis facere. Si quis in me non permanserit, foras 6
eiicitur tanquam palmes, atque exarescit, et colligunt eas
(palmites) et in ignem iniiciunt, et comburitur. Si in me 7
manseritis, dicta quoque mea in vobis manebunt; quodcun-

---

tur. Hinc, ut et sua apud eos praesentia perpetua et sub potentissimi numinis auspiciis tranquillo animo sint, quamvis ipsi mox supplicium sit subeundum, eos hortatur. 1—31.

XV. Similitudine a vite ac palmitibus intimam cum suis societatem illustrat docens, ipsum esse unicum vitae beatae fontem, neque discipulos suos in re chr. quidquam posse perficere,

8 ὑμῖν. Ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ μου, ἵνα καρπὸν
9 πολὺν φέρητε καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί. Καθὼς ἠγά-
πησέ με ὁ πατὴρ κἀγὼ ἠγάπησα ὑμᾶς· μείνατε ἐν τῇ
10 ἀγάπῃ τῇ ἐμῇ. Ἐὰν τὰς ἐντολάς μου τηρήσητε, μενεῖτε
ἐν τῇ ἀγάπῃ μου, καθὼς ἐγὼ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρός
11 μου τετήρηκα καὶ μένω αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ. Ταῦτα λε-
λάληκα ὑμῖν, ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ καὶ ἡ
12 χαρὰ ὑμῶν πληρωθῇ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα
13 ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς. Μείζονα ταύ-
της ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ
14 ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. Ὑμεῖς φίλοι μου ἐστὲ, ἐὰν ποι-
15 ῆτε ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν. Οὐκέτι ὑμᾶς λέγω δού-
λους, ὅτι ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε, τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ κύριος,
ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ
16 πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε,
ἀλλ' ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς καὶ ἔθηκα ὑμᾶς, ἵνα ὑμεῖς
ὑπάγητε καὶ καρπὸν φέρητε καὶ ὁ καρπὸς ὑμῶν μένῃ,
ἵνα ὅ, τι ἂν αἰτήσητε τὸν πατέρα ἐν τῷ ὀνόματί μου,
17 δῷ ὑμῖν. Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλή-
18 λους. Εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε, ὅτι ἐμὲ πρῶ-
19 τον ὑμῶν μεμίσηκεν. Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος
ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ, ἀλλ'
ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ
20 ὑμᾶς ὁ κόσμος. Μνημονεύετε τοῦ λόγου, οὗ ἐγὼ εἶπον
ὑμῖν. Οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. Εἰ
ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτή-
21 ρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν. Ἀλλὰ ταῦτα πάν-
τα ποιήσουσιν ὑμῖν διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι
22 τὸν πέμψαντά με. Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς,
ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ
23 τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ὁ ἐμὲ μισῶν καὶ τὸν πατέρα μου
24 μισεῖ. Εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλ-
λος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι

XV, 8. al. γένησθε †. 11. al. ταῦτα δὲ λελ. ib. al. ἐν ὑμῖν ᾖ †. 14. al. ἃ ἐγὼ ἐντέλλομαι †. 16. al. ὁ καρπὸς ὑμῶν μείνῃ. ib. al. δώῃ. 21. al. ποιήσουσιν εἰς ὑμᾶς †. 24. al. ἐποίησεν.

que vobis expetere volueritis, etiam vobis continget. Hac 8
re illustratur pater meus, ut multum fructum feratis, ac
discipuli mihi eritis. Quemadmodum me amavit pater, 9
ego quoque vos amavi; permanete in hoc meo amore. Si 10
praecepta mea servaritis, permanebitis in meo amore,
quemadmodum ego praecepta patris mei servavi atque in
eius amore permaneo. Haec vobis dixi, ut mea laetitia 11
(per vos maneret,) in vobis permaneret ac vestra laetitia
compleretur. Hoc meum est praeceptum, ut vos vicissim 12
ametis, quemadmodum vos amavi. Maiorem hoc nemo ha- 13
bet amorem, ut quis vitam suam pro amicis suis ponat.
Vos amici mei estis, si facitis, quaecunque ego vobis prae- 14
cipio. Non amplius vos dico servos, quoniam servus non 15
novit, quid dominus eius faciat, sed vos dixi amicos,
quoniam omnia, quae a patre meo audivi, vobis manife-
stavi. Non vos me vobis elegistis, sed ego vos mihi elegi 16
vosque constitui, ut vos discederetis et fructum ferretis ac
fructus vester perduraret, ut, quidquid patrem meo nomine
rogaveritis, vobis concederet. Haec vobis praecipio, ut vos 17
vicissim ametis. Si mundus vos odio habet, noscite, eum 18
me primum vestrum (al. me prius quam vos) odio habuisse.
Si e mundo essetis, mundus suum amaret (i. e. si eandem 19
indolem, eosdem mores hominum, qui sublimiora non cu-
rant, referretis, homines vos tanquam suos amarent;) quon-
iam vero e mundo non estis, sed ego vos mihi elegi e
mundo, ob hoc vos odio habet mundus. Mementote vo- 20
cis, quam vobis dixi: servus domino suo non est maior.
Si me persecuti sunt, vos quoque persequentur: si meam
doctrinam servarunt, vestram quoque servabunt. At haec 21
omnia ob meum nomen vobis facient, quoniam non nove-
runt eum, qui me misit. Si non venissem iisque non di- 22
xissem (ad eosque non essem locutus), culpam non sustine-
rent; iam vero de sua ipsorum culpa nullum habent prae-
textum. Qui me odit, patrem quoque meum odit. Si fa- 23
cta illa, quae nemo alius edidit, coram iis non edidissem, 24
culpam non sustinerent; iam vero et oculis usurparunt et

---

sed per eum optima quaeque: amicos suos, non servos eos declarat, quibus patris voluntatem patefecerit, quos ipse elegerit ductus amore et apostolos destinaverit, ut a Deo adiuti maxima in rebus div. incrementa caperent: monet eos, ne ob hostile profanorum hominum odium in calamitatibus animum abiiciant, quum et ipse eadem sit expertus: attamen eiusmodi homines, quoniam et doctrina sua et miraculis ad meliora revocare studue-

25 καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου. Ἀλλ', ἵνα
πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν·
26 „Ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν.“ Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ παράκλη-
τος, ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα
τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, ἐκεῖνος
27 μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ· καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε, ὅτι ἀπ'
ἀρχῆς μετ' ἐμοῦ ἐστε.

ΚΕΦ. XVI.

1.2 Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε. Ἀπο-
συναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς
ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ θεῷ.
3 Καὶ ταῦτα ποιήσουσιν, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν πατέρα
4 οὐδὲ ἐμέ. Ἀλλὰ ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ὅταν ἔλθῃ
ἡ ὥρα, μνημονεύητε αὐτῶν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν. Ταῦτα
5 δὲ ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον· ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. Νῦν
δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν
6 ἐρωτᾷ με· Ποῦ ὑπάγεις; ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν,
7 ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν. Ἀλλ' ἐγὼ τὴν
ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν· συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω.
Ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς
8 ὑμᾶς· ἐὰν δὲ πορευθῶ, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. Καὶ
ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας καὶ περὶ
9 δικαιοσύνης καὶ περὶ κρίσεως. Περὶ ἁμαρτίας μὲν, ὅτι
10 οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ· περὶ δικαιοσύνης δὲ, ὅτι πρὸς
τὸν πατέρα μου ὑπάγω καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με· περὶ δὲ
11 κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. Ἔτι
12 πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι·
13 ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγή-
σει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ'
ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει καὶ τὰ ἐρχόμενα
14 ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ
15 λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ,
ἐμά ἐστι· διὰ τοῦτο εἶπον, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λαμβάνει καὶ
16 ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Μικρὸν, καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν
μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με, ὅτι ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα.

XV, 25. al. ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν γεγραμμένος. XVI, 3. al. ποιήσουσιν ὑμῖν †. (cf. XV, 21.) 4. al. αὐτῶν μνημονεύητε s. μνημονεύσητε s. μνημονεύετε. 7 al. ἐὰν γὰρ ἐγὼ †. 13. al. ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ †. 15. al. λήψεται †. 16. al. καὶ οὐκέτι †. ib. al. ὅτι ἐγὼ ὑπάγω †.

odio habuerunt et me et patrem meum. At (id evenit), 25
ut effatum, quod in lege ipsorum relatum legitur, even-
tu comprobetur: *) „odio me habuerunt immerito." Quan- 26
do vero venerit adiutor, quem ego a patre vobis mittam,
Spiritus ille veritatis, qui a patre proficiscitur, ille te- 27
stimonium de me exhibebit; atque etiam vos testamini,
quod ab initio mecum estis.

CAP. XVI.

Haec ad vos sum locutus, ne offenderemini. Con- 1. 2
ventibus sacris vos excludent; at venit hora, ut quicunque
vos interfecerit, sacra Deo facere videatur. Et haec fa- 3
cient, quod patrem meum non norunt neque me. Verum
haec ad vos sum locutus, ut, quando venerit hora illa,
eorum essetis memores, me vobis dixisse. Haec autem vo- 4
bis ab initio non dixi, quoniam vobiscum eram. Iam vero 5
abeo ad eum, qui me misit, et nemo e vobis me interro-
gat: quo abis? at quoniam haec ad vos sum locutus, tri- 6
stitia animum vestrum implevit. At ego verum vobis di- 7
co: expedit vobis, ut ego abeam. Si enim non abiero,
adiutor ille ad vos non veniet, sin autem abiero, ad vos
eum mittam. Atque ille quum venerit, convincet mun- 8
dum de peccato et de iustitia et de iudicio. De peccato 9
quidem, quod fidem mihi non habuerunt: de iustitia (mea 10
i. e. cuius causa et iustissima fuit et a Deo declarata est)
autem, quod ad patrem meum abeo nec amplius me vide-
tis: de iudicio vero, quod princeps huius mundi iudicatus 11
est. Multa insuper habeo vobis dicenda, sed nondum ferre 12
potestis; quando autem ille venerit, Spiritus ille veritatis, 13
vobis viam monstrabit ad verum totum perspiciendum. Non
enim suo arbitratu loquetur, sed quaecunque audiverit, lo-
quetur et futura vobis annuntiabit. Ille me illustrabit; 14
nam de meo sumet et vobis annuntiabit. Omnia, quae- 15
cunque pater habet mea sunt: quapropter dixi, eum de
meo sumere et vobis annuntiare. Breve tempus, et me 16
non videtis: iterumque breve, et me videbitis, quoniam

*) Ps. XXXV, 19.

rit, gravissimas poenas manere: caeterum id futurum vates ce-
cinisse sacros. 1—27.

XVI. Iam apertius Iesus discipulis mala, persecutiones et cae-
dem futuram, quae ignorantia hominum ac pravitas iis sit illa-
XXI, 19. al. ταῦτα δὲ εἶπε. 22. al. σύ μοι ἀκολούθει †. 24. al. οἶδα μὲν s. οἶδα. 25. al. ἃ ἐποίησεν. ib. al. post βιβλία addunt ἀμήν. Variae etiam exstant codd. subscriptiones, ut: τέλος τοῦ κ. Ἰ. εὐαγγελίου. al. τὸ κατὰ Ἰ ἅγιον εὐαγγ. ἐξεδόθη μετὰ λ ἔτη s. μετὰ χρόνους λ s. λβ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ... ἐγράφη Ἑλληνιστὶ εἰς Ἔφεσον ... ἐπὶ Δομετιανοῦ βασιλέως ... συνεγράφη ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἦν ἐν ἐξορίᾳ ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ὑπὸ Τραϊάνου τοῦ βασιλέως καὶ ἐξεδόθη ἐν Ἐφέσῳ διὰ Γαΐου τοῦ ξενοδόχου τῶν ἀποστόλων μετὰ λβ χρόνους τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως ... (ὅτε ἀπὸ τῆς ἐν Πάτμῳ ἐξορίας ἐπανῆλθεν ὢν ἐτῶν ρ) ... Ἔχει δὲ στίχους ατλ s. βωδ s. βαι s. βτ. ... ῥήματα ατλα s. αωλη s. βχ ... versus 2600 ... κεφάλαια σλβ ... τίτλους ιη.

et ambulabas, ubi volebas; verum quando senex factus fue-
ris, manus tuas extendes et alius te cinget ac feret, ubi non
vis. Hoc autem dixit significans, quali morte Deum esset 19
illustraturus. Quo dicto ei: sequere me, inquit. Conver- 20
sus autem Petrus videt discipulum, quem Iesus amabat,
sequentem; (qui etiam in epulis illis ad eius pectus accu-
buerat et dixerat: domine, quis est qui te tradat?) hunc 21
quum vidisset Petrus, Iesu: domine, inquit, quid vero hic?
Iesus ei: si, inquit, eum volo manere donec veniam, quid 22
ad te? tu sequere me. Exiit igitur hic inter fratres ru- 23
mor, discipulum illum non mori. Et Iesus ei non dixe-
rat, eum non mori, sed: si eum volo manere donec ve-
niam, quid ad te?

Hic est discipulus ille, qui de his testatur et haec 24
exaravit; et novimus verum esse eius testimonium. Sunt 25
vero etiam alia multa, (quaecunque) quae Iesus fecit, quae
quidem si singula scribantur, ne ipsum quidem opinor mun-
dum capturum esse, quae scribantur, volumina.

---

gelii fide dignus scribendique materies copiosissima declaratur.
1—25.

ΠΡΑΞΕΙΣ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.*)

ΚΕΦ. Ι.

1 Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην περὶ πάντων, ὦ
Θεόφιλε, ὧν ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν
2 ἄχρι ἧς ἡμέρας ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύμα-
3 τος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο, ἀνελήφθη. Οἷς καὶ παρέστη-
σεν ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν αὐτὸν, ἐν πολλοῖς
τεκμηρίοις δι᾽ ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς
4 καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. Καὶ συναλι-
ζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρί-
ζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν
5 ἠκούσατέ μου· ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς
δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ οὐ μετὰ πολλὰς
6 ταύτας ἡμέρας. Οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτων αὐ-
τὸν λέγοντες· Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθι-
7 στάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ; Εἶπε δὲ πρὸς αὐ-
τούς· Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ
8 πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν
ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ᾽ ὑμᾶς καὶ ἔσεσθέ μοι
μάρτυρές ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ
9 καὶ Σαμαρείᾳ καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. Καὶ ταῦτα
εἰπὼν βλεπόντων αὐτῶν ἐπήρθη καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν
10 αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Καὶ ὡς ἀτενίζοντες
ἦσαν εἰς τὸν οὐρανὸν πορευομένου αὐτοῦ, καὶ, ἰδού!
11 ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ, οἳ
καὶ εἶπον· Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες

*) al. πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστ. s. πρᾶξις ἀποστόλων s. αἱ πράξεις τῶν ἀποστ. τοῦ ἁγίου Λουκᾶ τ. εὐαγγ. alii aliter. I, 2. al. ἀνελήφθη ἐντ. τ. ἀπ. δ. πν. ἁγ., οὓς ἐξ., καὶ ἐκέλευσεν κηρύσσειν τὸ εὐαγγ. 3. al. φαινόμενος. 4. al. συναυλιζόμενος †. 8. al. ἔσεσθέ μου μάρτυρες. 9. al. εἰπόντος αὐτοῦ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν καὶ ἀπήρθη. 11. al. βλέποντες.

ACTA APOSTOLORVM.

CAP. I.

Primum quidem commentarium composui de omnibus, 1
Theophile, quae Iesus et facere et docere coepit usque ad 2
eum diem, quo mandatis apostolis, quos sibi elegerat, per
Spiritum sanctum datis, sublimis abiit. Quibus etiam ma- 3
lis exantlatis vivum se constituit multis documentis, per
quadraginta dies iis apparens et docens ea quae pertinent
ad regnum divinum. Quos conveniens iussit Hierosolymis 4
non discedere, sed exspectare promissionem patris, de
qua (inquit,) ex me audistis: Iohannes quidem aqua (ho- 5
mines) imbuit (lotione sacra), vos autem (lotione sacra)
imbuemini per Spiritum sanctum haud multos post dies.
Illi igitur quum convenissent, interrogabant eum his ver- 6
bis: domine, restaurabisne hoc tempore regnum Israelita-
rum? Dixit autem ad eos: non est vestrum tempora nos- 7
se et opportunitates, quae pater suo ipsius arbitrio integra
esse voluit, sed potestatem capietis, quum Spiritus san- 8
ctus vos occupaverit (vos supervenerit), eritisque mihi te-
stes et Hierosolymis atque in tota Iudaea et Samaria et
usque ad terminos orbis terrarum. Quibus dictis iis spe- 9
ctantibus sublimis abiit ac nubes eum oculis eorum sub-
traxit. Quo abeunte quum fixos in coelum tenerent ocu- 10
los, et, ecce! duo viri iis adstabant vestimento induti can-
dido, qui etiam dixerunt: viri Galilaei, quid statis intuen- 11

I. Iesus in vitam reversus ultima dat apostolis mandata, de regno div. disserit iisque Spiritum sanctum pollicetur; tum in coelum sublimis abit eiusque reditus discipulis promittitur. 1—11.

εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ᾽
ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον
ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.
12 Τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ
καλουμένου ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ σαββά-
13 του ἔχον ὁδόν. Καὶ ὅτε εἰςῆλθον, ἀνέβησαν εἰς τὸ
ὑπερῷον, οὗ ἦσαν καταμένοντες, ὅ,τε Πέτρος καὶ Ἰάκω-
βος καὶ Ἰωάννης καὶ Ἀνδρέας, Φίλιππος καὶ Θωμᾶς,
Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ
14 Σίμων ὁ ζηλωτὴς καὶ Ἰούδας Ἰακώβου. Οὗτοι πάντες
ἦσαν προςκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ σὺν
γυναιξὶ καὶ Μαρίᾳ τῇ μητρὶ τοῦ Ἰησοῦ καὶ σὺν τοῖς
15 ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς
Πέτρος ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν εἶπεν· (ἦν τε ὄχλος ὀνο-
16 μάτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς ἑκατὸν εἴκοσιν·) Ἄνδρες ἀδελφοί,
ἔδει πληρωθῆναι τὴν γραφὴν ταύτην, ἣν προεῖπε τὸ
πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ στόματος Δαυῒδ περὶ Ἰούδα τοῦ
17 γενομένου ὁδηγοῦ τοῖς συλλαβοῦσι τὸν Ἰησοῦν· ὅτι κατη-
ριθμημένος ἦν ἐν ἡμῖν καὶ ἔλαχε τὸν κλῆρον τῆς δια-
18 κονίας ταύτης. Οὗτος μὲν οὖν ἐκτήσατο χωρίον ἐκ
μισθοῦ τῆς ἀδικίας καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος
19 καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, καὶ γνωστὸν
ἐγένετο πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, ὥςτε κληθῆ-
ναι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν Ἀκελδαμὰ,
τοῦτ᾽ ἔστι, χωρίον αἵματος. Γέγραπται γὰρ ἐν βίβλῳ
20 ψαλμῶν· „Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος καὶ μὴ
ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ·“ καί· „Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ
21 λάβοι ἕτερος.“ Δεῖ οὖν τῶν συνελθόντων ἡμῖν ἀνδρῶν
ἐν παντὶ χρόνῳ, ἐν ᾧ εἰςῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς ὁ
22 κύριος Ἰησοῦς ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου
ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη ἀφ᾽ ἡμῶν, μάρτυρα τῆς
23 ἀναστάσεως αὐτοῦ γενέσθαι σὺν ἡμῖν ἕνα τούτων. Καὶ
ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαβᾶν, ὃς
24 ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν. Καὶ προςευξάμενοι
εἶπον· Σὺ, κύριε, καρδιογνῶστα πάντων, ἀνάδειξον, ὃν
25 ἐξελέξω ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα λαβεῖν τὸν κλῆρον τῆς
διακονίας ταύτης καὶ ἀποστολῆς, ἐξ ἧς παρέβη Ἰούδας

I, 11. al. ἐλεύσεται πάλιν. 14. al. τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει †. 15. al. pro μαθητῶν l. ἀδελφῶν †. 17. al. σὺν ὑμῖν †. 18. al. ἐκ τοῦ μισθοῦ †. ib. al. πρινὴς — ἐλάκισε. 21. al. ᾧ εἰςῆλθε s. ὡς 22. al. σὺν ἡμῖν γενέσθαι. 24. al. ἐκ τούτων τῶν δύο ἕνα ὃν ἐξελέξω †. 25. al. pro τ. κλῆρον l. τὸν τόπον †. ib. al. ἀφ᾽ ἧς παρέβη et pro ἴδιον l. δίκαιον †.

tes in coelum? hic Iesus, qui a vobis sublimis in coelum abiit, sic veniet, quomodo eum in coelum abeuntem estis contemplati.

Tum redierunt Hierosolyma a monte, qui dicitur oli- 12
veti, qui prope Hierosolyma est, sabbati distans viam. Et 13
quum essent ingressi, in superiorem aedium partem adscenderunt, ubi commorabantur et Petrus et Iacobus et Iohannes et Andreas, Philippus et Thomas, Bartholomaeus et
Matthaeus, Iacobus filius Alphaei et Simon zelota et Iudas 14
frater Iacobi. Hi omnes uno animo precibus erant intenti
cum mulieribus et Maria Iesu matre et cum eius fratribus. 15
Quibus diebus Petrus quum medios inter discipulos surrexisset, dixit: (eratque multitudo eorum qui eodem tempore convenerant, (si nomina eorum, qui convenerant, compu-
tabantur) centum et viginti hominum;) viri fratres, opor- 16
tebat eventu comprobari hoc scripturae sacrae effatum, quod Spiritus sanctus ore Davidis praedixit de Iuda, qui
dux exstitit iis qui Iesum comprehenderunt; nam nostro 17
in numero habitus atque hoc ministerium erat sortitus.
His igitur agrum iniusta mercede sibi comparavit et prae- 18
ceps factus medius eum strepitu disruptus omniaque eius
viscera effusa sunt atque innotuit omnibus qui Hierosoly- 19
mis habitant, ita ut ager ille sua ipsorum dialecto (lin-
gua) aceldama, id est, ager sanguinis vocaretur. Rela- 20
tum enim legitur in libro Psalmorum: *) „esto domicilium eius desertum nec esto in eo incola, et: **) provinciam
eius capiat alius.“ Oportet igitur eorum virorum qui no- 21
biscum convenerunt per omne tempus, quo ingressus est (domum nostram) et egressus (i. e. nobis familiariter usus
est) ad nos dominus Iesus exorsus a sacra lotione Iohan- 22
nis ad eum usque diem quo sublimis a nobis abiit — unum
horum testem resurrectionis eius nobiscum fieri. Et con- 23
stituerunt duo, Iosephum, qui Barsabas vocatur, cognomine Iustum, et Matthiam. Atque hunc in modum pre- 24
cati sunt: tu, domine, omnium animorum scrutator, osten-
de, utrum ex his duobus tibi elegeris, ut sortiretur hoc 25
ministerium et legati provinciam, quam deseruit Iudas, ut in suum ipsius locum (i. e. gehennam, Tartarum) profi-

*) Ps. LXIX, 26.
**) Ps. CIX, 8.

Ad discipulos Hierosolyma reversos Petrus orationem habet. In locum Iudae Cariothensis, Petro auctore, Matthias sorte sufficitur. 12—26.

26 πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Καὶ ἔδωκαν κλή-
ρους αὐτῶν καὶ ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν καὶ συγ-
κατεψηφίσθη μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀποστόλων.

ΚΕΦ. II.

1 Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντη-
2 κοστῆς ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό. Καὶ
ἐγένετο ἄφνω ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἦχος ὥσπερ φερομένης
πνοῆς βιαίας καὶ ἐπλήρωσεν ὅλον τὸν οἶκον, οὗ ἦσαν
3 καθήμενοι. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσ-
4 σαι ὡσεὶ πυρὸς, ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν καὶ
ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου καὶ ἤρξαντο λαλεῖν
ἑτέραις γλώσσαις, καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδου αὐτοῖς ἀπο-
5 φθέγγεσθαι. Ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰου-
δαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν
6 οὐρανόν. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης συνῆλθε τὸ
πλῆθος καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἷς ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ
7 διαλέκτῳ λαλούντων αὐτῶν. Ἐξίσταντο δὲ καὶ ἐθαύμα-
ζον λέγοντες πρὸς ἀλλήλους· Οὐκ, ἰδοὺ! πάντες οὗτοί
8 εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι; καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν
ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν, ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν;
9 Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται καὶ οἱ κατοικοῦντες
τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόν-
10 τον καὶ τὴν Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴ-
γυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ
οἱ ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι,
11 Κρῆτες καὶ Ἄραβες ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμε-
12 τέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ; Ἐξίσταντο δὲ
πάντες καὶ διηπόρουν, ἄλλος πρὸς ἄλλον λέγοντες· Τί
13 ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι; Ἕτεροι δὲ διαχλευάζοντες ἔλεγον·
Ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσί.
14 Σταθεὶς δὲ Πέτρος σὺν τοῖς ἕνδεκα ἐπῆρε τὴν φωνὴν
αὐτοῦ καὶ ἀπεφθέγξατο αὐτοῖς· Ἄνδρες Ἰουδαῖοι καὶ οἱ
κατοικοῦντες Ἱερουσαλὴμ ἅπαντες, τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν
15 ἔστω καὶ ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου. Οὐ γὰρ, ὡς
ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, οὗτοι μεθύουσιν· ἔστι γὰρ ὥρα
16 τρίτη τῆς ἡμέρας· ἀλλὰ ταῦτά ἐστι τὸ εἰρημένον διὰ τοῦ
17 προφήτου Ἰωήλ· „Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις,
λέγει ὁ θεὸς, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν

II, 3. al. ἐκάθισάν τε s. καὶ ἐκαθ. τε. 7. al. δὲ πάντες. 9. al. pro Ἰουδ. l. Λυδίαν s. Ἰδουμαίαν s. Βιθυνίαν s. Κιλικίαν. 12. al. πρὸς ἀλλήλους. 13. al. χλευάζοντες †.

cisceretur. Quorum sortibus iactis, sors in Matthiam ce- 26
cidit et undecim apostolis annumeratus est.

CAP. II.

Et quum dies pentecostes esset impletus, cuncti uno 1
animo eodem in loco erant congregati. Atque subito de 2
coelo ortus est sonitus veluti venti vehementis ruentis ac
totam, ubi sedebant, domum implevit. Quibus visae sunt 3
dividi linguae tanquam ignis flammae ac super singulis
eorum consedit cunctique Spiritu sancto repleti novis lin- 4
guis coeperunt loqui, quemadmodum Spiritus ille, ut elo-
querentur, iis dabat. Habitabant autem Hierosolymis Iu- 5
daei, viri pii, ex omni gente in toto orbe terrarum. Ve- 6
rum hac voce audita convenit illa hominum multitudo ac
perturbata est, quoniam vernacula lingua eos audiebant
loquentes. At extra se rapti erant et mirabantur ad se 7
invicem dicentes: nonne, en! hi omnes, qui loquuntur,
sunt Galilaei? et quomodo nos audimus quisque vernacula 8
lingua nostra, in qua nati (a natalibus usi) sumus? —
(nos, qui sumus) Parthi ac Medi et Elamitae et qui inha- 9
bitamus Mesopotamiam, Iudaeam et Cappadociam, Pontum
et Asiam, Phrygiam et Pamphyliam, Aegyptum et Lybiae 10
partem vicinam Cyrenae et peregrinantes (advenae) Ro-
mani, Iudaei et proselyti, Cretes et Arabes (quomodo) au- 11
dimus eos nostris linguis potenter facta Dei loquentes? Ob- 12
stupefacti autem erant omnes atque haesitabant alius ad
alium dicentes: quid (tandem) hoc sibi velit? Alii vero ir- 13
ridentes dicebant: musto repleti sunt.

Petrus autem cum undecimviris collocatus voce sua 14
sublata eos est allocutus: viri Iudaei et quicunque Hieroso-
lymis habitatis, hoc vobis notum esto et auribus percipite
verba mea. Non enim, quemadmodum vos suspicamini, hi 15
sunt ebrii; est enim hora diei tertia; at hoc est dictum 16
per vatem sacrum Ioelem: *) „Atque erit diebus supremis, 17
dicit Deus, effundam de Spiritu meo super omnes homi-

---

*) Ioel III, 1 sqq.

II. Cum apostolis uno in loco congregatis Hierosolymis Spiritus sanctus communicatur, qui etiam confestim in eorum animis cum summa omnium, qui multi e diversis orbis terrarum regionibus advenerant, admiratione vim suam div. exserit. 1—13. Petrus sancto imbutus furore docet, oracula vatum sacrorum re

σάρκα καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν καὶ αἱ θυγατέρες
ὑμῶν καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν ὁράσεις ὄψονται καὶ οἱ πρεσ-
18 βύτεροι ὑμῶν ἐνυπνίοις ἐνυπνιασθήσονται· καίγε ἐπὶ τοὺς
δούλους μου καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου ἐν ταῖς ἡμέραις
ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου, καὶ προφητεύ-
19 σουσι. Καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ σημεῖα
ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα καὶ πῦρ καὶ ἀτμίδα καπνοῦ.
20 Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος καὶ ἡ σελήνη εἰς
αἷμα πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν κυρίου τὴν μεγάλην καὶ
21 ἐπιφανῆ. Καὶ ἔσται, πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα
22 κυρίου, σωθήσεται.“ Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε
τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ
τοῦ θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι καὶ τέρασι
καὶ σημείοις, (οἷς ἐποίησε δι᾽ αὐτοῦ ὁ θεὸς ἐν μέσῳ
23 ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε,) τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ
βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες διὰ
24 χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλατε. Ὃν ὁ θεὸς ἀνέ-
στησε λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου, καθότι οὐκ ἦν
25 δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ. Δαυὶδ γὰρ λέγει
εἰς αὐτόν· „Προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου δια-
παντὸς, ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ.
26 Διὰ τοῦτο εὐφράνθη ἡ καρδία μου καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ
γλῶσσά μου· ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ᾽
27 ἐλπίδι, ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου
28 οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Ἐγνώρισάς
μοι ὁδοὺς ζωῆς· πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ
29 προσώπου σου.“ Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἐξὸν εἰπεῖν μετὰ παῤ-
ῥησίας πρὸς ὑμᾶς περὶ τοῦ πατριάρχου Δαυὶδ, ὅτι καὶ
ἐτελεύτησε καὶ ἐτάφη, καὶ τὸ μνῆμα αὐτοῦ ἐστιν ἐν ἡμῖν
30 ἄχρι τῆς ἡμέρας ταύτης. Προφήτης οὖν ὑπάρχων καὶ
εἰδὼς, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ θεὸς, ἐκ καρποῦ τῆς
31 ὀσφύος αὐτοῦ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προϊδὼν
ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅτι οὐ κατε-
λείφθη εἰς ᾅδου οὐδὲ ἡ σάρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν.
32 Τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ἀνέστησεν ὁ θεὸς, οὗ πάντες ἡμεῖς
33 ἐσμὲν μάρτυρες. Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ θεοῦ ὑψωθεὶς τήν
τε ἐπαγγελίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ
πατρὸς ἐξέχεε τοῦτο, ὃ νῦν ὑμεῖς βλέπετε καὶ ἀκούετε.

II, 17. al. ἐνύπνια †. 22. al. ἀποδ. ἀπὸ τοῦ θεοῦ. 23. al. ἀν-
είλετε †. ib. al. χειρός †. 24. al. pro θανάτου l. ᾅδου †. 25.
al. ηὐφράνθη. 27. al. εἰς ᾅδην †. 30. al. post ὀσφύος αὐτοῦ l.
τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τ. Χριστόν †. 31. al. pro οὐ — οὐδὲ
l. οὔτε — οὔτε †. ib. al. ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ †.

nes et vaticinabuntur filii vestri vestraeque filiae et iuvenes
vestri visiones videbunt vestrique senes habebunt somnia;
quin etiam super servos meos measque servas illis diebus 18
effundam de Spiritu meo, et vaticinabuntur. Et dabo por- 19
tenta sursum in coelo et prodigia infra in orbe terrarum,
sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol permutabitur 20
in tenebras et luna in sanguinem, priusquam dies domini
venit magnus ille atque illustris. Eritque, quicunque no- 21
men Dei invocaverit, (nempe) servabitur.“ — Viri Israe- 22
litae, audite hos meos sermones: Iesum Nazarenum, vi-
rum a Deo comprobatum inter vos potenter factis, prodi-
giis et miraculis, (quae edidit per eum Deus inter vos,
quemadmodum et ipsi nostis,) hunc ex certo decreto et 23
praescientia Dei deditum sumsistis et per impias manus cruci
affixum sustulistis. Quem Deus resuscitavit solutis mortis 24
vinculis, quoniam fieri non poterat, ut ab eo subigeretur.
Davides enim vaticinatur in eum: *) „ante oculos habe- 25
bam dominum meum perpetuo, quod a dextra mea est,
ne commovear. Quapropter laetatus est animus meus et 26
lingua mea gaudio exsultavit; praeterea vero etiam corpus
meum requiescet secure, quoniam non relinques animum 27
meum in Orco neque sanctum tuum dabis, ut videat per-
niciem (putredinem videat). Indicasti mihi vias vitae; 28
perfundes me laetitia versantem iuxta te, (praesentem i. e.
si tu animo meo obversaris).“ Viri fratres, liceat li- 29
bere ad vos loqui de patriarcha Davide, eum et mortuum
esse et sepultum, eiusque sepulcrum apud vos usque ad
hunc diem exstare. Propheta igitur quum esset ac nosset, 30
iureiurando interposito Deum ei iurasse, unum (e fructu
lumborum eius) ex eius posteris in eius throno collocare,
vaticinatus est de resurrectione Christi, eum non relictum 31
esse in Orco neque corpus eius vidisse perniciem. Hunc 32
Iesum ab inferis excitavit Deus, cuius nos omnes sumus
testes. Dextra igitur Dei in altum sublatus et promissione 33
Spiritus sancti a patre accepta effundebat hunc, quem vos

---

*) Ps. XVI, 3 sqq.

et facto esse comprobata, Iesum in crucem actum, sed poten-
tia div. vita donatum, quem libri V. T. promiserint, esse Mes-

34 Οὐ γὰρ Δαυὶδ ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς, λέγει δὲ αὐτός·
„Εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου,
35 ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.“
36 Ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ
κύριον αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ θεὸς ἐποίησε τοῦτον τὸν
Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε.

37 Ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν τῇ καρδίᾳ, εἶπόν τε
πρὸς τὸν Πέτρον καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους· Τί
38 ποιήσομεν, ἄνδρες ἀδελφοί; Πέτρος δὲ ἔφη πρὸς αὐ-
τούς· Μετανοήσατε καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ
τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ
39 λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὑμῖν γάρ
ἐστιν ἡ ἐπαγγελία καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν καὶ πᾶσι τοῖς
εἰς μακρὰν, ὅσους ἂν προσκαλέσηται κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.
40 Ἑτέροις τε λόγοις πλείοσι διεμαρτύρατο καὶ παρεκάλει
λέγων· Σώθητε ἀπὸ τῆς γενεᾶς τῆς σκολιᾶς ταύτης.
41 Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβα-
πτίσθησαν καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ
42 τρισχίλιαι. Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν
ἀποστόλων καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου καὶ
ταῖς προσευχαῖς.

43 Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος, πολλά τε τέρατα
44 καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο. Πάντες δὲ οἱ
πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ εἶχον ἅπαντα κοινὰ
45 καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον καὶ διεμέ-
46 ριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε· καθ᾽ ἡμέραν
τε προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν ἐν τῷ ἱερῷ, κλῶντές τε
κατ᾽ οἶκον ἄρτον μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ
47 ἀφελότητι καρδίας αἰνοῦντες τὸν θεὸν καὶ ἔχοντες χάριν
πρὸς ὅλον τὸν λαόν. Ὁ δὲ κύριος προσετίθει τοὺς σω-
ζομένους καθ᾽ ἡμέραν τῇ ἐκκλησίᾳ.

ΚΕΦ. III.

1 Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς
2 τὸ ἱερὸν ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην, καί
τις ἀνὴρ χωλὸς ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐβα-
στάζετο (ὃν ἐτίθουν καθ᾽ ἡμέραν πρὸς τὴν θύραν τοῦ

II, 36. al. ὅτι κύριον. ib. al. καὶ Χριστὸν αὐτόν †. 37. al. ποιήσωμεν. 38. al. τοῦ κυρίου Ἰησ. 40. al. διεμαρτύρετο †. ib. al. καὶ παρ. αὐτοὺς. 42. al. προσκαρτ. ὁμοθυμαδὸν. 43. al. διὰ τῶν χειρῶν τ. ἀποστ. ἐγένετο. 44. al. πιστεύσαντες. 47. al. ἐν τῇ ἐκκλ. III, 2. προς τὴν πύλην.

videtis atque auditis. Non enim Davides sublimis abiit 34
in coelos, sed ipse dicit: *) „dixit dominus domino meo:
sede a dextra mea, usque dum hostes tuos scabellum pe- 35
dum tuorum posuerim.“ Certo igitur cognoscat tota gens 36
Israelitarum, et dominum eum et Messiam a Deo ésse con-
stitutum hunc Iesum, quem vos in crucem egistis.

Quo audito acriter animo commoti dixerunt ad Petrum 37
reliquosque apostolos: quid faciemus, viri fratres? Petrus 38
autem ad eos dixit: mutate mentem et quisque vestrum
lotione sacra imbuatur hac lege, ut nomen Iesu Christi
profiteatur ad veniam peccatorum consequendam, et acci-
pietis donum sancti Spiritus; ad vos enim pertinet pro- 39
missio illa et ad liberos vestros omnesque remotos, quot-
quot sibi advocaverit dominus Deus noster. Aliisque ver- 40
bis pluribus graviter monebat et hortabatur his verbis: sal-
vos vos praestate ab hac perversa hominum natione. Quicun-
que igitur lubenter orationem eius exceperant, lotione sacra 41
imbuti sunt illoque die tria circiter animorum millia additi
sunt. Erant autem intenti doctrinae apostolorum et socie- 42
tati et fractioni panis (epulis communibus) et precibus.

Cuivis autem animo metus (stupor) est iniectus mul- 43
taque portenta et miracula per apostolos edita. Omnes 44
vero, qui fidem habebant, eodem in loco versabantur,
omnia habebant communia, bona opesque suas vende- 45
bant et distribuebant omnibus, prouti quis opus habe-
ret; quotidie uno animo versabantur in templo frangentesque 46
panem (convictu utentes) per domos privatas cibum ca-
piebant cum gestione animique sinceritate laudibus cele- 47
brantes Deum et gratiam habentes apud universum popu-
lum. Dominus vero coetui (christiano) quotidie addebat
eos qui servabantur (i. e. per Christum ad vitam beatam
pertingebant).

CAP. III.

Eodem tempore autem Petrus et Iohannes adscende- 1
bant in templum ad horam precum nonam et vir quidam 2
ex utero matris suae claudus portabatur (quem quotidie ad

---

*) Ps. CX, 1.

siam. 1—36. Eodem die oratione Petri commoti tria ferme millia hominum ad castra christiana transeunt. 37—42. Coetus Hierosolymitani indoles, concordia, pietas, communio bonorum laudatur. 43—47.

III. Vir claudus a Petro et Iohanne, ad templum pergentibus,

ἱεροῦ τὴν λεγομένην ὡραίαν τοῦ αἰτεῖν ἐλεημοσύνην παρὰ
3 τῶν εἰςπορευομένων εἰς τὸ ἱερόν,) ὃς ἰδὼν Πέτρον καὶ
Ἰωάννην μέλλοντας εἰςιέναι εἰς τὸ ἱερὸν ἠρώτα ἐλεημο-
4 σύνην λαβεῖν. Ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν σὺν τῷ
5 Ἰωάννῃ εἶπε· Βλέψον εἰς ἡμᾶς. Ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς
6 προςδοκῶν τι παρ᾽ αὐτῶν λαβεῖν. Εἶπε δὲ Πέτρος·
Ἀργύριον καὶ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι, ὃ δὲ ἔχω, τοῦτό
σοι δίδωμι· ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Ναζω-
7 ραίου· ἔγειραι καὶ περιπάτει! Καὶ πιάσας αὐτὸν τῆς
δεξιᾶς χειρὸς ἤγειρε. Παραχρῆμα δὲ ἐστερεώθησαν αὐ-
8 τοῦ αἱ βάσεις καὶ τὰ σφυρὰ καὶ ἐξαλλόμενος ἔστη καὶ
περιεπάτει καὶ εἰςῆλθε σὺν αὐτοῖς εἰς τὸ ἱερὸν περιπατῶν
9 καὶ ἀλλόμενος καὶ αἰνῶν τὸν θεόν. Καὶ εἶδεν αὐτὸν πᾶς
10 ὁ λαὸς περιπατοῦντα καὶ αἰνοῦντα τὸν θεόν, ἐπεγίνωσκόν
τε αὐτόν, ὅτι οὗτος ἦν ὁ πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην καθή-
μενος ἐπὶ τῇ ὡραίᾳ πύλῃ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἐπλήσθησαν
θάμβους καὶ ἐκστάσεως ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι αὐτῷ.
11 Κρατοῦντος δὲ αὐτοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην
συνέδραμε πρὸς αὐτοὺς πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ τῇ στοᾷ τῇ κα-
12 λουμένῃ Σολομῶνος ἔκθαμβοι. Ἰδὼν δὲ Πέτρος ἀπεκρί-
νατο πρὸς τὸν λαόν· Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε
ἐπὶ τούτῳ; ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσε-
13 βείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; Ὁ θεὸς Ἀβραὰμ
καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν,
ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς μὲν παρεδώ-
κατε καὶ ἠρνήσασθε αὐτὸν κατὰ πρόσωπον Πιλάτου,
14 κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. Ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ
δίκαιον ἠρνήσασθε καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆ-
15 ναι ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε, ὃν ὁ
16 θεὸς ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, οὗ ἡμεῖς μάρτυρές ἐσμεν. Καὶ
ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, τοῦτον ὃν θεωρεῖτε
καὶ οἴδατε, ἐστερέωσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ ἡ πίστις ἡ
δι᾽ αὐτοῦ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ὁλοκληρίαν ταύτην ἀπέναντι
17 πάντων ὑμῶν. Καὶ νῦν, ἀδελφοί, οἶδα, ὅτι κατὰ
18 ἄγνοιαν ἐπράξατε, ὥςπερ καὶ οἱ ἄρχοντες ὑμῶν. Ὁ δὲ
θεὸς ἃ προκατήγγειλε διὰ στόματος πάντων τῶν προ-
φητῶν αὐτοῦ, παθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπλήρωσεν οὕτω.
19 Μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι
20 ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως

III, 3. al. λαβεῖν omittunt (vs. 5.) 7. al. αὐτὸν ἤγειρε. 10. al. ἐπεγίν. δὲ. ib. al. ὅτι αὐτός. 11. al. τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ †. ib. al. Σολομῶντος †. 13. al. ὑμεῖς παρεδώκατε. 18. al. παθεῖν τὸν Χριστὸν αὐτοῦ †.

portam templi, quae pulcra dicitur, ponebant, ut stipem
peteret ab iis qui templum intrabant,) qui quum Petrum 3
et Iohannem templum intraturos vidisset, stipem petebat.
Petrus vero oculis cum Iohanne in eum defixis dixit: in 4
nos oculos converte. Is vero eos intuebatur exspectans 5
aliquid ab iis accipere. Verum Petrus: argentum, inquit, 6
et aurum mihi non est, sed quod habeo, hoc tibi concedo
auctoritate Iesu Messiae Nazareni instructus: surge atque
incede! Et dextra eum manu prehensum excitavit. Con- 7
festim autem, confirmatis eius cruribus et talis exsiliens 8
constitit atque incedebat et cum iis templum ingressus est
incedens et saliens Deumque celebrans laudibus. Quem 9
totus populus quum incedentem Deumque laudantem vidis-
set, agnoverunt eum, hunc esse, qui ad stipem petendam 10
ad pulcram templi portam sedebat, et stupore et pavore
de eo, quod ipsi contigerat, repleti sunt.

Quo Petrum et Iohannem constanter sectante totus 11
populus ad porticum Salomonis, quam vocant, concurre-
bat, summo stupore correpti. Quod quum Petrus vidis- 12
set, respondit ad populum (conversus): viri Israelitae, quid
miramini de hoc? an quid in nos intuemini, tanquam no-
stra sive facultate sive pietate effecerimus, ut pedibus ute-
retur? Deus Abrahami et Isaaci et Iacobi, Deus patrum 13
nostrorum, illustravit filium suum Iesum, quem vos tra-
didistis et (Messiam esse) negastis coram Pilato, quam-
quam ille eum absolvere iudicabat. Vos vero sanctum et 14
iustum negastis vobisque expetiistis, ut homicida in gra-
tiam vestram vobis condonaretur, at ducem vitae interfe- 15
cistis, quem Deus e mortuis excitavit, cuius nos testes su-
mus. Et hanc ob causam, ut fiduciam in eius auctoritate 16
poneretis, hunc, quem contemplamini et nostis, confirma-
vit eius auctoritas et fides, quae eum habet auctorem,
haec ei integritatem dedit vobis inspectantibus. Iamque 17
scio, fratres, vos per imprudentiam fecisse, quemadmo-
dum etiam principes vestri. At Deus, quae ore omnium 18
ipsius prophetarum praedixit, mala perpeti Christum, sic
implevit. Mutate igitur mentem et ad meliorem redite fru- 19
gem, ut peccata vestra deleantur, ut, (si fieri possit,) tem- 20

---

miro modo sanatur. Populum ad miraculum concurrentem Pe-
trus hortatur, ut ad meliorem frugem redeat et religionem chri-

ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεχει-
21 ρισμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν
δέξασθαι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, ὧν
ἐλάλησεν ὁ θεὸς διὰ στόματος τῶν ἁγίων αὐτοῦ προφη-
22 τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος. Μωϋσῆς μὲν πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν·
„Ὅτι προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν ἐκ
τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ
23 πάντα, ὅσα ἂν λαλήσῃ πρὸς ὑμᾶς. Ἔσται δὲ, πᾶσα
ψυχὴ ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολο-
24 θρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ.“ Καὶ πάντες δὲ οἱ προφῆται
ἀπὸ Σαμουὴλ καὶ τῶν καθεξῆς ὅσοι ἐλάλησαν, καὶ κα-
25 τήγγειλαν τὰς ἡμέρας ταύτας. Ὑμεῖς ἐστε οἱ υἱοὶ τῶν
προφητῶν καὶ τῆς διαθήκης, ἧς διέθετο ὁ θεὸς πρὸς
τοὺς πατέρας ἡμῶν λέγων πρὸς Ἀβραάμ· „Καὶ ἐν τῷ
σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς
26 γῆς.“ Ὑμῖν πρῶτον ὁ θεὸς ἀναστήσας τὸν παῖδα αὐτοῦ
ἀπέστειλεν αὐτὸν εὐλογοῦντα ὑμᾶς ἐν τῷ ἀποστρέφειν
ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν.

ΚΕΦ. IV.

1 Λαλούντων δὲ αὐτῶν πρὸς τὸν λαὸν ἐπέστησαν αὐ-
τοῖς οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ Σαδδου-
2 καῖοι διαπονούμενοι διὰ τὸ διδάσκειν αὐτοὺς τὸν λαὸν
καὶ καταγγέλλειν ἐν τῷ Ἰησοῦ τὴν ἀνάστασιν τὴν ἐκ
3 νεκρῶν, καὶ ἐπέβαλον αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ ἔθεντο εἰς
4 τήρησιν εἰς τὴν αὔριον· ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. Πολλοὶ δὲ
τῶν ἀκουσάντων τὸν λόγον ἐπίστευσαν καὶ ἐγενήθη ὁ
5 ἀριθμὸς τῶν ἀνδρῶν ὡσεὶ χιλιάδες πέντε. Ἐγένετο δὲ
ἐπὶ τὴν αὔριον συναχθῆναι αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας καὶ
6 πρεσβυτέρους καὶ γραμματεῖς εἰς Ἱερουσαλὴμ καὶ Ἄνναν
τὸν ἀρχιερέα καὶ Καϊάφαν καὶ Ἰωάννην καὶ Ἀλέξανδρον
7 καὶ ὅσοι ἦσαν ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ. Καὶ στήσαντες
αὐτοὺς ἐν μέσῳ ἐπυνθάνοντο· Ἐν ποίᾳ δυνάμει ἢ ἐν
8 ποίῳ ὀνόματι ἐποιήσατε τοῦτο ὑμεῖς; Τότε Πέτρος
πλησθεὶς πνεύματος ἁγίου εἶπε πρὸς αὐτούς· Ἄρχοντες
9 τοῦ λαοῦ καὶ πρεσβύτεροι τοῦ Ἰσραὴλ, εἰ ἡμεῖς σήμε-
10 ρον ἀνακρινόμεθα ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου ἀσθενοῦς· ἐν
τίνι οὗτος σέσωσται, γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν καὶ παντὶ

III, 20. al. προκεκηρυγμένον †. 21. al. πάντων ἁγίων †. 22. al. μὲν γὰρ †. 24. al. προκατήγγειλαν †. 25. al. ὑμεῖς ἐστε υἱοὶ τ. προφ. ib. al. καὶ τῷ σπέρματι. 26. al. τ. παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν †. VI, 2. al. τῶν ἐκ νεκρῶν †. 5. al. ἐν Ἱερουσαλὴμ †. 7. al. ἐν τῷ μέσῳ †.

pora veniant recreationis quae a domino proficiscitur, et
mittat destinatum vobis Iesum Christum, quem coelum 21
oportet excipere usque ad tempora restitutionis omnium
in pristinum statum, de quibus locutus est Deus ore san-
ctorum ipsius prophetarum ab aeterno. Moses quidem ad 22
patres (nostros) dixit: *) „prophetam vobis excitabit do-
minus Deus vester ex fratribus vestris uti me; eum au-
dictis omnino, quaecunque ad vos fuerit locutus. Futu- 23
rum autem est, ut, quicunque animus prophetam illum non
audiverit, exstirpetur ex hoc populo.“ Verum etiam omnes 24
prophetae a Samuele et qui deinceps sequuntur, quotquot
vaticinati sunt, annuntiarunt etiam hos dies. Vos estis 25
homines, ad quos pertinent prophetae et foedus, quod pe-
pigit Deus cum patribus nostris dicens ad Abrahamum:
**) „et per progeniem tuam omnes orbis terrarum gentes 26
beneficiis ornabuntur.“ Vobis primum Deus, qui excitavit
filium suum, ablegavit eum vos beantem revocando quem-
que a peccatis vestris.

CAP. IV.

Quos verba facientes ad populum supervenerant sa- 1
cerdotes et templi praefectus et Sadducaei aegre ferentes, 2
quod populum docerent et per Iesum resurrectionem illam
e mortuis annuntiarent, et, manibus iis iniectis, in cra- 3
stinum diem in custodiam dederunt; erat enim iam vespe-
ra. Multi vero eorum, qui orationem audiverant, fidem 4
habuerunt et numerus virorum quinque fere efficiebat millia.
Sub crastinum vero diem congregati sunt principes et se- 5
niores populi et iurisconsulti Hierosolyma et Hannas pon- 6
tifex maximus et Caiaphas et Iohannes et Alexander et
quotqot e genere erant pontificio. Quos in medio collo- 7
catos interrogarunt: quali potestate sive quali nixi aucto-
ritate hoc vos fecistis? Tum Petrus plenus Spiritus sancti 8
dixit ad eos: principes populi et seniores Israelitarum, si 9
de nobis hodie quaestio instituitur propter beneficium ho-
minis aegroti: per quemnam hic fuerit sanatus, notum esto 10

*) Deuter. XVIII, 18 sq.
**) Gen. XII, 3. XVIII, 18.

stianam, a Mose vatibusque sacris satis commendatam, sincero amplectatur animo. 1—26.

IV. Quinque hominum millia ad sacra christiana accedunt. Petrus et Iohannes capti coram synedrio magno sistuntur, ubi Petrus et lo-

τῷ λαῷ Ἰσραήλ, ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ
Ναζωραίου, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, ὃν ὁ θεὸς ἤγειρεν
ἐκ νεκρῶν, ἐν τούτῳ οὗτος παρέστηκεν ἐνώπιον ὑμῶν
11 ὑγιής. Οὗτός ἐστιν ὁ λίθος ὁ ἐξουθενηθεὶς ὑφ᾽ ὑμῶν
τῶν οἰκοδομούντων, ὁ γενόμενος εἰς κεφαλὴν γωνίας.
12 Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ οὐδενὶ ἡ σωτηρία· οὔτε γὰρ
ὄνομά ἐστιν ἕτερον ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τὸ δεδομένον ἐν
13 ἀνθρώποις, ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς. Θεωροῦντες δὲ τὴν
τοῦ Πέτρου παῤῥησίαν καὶ Ἰωάννου καὶ καταλαβόμενοι,
ὅτι ἄνθρωποι ἀγράμματοί εἰσι καὶ ἰδιῶται, ἐθαύμαζον,
14 ἐπεγίνωσκόν τε αὐτοὺς, ὅτι σὺν τῷ Ἰησοῦ ἦσαν· τὸν δὲ
ἄνθρωπον βλέποντες σὺν αὐτοῖς ἑστῶτα τὸν τεθεραπευ-
15 μένον οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. Κελεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἔξω
τοῦ συνεδρίου ἀπελθεῖν, συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους λέγον-
16 τες· Τί ποιήσομεν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις; ὅτι μὲν γὰρ
γνωστὸν σημεῖον γέγονε δι᾽ αὐτῶν πᾶσι τοῖς κατοικοῦσιν
17 Ἱερουσαλὴμ φανερὸν καὶ οὐ δυνάμεθα ἀρνήσασθαι· ἀλλ᾽
ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον διανεμηθῇ εἰς τὸν λαὸν, ἀπειλῇ ἀπει-
λησώμεθα αὐτοῖς, μηκέτι λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ
18 μηδενὶ ἀνθρώπων. Καὶ καλέσαντες αὐτοὺς παρήγγειλαν
αὐτοῖς τὸ καθόλου μὴ φθέγγεσθαι μηδὲ διδάσκειν ἐπὶ
19 τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ. Ὁ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης
ἀποκριθέντες πρὸς αὐτοὺς εἶπον· Εἰ δίκαιόν ἐστιν ἐνώ-
πιον τοῦ θεοῦ, ὑμῶν ἀκούειν μᾶλλον ἢ τοῦ θεοῦ, κρί-
20 νατε! Οὐ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς, ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσα-
21 μεν, μὴ λαλεῖν. Οἱ δὲ προσαπειλησάμενοι ἀπέλυσαν
αὐτοὺς μηδὲν εὑρίσκοντες τὸ πῶς κολάσωνται αὐτοὺς,
διὰ τὸν λαὸν, ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν θεὸν ἐπὶ τῷ
22 γεγονότι. Ἐτῶν γὰρ ἦν πλειόνων τεσσαράκοντα ὁ ἄν-
θρωπος, ἐφ᾽ ὃν ἐγεγόνει τὸ σημεῖον τοῦτο τῆς ἰάσεως.
23 Ἀπολυθέντες δὲ ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους καὶ ἀπήγ-
γειλαν ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι
24 εἶπον. Οἱ δὲ ἀκούσαντες ὁμοθυμαδὸν ἦραν φωνὴν πρὸς
τὸν θεὸν καὶ εἶπον· Δέσποτα, σὺ ὁ θεὸς, ὁ ποιήσας
τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα
25 τὰ ἐν αὐτοῖς, ὁ διὰ στόματος Δαυῒδ παιδός σου εἰπών·
„Ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;
26 Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ οἱ ἄρχοντες συν-
ήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ

IV, 11. al. οἰκοδόμων †. 12. al. οὐδὲ γὰρ ὄνομα †. 14. al. τόν τε ἄνθρωπον †. 16. al. ποιήσωμεν †. 17. al. ἀπειλησόμεθα †. 19. al. εἶπον πρὸς αὐτούς. 21. al. κολάσονται †. 24. al. σὺ εἶ ὁ θεὸς: alii aliter. 25. al. τοῦ παιδὸς †.

vobis omnibus totique populo Israelitarum, per nomen Ie-
su Christi Nazareni, quem vos in crucem egistis, quem
Deus excitavit ab inferis, — per hunc hic coram vobis
sanus constitit. *) „Hic est lapis ille a vobis aedificato- 11
ribus repudiatus, qui ad lapidem anguli est adhibitus.“
Nec fieri potest, ut per ullum alium salus contingat; ne- 12
que enim alius quisquam alio nomine insignis in orbe
terrarum datus est, ut inter homines prodiret, per quem
salus obtineri deberet. Contemplantes autem hanc Petri 13
in dicendo libertatem atque Iohannis et probe scientes,
homines esse litterarum imperitos et indoctos, mirabantur
et agnoscebant eos dicentes: illi erant cum Iesu; homi- 14
nem autem sanatum quum viderent cum iis adstantem, ni-
hil habebant, quod contradicerent. Quibus e consessu ius- 15
sis abire, consilia inter se contulerunt dicentes: quid fa-
ciemus his hominibus? nam quidem manifestum per eos 16
miraculum editum est omnibus incolis Hierosolymorum no-
tum nec possumus negare; sed ne latius divulgetur, mi- 17
nis eos prohibebimus, ne amplius hominum quemquam
hac auctoritate usi edoceant. Quos vocatos omnino lo- 18
qui sive docere hac auctoritate Iesu usos vetuerunt. At 19
Petrus et Iohannes iis responderunt his verbis: an iustum
sit apud Deum, vobis obtemperare potius quam Deo, iu-
dicate! Non possumus enim nos, quae vidimus atque au- 20
divimus, non loqui. Hi vero minis insuper additis eos 21
absolverunt, quum non invenirent, quomodo eos punirent,
propter populum, quoniam omnes de eo, quod acciderat,
laudibus Deum celebrabant. Erat enim quadraginta amplius 22
annos natus homo, cui hoc miraculum sanationis evenerat.
Dimissi autem et ad suos reversi enarrarunt, quae- 23
cunque summi sacerdotes populique senatores ad eos dixe-
rant. Qui quum audivissent, uno animo vocem sustule- 24
runt ad Deum hunc in modum: domine, tu Deus, condi-
tor coeli et terrae et maris et omnium quae iis continen-
tur, qui per Davidem filium tuum es locutus: **) „cur 25
tumultuatae sunt gentes et populi vana meditati? Consti- 26
terunt reges orbis terrarum et principes eundem in locum

---

*) Ps. XCVIII, 22.
**) Ps. II, 1. 2.

hannes causam Iesu Christi libere ac confidenter defendunt. At syne-
drium verba de Christo ad populum in posterum facere vetat. 1—22.
His in angustiis discipuli preces ad Deum fundunt eiusque implo-

27 Χριστοῦ αὐτοῦ.“ Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐν τῇ
πόλει ταύτῃ ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας,
Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς
28 Ἰσραὴλ ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώ-
29 ρισε γενέσθαι. Καὶ τανῦν, κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς
αὐτῶν καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας πάσης
30 λαλεῖν τὸν λόγον σου ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε
εἰς ἴασιν καὶ σημεῖα καὶ τέρατα γίνεσθαι διὰ τοῦ ὀνόμα-
31 τος τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ. Καὶ δεηθέντων αὐτῶν
ἐσαλεύθη ὁ τόπος, ἐν ᾧ ἦσαν συνηγμένοι, καὶ ἐπλήσθη-
σαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου καὶ ἐλάλουν τὸν λόγον τοῦ
θεοῦ μετὰ παῤῥησίας.
32 Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία
καὶ ἡ ψυχὴ μία καὶ οὐδὲ εἷς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ
33 ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. Καὶ
μεγάλῃ δυνάμει ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον οἱ ἀπόστολοι
τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου Ἰησοῦ· χάρις τε μεγάλη ἦν
34 ἐπὶ πάντας αὐτούς. Οὐδὲ γὰρ ἐνδεής τις ὑπῆρχεν ἐν
αὐτοῖς· ὅσοι γὰρ κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον,
35 πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων καὶ
ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων· διεδίδοτο δὲ
36 ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν. Ἰωσῆς δέ, ὁ ἐπι-
κληθεὶς Βαρνάβας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, (ὅ ἐστι μεθερ-
μηνευόμενον υἱὸς παρακλήσεως,) Λευΐτης, Κύπριος τῷ
37 γένει, ὑπάρχοντος αὐτῷ ἀγροῦ, πωλήσας ἤνεγκε τὸ χρῆμα
καὶ ἔθηκε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων.

ΚΕΦ. V.

1 Ἀνὴρ δέ τις Ἀνανίας ὀνόματι σὺν Σαπφείρῃ τῇ
2 γυναικὶ αὐτοῦ ἐπώλησε κτῆμα καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς
τιμῆς συνειδυίας καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ ἐνέγκας
3 μέρος τι παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων ἔθηκεν. Εἶπε
δὲ Πέτρος· Ἀνανία, διατί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν
καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ νο-
4 σφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου; Οὐχὶ μένον σοὶ
ἔμενε καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; τί ὅτι
ἔθου ἐν τῇ καρδίᾳ σου τὸ πρᾶγμα τοῦτο; οὐκ ἐψεύσω
5 ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ θεῷ. Ἀκούων δὲ Ἀνανίας τοὺς

IV, 27. al. ἐν τῇ πόλει ταύτῃ omittunt. 33. al. Ἰησοῦ Χριστοῦ. 35. al. καθὸ s. καθ' ὅ ἄν. 36. al. pro Ἰωσῆς l. Ἰωσὴφ (I, 23.) †.

convenerunt adversus dominum eiusque Messiam." Con- 27
venerunt enim revera in hac urbe contra sanctum filium
tuum Iesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus
cum gentibus ac populis Israelitarum, ut facerent, quaecun- 28
que tua manus tuumque consilium, ut fierent, decreve-
rat. Quae quum ita sint, domine, respice minas eorum 29
et ministris tuis concede, ut cum summa libertate doctri-
nam tuam tradant manum tuam extendendo ad aegrotos 30
sanandos et miracula et prodigia edenda instructi aucto-
ritate sancti filii tui Iesu. Quae quum essent precati, lo- 31
cus, in quo erant congregati, contremuit et cuncti Spi-
ritu sancto repleti doctrinam Dei libere tradebant.

Multitudinis autem eorum qui fidem habuerunt, una 32
erat mens unusque animus et ne unus quidem quidquam
bonorum, quae habebat, suum esse dicebat, sed omnia iis
erant communia. Et magna vi testimonium exhibuerunt 33
(apostoli) resurrectionis domini Iesu magnaque omnes gra-
tia fruebantur. Neque enim quisquam inter eos erat ege- 34
nus; quotquot enim possessores erant agrorum sive domo-
rum, vendebant, pretia venditorum ferebant et ad pedes 35
apostolorum ponebant; distribuebatur autem cuique, prouti
quis indigeret. Ioses autem, cognomine Barnabas, ab apo- 36
stolis vocatus, (quod est, si interpreteris, filius solatii,)
Levita, e Cypro oriundus, agro, quem possidebat, vendi- 37
to pecuniam allatam ad pedes apostolorum posuit.

CAP. V.

At vir quidam nomine Ananias cum Sapphira uxore 1
opes vendidit, de pretio sibi intervertit conscia quoque
uxore, et partem quandam allatam ad pedes apostolorum 2
posuit. Sed Petrus: Anania, inquit, cur Satanas animum 3
tuum implevit, ut mendacio falleres Spiritum sanctum et
de pretio agri tibi interverteres? Nonne manens (non ven- 4
ditus, retentus) (ager) tibi manebat et venditus in tua
erat potestate? quid hoc facinus animo tuo concepisti? non
homines, sed Deo mendaciis petivisti. Quae verba quum 5

---

rant auxilium. — Eodem tempore fit terrae motus omnesque Spiritu implentur divino. 29—31. Quo gravioribus apostoli anguntur calamitatibus, eo maior fit animorum ac voluntatum consensus. Bona singulorum sponte venduntur et in communem conferuntur usum; qua in re insigne dat exemplum Barnabas Levita Cypro oriundus; at Ananias eiusque uxor Sapphira, parte pecuniarum e rebus venditis redactarum interversa, ab apostolis im-

λόγους τούτους πεσὼν ἐξέψυξε· καὶ ἐγένετο φόβος μέγας
6 ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα. Ἀναστάντες δὲ οἱ
νεώτεροι συνέστειλαν αὐτὸν καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν.
7 Ἐγένετο δὲ ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ
8 μὴ εἰδυῖα τὸ γεγονὸς εἰσῆλθεν. Ἀπεκρίθη δὲ αὐτῇ ὁ
Πέτρος· Εἰπέ μοι, εἰ τοσούτου τὸ χωρίον ἀπέδοσθε; Ἡ
9 δὲ εἶπε· Ναὶ, τοσούτου. Ὁ δὲ Πέτρος εἶπε πρὸς αὐτήν·
Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ πνεῦμα κυρίου;
ἰδοὺ, οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου ἐπὶ τῇ
10 θύρᾳ καὶ ἐξοίσουσί σε. Ἔπεσε δὲ παραχρῆμα παρὰ τοὺς
πόδας αὐτοῦ καὶ ἐξέψυξεν. Εἰσελθόντες δὲ οἱ νεανίσκοι
εὗρον αὐτὴν νεκρὰν καὶ ἐξενέγκαντες ἔθαψαν πρὸς τὸν
11 ἄνδρα αὐτῆς. Καὶ ἐγένετο φόβος μέγας ἐφ' ὅλην τὴν
12 ἐκκλησίαν καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας ταῦτα. Διὰ
δὲ τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο σημεῖα καὶ τέρατα
ἐν τῷ λαῷ πολλὰ καὶ ἦσαν ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες ἐν τῇ
13 στοᾷ Σολομῶνος. Τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς ἐτόλμα κολ-
14 λᾶσθαι αὐτοῖς, ἀλλ' ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς ὁ λαός. Μᾶλλον
δὲ προσετίθεντο πιστεύοντες τῷ κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν τε
15 καὶ γυναικῶν, ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς
ἀσθενεῖς καὶ τιθέναι ἐπὶ κλινῶν καὶ κραββάτων, ἵνα ἐρ-
χομένου Πέτρου κἂν ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν.
16 Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱε-
ρουσαλὴμ φέροντες ἀσθενεῖς καὶ ὀχλουμένους ὑπὸ πνευ-
μάτων ἀκαθάρτων, οἵτινες ἐθεραπεύοντο ἅπαντες.
17 Ἀναστὰς δὲ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ,
ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων, ἐπλήσθησαν ζήλου
18 καὶ ἐπέβαλον τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους καὶ
19 ἔθεντο αὐτοὺς ἐν τηρήσει δημοσίᾳ. Ἄγγελος δὲ κυρίου
διὰ τῆς νυκτὸς ἤνοιξε τὰς θύρας τῆς φυλακῆς, ἐξαγαγών
20 τε αὐτοὺς εἶπε· Πορεύεσθε καὶ σταθέντες λαλεῖτε ἐν τῷ
ἱερῷ τῷ λαῷ πάντα τὰ ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης.
21 Ἀκούσαντες δὲ εἰσῆλθον ὑπὸ τὸν ὄρθρον εἰς τὸ ἱερὸν
καὶ ἐδίδασκον. Παραγενόμενος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς καὶ οἱ
σὺν αὐτῷ συνεκάλεσαν τὸ συνέδριον καὶ πᾶσαν τὴν γε-
ρουσίαν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ καὶ ἀπέστειλαν εἰς τὸ δεσμω-
22 τήριον ἀχθῆναι αὐτούς. Οἱ δὲ ὑπηρέται παραγενόμενοι
οὐχ εὗρον αὐτοὺς ἐν τῇ φυλακῇ, ἀναστρέψαντες δὲ
23 ἀπήγγειλαν λέγοντες· Ὅτι τὸ μὲν δεσμωτήριον εὕρομεν
κεκλεισμένον ἐν πάσῃ ἀσφαλείᾳ καὶ τοὺς φύλακας ἑστῶ-
τας πρὸ τῶν θυρῶν, ἀνοίξαντες δὲ ἔσω οὐδένα εὕρομεν.

V, 12. al. ἐγένετο †. ib. al. Σολομῶντος †. 15. al. κλιναρίων †. 23. al. ἔξω ἑστῶτας †.

Ananias audiret, concidit et exspiravit magnusque metus
omnes qui haec audiebant, occupavit. Iuniores autem 6
surrexerunt eumque linteis sepulcralibus) obvolutum ex-
tulerunt et sepeliverunt. — Post trium circiter hora- 7
rum spatium etiam uxor eius, rei, quae acciderat,
ignara intravit. Respondit autem ei Petrus: dic mihi, 8
tantine agrum vendidistis? Quae: profecto, inquit, tanti. 9
Petrus autem dixit ad eam: quid erat, quod conspirastis
tentare Spiritum domini? ecce, pedes eorum qui maritum
tuum sepelivere, ad fores sunt teque efferent. Confestim 10
autem ad pedes eius concidit et exspiravit. Iuvenes vero
ingressi mortuam eam invenerunt eamque ad eius maritum
elatam sepeliverunt. Atque magnus metus totum coetum 11
(christianum) omnesque, qui haec audiebant, incessit. Per 12
manus autem apostolorum multa in populo miracula et
portenta fiebant erantque uno animo cuncti in portico Sa-
lomonis. Reliquorum vero nemo se iis adiungere aude- 13
bat, sed populus magnis eos laudibus ornabat. Immo po- 14
tius addebantur qui domino fidem habebant, copiae et vi-
rorum et mulierum, ita ut per singulas plateas efferrent 15
aegrotos et lectis grabbatisque imponerent, ut Petri ve-
nientis etiamsi vel umbra aliquem eorum opacaret. Ve- 16
rum etiam multitudo urbium circumiacentium Hierosolyma
congregabatur ferentes aegrotos et a daemonibus agitatos
impuris, qui cuncti sanabantur.

Quum vero surrexisset pontifex maximus eiusque so- 17
cii (quae est secta Sadducaeorum,) irae pleni manus apo- 18
stolis iniecerunt eosque in publica custodia collocarunt.
At angelus domini noctu ianuas carceris aperuit iisque edu- 19
ctis dixit: ite et collocati in templo enarrate populo omnia 20
verba, quae de hac vita (beata) agunt. Quo audita sub 21
diluculum templum ingressi docuerunt. Quum vero ades-
set pontifex maximus eiusque socii, synedrio convocato
totoque Israelitarum senatu, miserunt in carcerem, qui eos
adducerent. At apparitores quum venissent, in carcere 22
eos non deprehenderunt, sed reversi his verbis renuntia-
runt: Carcerem quidem invenimus firmissime clausum et 23
custodes ante ianuas collocatos, quum vero aperuissemus,

---

trepati statim mortui corruunt. Apostolorum, qui miracula edunt, auctoritas augetur et coetus christianus magna capit incrementa. 32—37. V, 1—16. Apostoli in carcerem coniecti ab angelo miro modo liberantur et, quamquam in ius coram synedrio

24 Ὡς δὲ ἤκουσαν τοὺς λόγους τούτους ὅ,τε ἱερεὺς καὶ ὁ
στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, διηπόρουν περὶ
25 αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο. Παραγενόμενος δέ τις
ἀπήγγειλεν αὐτοῖς· Ὅτι ἰδοὺ, οἱ ἄνδρες οὓς ἔθεσθε ἐν
τῇ φυλακῇ, εἰσὶν ἐν τῷ ἱερῷ ἑστῶτες καὶ διδάσκοντες
26 τὸν λαόν. Τότε ἀπελθὼν ὁ στρατηγὸς σὺν τοῖς ὑπηρέ-
ταις ἤγαγεν αὐτοὺς οὐ μετὰ βίας· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸν
27 λαὸν, ἵνα μὴ λιθασθῶσιν. Ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς ἔστη-
σαν ἐν τῷ συνεδρίῳ καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς ὁ ἀρχιερεὺς
28 λέγων· Οὐ παραγγελίᾳ παρηγγείλαμεν ὑμῖν μὴ διδάσκειν
ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτῳ; καὶ, ἰδοὺ! πεπληρώκατε τὴν
Ἱερουσαλὴμ τῆς διδαχῆς ὑμῶν καὶ βούλεσθε ἐπαγαγεῖν
29 ἐφ' ἡμᾶς τὸ αἷμα τοῦ ἀνθρώπου τούτου. Ἀποκριθεὶς
δὲ ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι εἶπον· Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ
30 μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν ἤγει-
ρεν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε κρεμάσαντες ἐπὶ ξύ-
31 λου· τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε τῇ δεξιᾷ
αὐτοῦ δοῦναι μετάνοιαν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἄφεσιν ἁμαρ-
32 τιῶν, καὶ ἡμεῖς ἐσμεν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων
τούτων, καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον, ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς
33 τοῖς πειθαρχοῦσιν αὐτῷ. Οἱ δὲ ἀκούσαντες διεπρίοντο
34 καὶ ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν αὐτούς. Ἀναστὰς δέ τις ἐν τῷ
συνεδρίῳ Φαρισαῖος, ὀνόματι Γαμαλιὴλ, νομοδιδάσκα-
λος, τίμιος παντὶ τῷ λαῷ, ἐκέλευσεν ἔξω βραχύ τι τοὺς
35 ἀποστόλους ποιῆσαι. Εἶπέ τε πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες
Ἰσραηλῖται, προσέχετε ἑαυτοῖς, ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τού-
36 τοις τί μέλλετε πράσσειν. Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν
ἀνέστη Θευδᾶς λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν, ᾧ προσεκλίθη
ἀριθμὸς ἀνδρῶν ὡσεὶ τετρακοσίων· ὃς ἀνῃρέθη καὶ πάν-
τες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ, διελύθησαν καὶ ἐγένοντο εἰς
37 οὐδέν. Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς
ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω
αὐτοῦ· κἀκεῖνος ἀπώλετο καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ,
38 διεσκορπίσθησαν. Καὶ τανῦν λέγω ὑμῖν, ἀπόστητε ἀπὸ
τῶν ἀνθρώπων τούτων καὶ ἐάσατε αὐτοὺς, ὅτι ἐὰν ᾖ ἐξ
ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθή-
39 σεται, εἰ δὲ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δύνασθε καταλῦσαι αὐτὸ,
40 μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ

V, 24. al. ἱερεὺς καὶ ὁ excludunt. Vett. hic multum variant. 25. al. ἀπήγγ. αὐτοῖς λέγων †. 27. ἱερεὺς †. 32. al. αὐτῷ aut omittunt aut transponunt. 34. al. pro ἀποστόλους l. ἀνθρώπους †. 36. al. προσεκολλήθη † s. προσεκλήθη s. προσετέθη. 39. al. δυνήσεσθε †. ib. al. pro αὐτό l. αὐτούς †.

intus neminem deprehendimus. Quum autem haec verba 24
audivissent pontifex et praefectus templi summique sacer-
dotes, dubii de iis haesitabant, quid tandem hoc esset?
Advenerat autem quidam iisque nuntiavit: en, viri, quos 25
in custodia collocastis, stant in templo docentque popu-
lum. Tum praefectus cum apparitoribus digressus eos ad- 26
duxit non vi; nam metuebant sibi a populo, ne lapidibus
obruerentur. Quos adductos in synedrio statuerunt eosque 27
summus pontifex hunc in modum interrogavit: nonne gra- 28
vissime vobis interdiximus, ne huius nominis auctoritate
doceretis? et, ecce! replevistis Hierosolyma doctrina vestra
cupitisque conferre in nos caedem huius hominis. Petrus 29
vero et apostoli hunc in modum responderunt: obsequi fas
est Deo potius quam hominibus. Deus maiorum nostro- 30
rum excitavit Iesum, quem vos in cruce suspensum occi-
distis; hunc Deus ducem et servatorem dextra sua extulit, 31
ut mentis mutationem et veniam daret peccatorum, qua- 32
rum rerum et nos sumus eius testes atque etiam spiritus
ille, quem Deus ipsi morem gerentibus dedit. Quo audito 33
ira inflammati e medio eos tollere deliberabant. Surrexit 34
autem quidam in synedrio Pharisaeus, nomine Gamaliel,
legis doctor, venerabilis toto populo, apostolosque paulu-
lum educere iussit. Dixitque ad eos: Israelitae, reputate 35
apud animum vestrum, de his hominibus quid facturi sitis.
Nam ante hos dies exstitit Theudas (dicens se esse magnum 36
aliquem,) magnum se iactans, cui numerus quadringentorum
fere hominum se adiunxit; qui sublatus est omnesque, quot-
quot eum fuerant sectati, dissipati et in nihilum redacti.
Post hunc surrexit Iudas Galilaeus tempore census popu- 37
lumque satis magnum ad partes suas perduxit; ille quoque
perditus est omnesque, quotquot ei morem gesserant, dissi-
pati. Quae quum ita sint, iam vobis dico, desistite ab his 38
hominibus eosque missos facite; nam, si ex hominibus
(humanum) est hoc consilium sive hoc opus, dissolvetur;
sin vero e Deo (divinum), non potestis id dissolvere, ne 39
forte vel cum Deo pugnantes deprehendamini. Cui paru- 40

---

vocati summum vitae subeunt periculum, tamen misi Gamalielis sententia servantur et vel verberibus affecti laeto animo ad suos, ad preces pias religionemque christianam propagandam redeunt. 17—42.

καὶ προςκαλεσάμενοι τοὺς ἀποστόλους, δείραντες παρήγ-
γειλαν μὴ λαλεῖν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἀπέλυ-
41 σαν αὐτούς. Οἱ μὲν οὖν ἐπορεύοντο χαίροντες ἀπὸ
enim ab antiquis inde temporibus per singulas urbes suos
habet praecones, quum in conventibus sacris singulis sab-
batis recitatur.

Tum placuit apostolis et presbyteris cum universa 22
ecclesia viros, quos ex ipsis delegerant, mittere Antio-
chiam cum Paulo et Barnaba, Iudam cognomine Barsa-
bam et Silam, viros inter fratres primarios, quorum per
manus scripserunt haec: „Apostoli et presbyteri fratresque 23
fratribus suis e gentilibus per Antiochiam et Syriam et
Ciliciam salutem. Quandoquidem audivimus, quosdam a 24
nobis profectos vos turbasse sermonibus a vero avocantes
animos vestros circumcisionem docendo et legis observa-
tionem mosaicae, quibus nihil mandavimus; placuit nobis 25
omnium consensu (al. una) delectos viros mittere ad vos
cum deliciis nostris Barnaba et Paulo, hominibus, qui vi- 26
tam suam pro domino nostro Iesu Christo profitendo de-
derunt. Ablegavimus igitur Iudam et Silam, qui et ipsi 27
coram eadem exponerent. Placuit enim sancto Spiritui et 28
nobis non plus oneris vobis imponi praeter haec quam
maxime necessaria, abstinere ab idolothytis (a carnibus 29
quae e victimis immolatis residuae sunt) et sanguine et
suffocato et scortatione, a quibus si vos abstinetis, recte
agetis. Valete. — Hi igitur absoluti Antiochiam venerunt 30
et multitudine congregata epistolam tradiderunt; qua reci- 31
tata de institutione laetati sunt. Iudas (quidem) et Silas 32
et ipsi vates sacri multis verbis fratres sunt cohortati et
confirmarunt. Tempore autem transacto cum bonis votis 33
a fratribus ad apostolos dimissi sunt. Sed Silae ibi perma- 34
nere placuit. Paulus vero et Barnabas versabantur Antio- 35
chiae docentes et laetam doctrinam domini de regno Messia-
no cum aliis quoque multis tradentes.

Sed aliquot dies post Paulus ad Barnabam dixit: age, 36
revisamus, revisamus fratres nostros per singulas urbes, in
quibus doctrinam domini tradidimus, quomodo habeant (al.
sese s. doctr. div.). Barnabas vero Iohannem quoque Marcum, 37

---

uno ore reiicitur. 1—21. Quod decretum literis consignatum a Iuda et Silvano, additis Paulo et Barnaba comitibus, Antiochiam perfertur. Illi Hierosolyma redeunt, Paulus vero et Barnabas aliquamdiu, ut doceant, remanent. 22—35. Tum Barnabas, a Paulo seiunctus cum Marco Cyprum petit; Paulus autem cum Sila per

38 καὶ Ἰωάννην τὸν καλούμενον Μάρκον· Παῦλος δὲ ἠξίου
τὸν ἀποστάντα ἀπ' αὐτῶν ἀπὸ Παμφυλίας καὶ μὴ συν-
ελθόντα αὐτοῖς εἰς τὸ ἔργον, μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον.
39 Ἐγένετο οὖν παροξυσμὸς, ὥστε ἀποχωρισθῆναι αὐτοὺς
ἀπ' ἀλλήλων, τόν τε Βαρνάβαν παραλαβόντα τὸν Μάρ-
40 κον ἐκπλεῦσαι εἰς Κύπρον. Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σί-
λαν ἐξῆλθε παραδοθεὶς τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ ὑπὸ τῶν
41 ἀδελφῶν. Διήρχετο δὲ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἐπι-
στηρίζων τὰς ἐκκλησίας.

ΚΕΦ. XVI.

1 Κατήντησε δὲ εἰς Δέρβην καὶ Λύστραν, καὶ, ἰδοὺ
μαθητής τις ἦν ἐκεῖ ὀνόματι Τιμόθεος, υἱὸς γυναικὸς
2 Ἰουδαίας πιστῆς, πατρὸς δὲ Ἕλληνος, ὃς ἐμαρτυρεῖτο
3 ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν. Τοῦτον
ἠθέλησεν ὁ Παῦλος σὺν αὐτῷ ἐξελθεῖν καὶ λαβὼν περιέ-
τεμεν αὐτὸν διὰ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ὄντας ἐν τοῖς τό-
ποις ἐκείνοις· ᾔδεισαν γὰρ ἅπαντες τὸν πατέρα αὐτοῦ,
4 ὅτι Ἕλλην ὑπῆρχεν. Ὡς δὲ διεπορεύοντο τὰς πόλεις,
παρεδίδουν αὐτοῖς φυλάσσειν τὰ δόγματα τὰ κεκριμένα
ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῶν ἐν Ἱερου-
σαλήμ.
5 Αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι ἐστερεοῦντο τῇ πίστει καὶ
6 ἐπερίσσευον τῷ ἀριθμῷ καθ' ἡμέραν. Διελθόντες δὲ
τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ
τοῦ ἁγίου πνεύματος λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ,
7 ἐλθόντες κατὰ τὴν Μυσίαν ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυνίαν
πορεύεσθαι, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ πνεῦμα Ἰησοῦ.
8 Παρελθόντες δὲ τὴν Μυσίαν κατέβησαν εἰς Τρωάδα.
9 Καὶ ὅραμα διὰ τῆς νυκτὸς ὤφθη τῷ Παύλῳ· ἀνήρ τις
ἦν Μακεδὼν ἑστὼς παρακαλῶν αὐτὸν καὶ λέγων· Διαβὰς
10 εἰς Μακεδονίαν βοήθησον ἡμῖν. Ὡς δὲ τὸ ὅραμα εἶδεν,
εὐθέως ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν εἰς τὴν Μακεδονίαν συμβι-
βάζοντες, ὅτι προσκέκληται ἡμᾶς ὁ κύριος εὐαγγελίσα-
σθαι αὐτούς.
11 Ἀναχθέντες οὖν ἀπὸ τῆς Τρωάδος εὐθυδρομήσαμεν
12 εἰς Σαμοθράκην, τῇ τε ἐπιούσῃ εἰς Νεάπολιν, ἐκεῖθέν

XV, 37. τὸν Ἰωάννην †. 39. al. χωρισθῆναι. XVI, al. γυναι-
κός τινος †. 3. al. ὅτι Ἕλλην ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὑπῆρχεν †. 6. al.
διῆλθον †. 7. al. κατὰ τὴν Βιθ. †. ib. al. simpliciter πνεῦμα.
al. πν. τοῦ Ἰησ. 10. al. pro ὁ κύριος l. ὁ θεὸς †.

quem vocant, esse assumendum censuit; sed Paulus eum, qui 38
ab ipsis a Pamphylia defecerit nec cum ipsis profectus fuerit
ad opus conficiendum, dignum habebat, quem non assume-
rent. Exatitit igitur exacerbatio, ita ut a se invicem seiun- 39
gerentur et Barnabas assumto Marco Cyprum enavigaret.
Paulus vero, Sila sibi electo, benevolentiae Dei a fratribus 40
commendatus egressus est. Peragrabat autem Syriam et 41
Ciliciam coetus confirmans christianos.

CAP. XVI.

Verum Derben devenit et Lystram, et, ecce! discipu- 1
lus quidam ibi erat nomine Timotheus, filius mulieris Iu- 2
daeae fidelis, patris autem Graeci, quem fratres Lystris et
Iconii faciebant testatum. Hunc voluit Paulus secum exire 3
et sumtum eum circumcidit propter Iudaeos, qui illis in
locis erant; nam cuncti noverant, patrem eius esse Grae-
cum. Quum vero urbes peragrabant, servanda iis tradebant 4
praecepta, quae ab apostolis et presbyteris Hierosolymitanis
erant iudicata.

Ecclesiae igitur confirmabantur in fide et quotidie au- 5
gebantur numero. Phrygia autem peragrata et Galatia, 6
doctrinam in Asia propagare a sancto Spiritu prohibiti,
quum per Mysiam venissent, in Bithyniam proficisci tenta- 7
bant, nec sivit eos spiritus Iesu. Mysiam vero praeter- 8
gressi venerunt Troadem. Et visum per noctem (quam ibi 9
transigebant,) oblatum est Paulo: vir quidam Macedo ad-
stabat hunc in modum eum exhortans: transi in Macedo-
niam nobisque fer opem. Quod visum quum vidisset, in 10
Macedoniam exire studuimus certo colligentes, dominum
nos vocasse ad laetum de Messia nuntium ad eos perfe-
rendum.

In altum igitur a Troade provecti recto cursu perve- 11
nimus Samothracen ac postero die Neapolin et illinc Phi- 12

Syriam proficiscitur et Ciliciam, Derben iterum adit et Lystra, ubi Timotheum nascitur socium, quem propter Iudaeos circumcidit. 36—XVI, 4. Hinc iter fit per Phrygiam, Galatiam et Mysiam versus: tum Troadem, unde Paulus divinitus monitus in Macedoniam ire decernit. 5—10. Troade cum socio Luca pera-

τε εἰς Φιλίππους, ἥτις ἐστὶ πρώτη τῆς μερίδος τῆς Μα-
κεδονίας πόλις, κολώνια. Ἦμεν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει
13 διατρίβοντες ἡμέρας τινάς. Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων
ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμὸν, οὗ ἐνομίζετο
προςευχὴ εἶναι, καὶ καθίσαντες ἐλαλοῦμεν ταῖς συνελ-
14 θούσαις γυναιξί. Καί τις γυνὴ ὀνόματι Λυδία, πορφυ-
ρόπωλις πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν θεὸν, ἤκουεν,
ἧς ὁ κύριος διήνοιξε τὴν καρδίαν προςέχειν τοῖς λαλου-
15 μένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου. Ὡς δὲ ἐβαπτίσθη καὶ ὁ οἶκος
αὐτῆς, παρεκάλεσε λέγουσα· Εἰ κεκρίκατέ με πιστὴν τῷ
16 κυρίῳ εἶναι, εἰςελθόντες εἰς τὸν οἶκόν μου μείνατε. Καὶ
παρεβιάσατο ἡμᾶς. Ἐγένετο δὲ πορευομένων ἡμῶν εἰς
προςευχὴν παιδίσκην τινὰ ἔχουσαν πνεῦμα πύθωνος
ἀπαντῆσαι ἡμῖν, ἥτις ἐργασίαν πολλὴν παρεῖχε τοῖς κυ-
17 ρίοις αὐτῆς μαντευομένη. Αὕτη κατακολουθήσασα τῷ
Παύλῳ καὶ ἡμῖν ἔκραζε λέγουσα· Οὗτοι οἱ ἄνθρωποι
δοῦλοι τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσὶν, οἵτινες καταγγέλλου-
18 σιν ἡμῖν ὁδὸν σωτηρίας! Τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ πολλὰς
ἡμέρας. Διαπονηθεὶς δὲ ὁ Παῦλος καὶ ἐπιστρέψας τῷ
πνεύματι εἶπε· Παραγγέλλω σοι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ
Χριστοῦ ἐξελθεῖν ἀπ' αὐτῆς. Καὶ ἐξῆλθεν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ.
19 Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς
ἐργασίας αὐτῶν, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν
20 εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ προς-
αγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς εἶπον· Οὗτοι οἱ ἄν-
θρωποι ἐκταράσσουσιν ἡμῶν τὴν πόλιν Ἰουδαῖοι ὑπάρ-
21 χοντες καὶ καταγγέλλουσιν ἔθη, ἃ οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν
22 παραδέχεσθαι οὐδὲ ποιεῖν Ῥωμαίοις οὖσι. Καὶ συνεπέστη
ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν καὶ οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες αὐ-
23 τῶν τὰ ἱμάτια ἐκέλευον ῥαβδίζειν· πολλάς τε ἐπιθέντες
αὐτοῖς πληγὰς ἔβαλον εἰς φυλακὴν παραγγείλαντες τῷ
24 δεσμοφύλακι ἀσφαλῶς τηρεῖν αὐτούς, ὃς παραγγελίαν
τοιαύτην εἰληφὼς ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλα-
κὴν καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον.
25 Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον Παῦλος καὶ Σίλας προσευχόμε-
νοι ὕμνουν τὸν θεόν· ἐπηκροῶντο δὲ αὐτῶν οἱ δέσμιοι.
26 Ἄφνω δὲ σεισμὸς ἐγένετο μέγας, ὥςτε σαλευθῆναι τὰ
θεμέλια τοῦ δεσμωτηρίου· ἀνεῴχθησάν τε παραχρῆμα
27 αἱ θύραι πᾶσαι καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη. Ἔξυπνος

XVI, 12. al. αὐτῇ τῇ πόλει †. 13. al. pro τῆς πόλεως l. τῆς πύλης †. 14. al. ἤκουσεν †. 16. al. τὴν προσευχὴν †. ib. al. πύθωνα. 17. al. καταγγέλλουσιν ὑμῖν †. 24. al. λαβὼν †. 26. al. ἀνεῴχθησαν δέ. ib. al. ἀνέθη s. ἀνείθη s. ἀνεῴχθη s. ἐλύθη.

lippos, quae est prima provinciae Macedoniae urbs, colonia.
Hac vero in urbe per triduum sumus versati. Die sabbati 13
extra urbem quum essemus egressi secundum fluvium, ubi
ex more antiquo locus erat precandi, et sedentes cum mulie-
ribus, quae convenerant, loquebamur. Et mulier quaedam 14
nomine Lydia, purpurarum venditrix urbis Thyatirorum,
quae Deum venerabatur, auscultabat, cuius animum domi-
nus aperuerat (permoverat), ut attenderet ad ea, quae dice-
bantur a Paulo. Quum vero lotione sacra esset imbuta 15
eiusque domus, hunc in modum hortata est: si iudicastis,
me domino nomen dedisse, domum meam ingressi manete.
Et nos (invitos, quia moribus illorum temporum repugnabat
esse in gynaeceo,) coëgit. Accidit autem, nobis ad preces 16
fundendas euntibus, ut ancilla, quae fatidicum habebat
spiritum, nobis obviam fieret, quae dominis suis divinando
magnum praebebat quaestum. Haec Paulum insecuta et 17
nos alta voce hunc in modum clamabat: hi homines ministri
sunt Dei celsissimi, qui nobis annuntiant viam salutis!
Hoc autem per plures dies faciebat. Verum Paulus aeger- 18
rime ferens et conversus spiritui illi dixit: impero tibi per
nomen Iesu Christi ex ea egredi. Et hac ipsa hora est
egressus. Cuius domini quum vidissent, spem quaestus sui 19
evanuisse, Paulum comprehensum et Silam in forum ad 20
principes traxerunt iisque ad praetores adductis, dixerunt:
hi homines Iudaei urbem nostram perturbant et mores do- 21
cent, quos nobis Romanis non licet admittere neque exer-
cere. Et plebs contra eos consurrexit et praetores, vesti- 22
bus eorum detractis, virgis caedi iubebant multisque plagis 23
iis illatis, in carcerem eos iecerunt, mandato dato carceris
praefecto, ut firma eos teneret custodia, qui eiusmodi man- 24
dato accepto in interiorem eos carcerem iniecit eorumque
pedes nervo (ligneis compedibus) constrinxit. Media vero 25
nocte Paulus et Silas precantes laudes Dei canebant; au-
diebant autem eos vincti. At subito magnus exstitit terrae 26
motus, ita ut fundamenta carceris concuterentur; ac con-
festim omnes ianuae apertae omniumque vincula erant so-
luta. Praefectus autem carceris somno excitatus quum ia- 27

---

grat Samothracen, Neapolin et Philippos, ubi Lydiam sacro imbuit lavacro et fatidicum eiicit daemonem. Qua de causa Paulus et Silas virgis caeduntur et in carcerem iniecti, ianuis per miraculum apertis, servantur, et carceris custos, qui metu perculsus manum sibi inferre audet, a Paulo retinetur et edoctus sacra lo-

δὲ γενόμενος ὁ δεσμοφύλαξ καὶ ἰδὼν ἀνεῳγμένας τὰς
θύρας τῆς φυλακῆς, σπασάμενος μάχαιραν ἔμελλεν ἑαυ-
28 τὸν ἀναιρεῖν νομίζων ἐκπεφευγέναι τοὺς δεσμίους· ἐφώ-
νησε δὲ φωνῇ μεγάλῃ ὁ Παῦλος λέγων· Μηδὲν πράξῃς
29 σεαυτῷ κακόν· ἅπαντες γάρ ἐσμεν ἐνθάδε! Αἰτήσας δὲ
φῶτα εἰςεπήδησε καὶ ἔντρομος γενόμενος προςέπεσε τῷ
30 Παύλῳ καὶ τῷ Σίλᾳ καὶ προαγαγὼν αὐτοὺς ἔξω ἔφη·
31 Κύριοι, τί με δεῖ ποιεῖν, ἵνα σωθῶ; Οἱ δὲ εἶπον·
Πίστευσον ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ σωθήσῃ
32 σὺ καὶ ὁ οἶκός σου. Καὶ ἐλάλησαν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ
33 κυρίου καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ. Καὶ παραλαβὼν
αὐτοὺς ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ τῆς νυκτὸς ἔλουσεν ἀπὸ τῶν
πληγῶν, καὶ ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ πάντες παρα-
34 χρῆμα· ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ παρέ-
θηκε τράπεζαν καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ
35 θεῷ. Ἡμέρας δὲ γενομένης ἀπέστειλαν οἱ στρατηγοὶ
τοὺς ῥαβδούχους λέγοντες· Ἀπόλυσον τοὺς ἀνθρώπους
36 ἐκείνους. Ἀπήγγειλε δὲ ὁ δεσμοφύλαξ τοὺς λόγους τού-
τους πρὸς τὸν Παῦλον· Ὅτι ἀπεστάλκασιν οἱ στρατηγοὶ,
ἵνα ἀπολυθῆτε· νῦν οὖν ἐξελθόντες πορεύεσθε ἐν εἰρήνῃ.
37 Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη πρὸς αὐτούς· Δείραντες ἡμᾶς δημο-
σίᾳ, ἀκατακρίτους, ἀνθρώπους Ῥωμαίους ὑπάρχοντας
ἔβαλον εἰς φυλακὴν, καὶ νῦν λάθρα ἡμᾶς ἐκβάλλουσιν;
38 οὐ γὰρ, ἀλλὰ ἐλθόντες αὐτοὶ ἡμᾶς ἐξαγαγέτωσαν. Ἀνήγ-
γειλαν δὲ τοῖς στρατηγοῖς οἱ ῥαβδοῦχοι τὰ ῥήματα ταῦ-
39 τα, καὶ ἐφοβήθησαν ἀκούσαντες ὅτι Ῥωμαῖοί εἰσι. Καὶ
ἐλθόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων
40 ἐξελθεῖν τῆς πόλεως. Ἐξελθόντες δὲ ἐκ τῆς φυλακῆς
εἰςῆλθον πρὸς τὴν Λυδίαν καὶ ἰδόντες τοὺς ἀδελφοὺς
παρεκάλεσαν αὐτοὺς καὶ ἐξῆλθον.

ΚΕΦ. XVII.

1 Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν
ἦλθον εἰς Θεσσαλονίκην, ὅπου ἦν ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰου-
2 δαίων. Κατὰ δὲ τὸ εἰωθὸς τῷ Παύλῳ εἰςῆλθε πρὸς
αὐτοὺς καὶ ἐπὶ σάββατα τρία διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν
3 γραφῶν διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν
ἔδει παθεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν
4 ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Καί τινες

XVI, 32. al. σὺν (καὶ) πᾶσιν τοῖς ἐν τ. οἰκίᾳ †. 34. al. ἠγαλλιᾶτο †. 38. ἀπήγγειλαν †. 40. al. εἰς τὴν Λυδίαν †. XVII, 2. al. διελέχθη †. 3. al. Ἰησοῦς ὁ Χριστός s. simpliciter ὁ Χριστός.

nuas carceris vidisset apertas, districto gladio in eo erat,
ut manum sibi ipse inferret opinans, aufugisse vinctos; sed 28
Paulus magna voce hunc in modum clamavit: noli ti-
bimetipse malum infligere; nam cuncti sumus hicce! Lumine 29
autem petito, insiliit ac tremebundus ad pedes Pauli et Silae
accidit, quibus foras productis: domini, inquit, quid me 30
oportet facere, ut ad salutem pertingam? Illi vero: crede, 31
inquiunt, in dominum Iesum Christum, et ad salutem per-
tinges tu tuaque domus. Et communicarunt cum eo doctri- 32
nam domini et cum omnibus, qui in domo eius erant. Quos 33
quum illa ipsa noctis hora a plagis (i. e. cruorem plagis
effectum) abluisset, ipse ac domestici eius omnes confestim
lotione sacra sunt imbuti; iisque in ipsius domum dedu- 34
ctis mensam apposuit et cum tota domo exsultavit, quod
Deo (qui vere est Deus) nomen suum dederat. Die au- 35
tem exorto praetores ablegarunt lictores dicentes: absolve
illos homines. Praefectus autem carceris renuntiavit haec 36
verba ad Paulum: ablegarunt praetores, ut absolveremini;
iam igitur egressi fausto omine abite. Sed Paulus dixit 37
ad eos: nos publice caesos, indemnatos, homines (cives)
Romanos in carcerem coniecerunt, et nunc clam nos eii-
ciunt? Minime vero (pr. nam hoc non faciemus, ut sponte
et clam abeamus), sed veniant ipsi nosque educant. Quae 38
verba quum lictores renuntiassent praetoribus, timuerunt
audito Romanos esse. Ubi venerant, eos placarunt atque 39
eductos rogabant, ut urbe egrederentur. Egressi autem e 40
carcere ad Lydiam sunt ingressi visosque fratres confir-
marunt atque exierunt.

CAP. XVII.

Peragrata autem Amphipoli et Apollonia Thessalonicen 1
venerunt, ubi synagoga erat Iudaeorum. Sed, qui Paulo 2
erat mos, ad eos ingressus est ac per tria sabbata cum
iis disserebat e libris sacris patefaciens et ante oculos po- 3
nens, fuisse in fatis, ut Messias mala subiret et e mor-
tuis resuscitaretur, et: hic est ille Christus Iesus, quem
ego vobis annuntio. Et quibusdam ex iis persuasum est 4

---

tione afficitur. Paulus et Silas, clam abire iussi, ad ius civitatis Romanae provocantes honeste dimittuntur. 11—40.

XVII. Inde Thessalonicen profecti, magno a Iudaeis excitato

ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν καὶ προςεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ
καὶ τῷ Σίλᾳ, τῶν τε σεβομένων Ἑλλήνων πολὺ πλῆθος,
5 γυναικῶν τε τῶν πρώτων οὐκ ὀλίγαι. Προςλαβόμενοι δὲ
οἱ Ἰουδαῖοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηροὺς καὶ
ὀχλοποιήσαντες ἐθορύβουν τὴν πόλιν· ἐπιστάντες τε τῇ
6 οἰκίᾳ Ἰάσονος ἐζήτουν αὐτοὺς ἀγαγεῖν εἰς τὸν δῆμον, μὴ
εὑρόντες δὲ αὐτοὺς ἔσυρον τὸν Ἰάσονα καί τινας ἀδελ-
φοὺς ἐπὶ τοὺς πολιτάρχας βοῶντες· Ὅτι οἱ τὴν οἰκου-
7 μένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεισιν· οὓς
ὑποδέδεκται Ἰάσων· καὶ οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν
δογμάτων Καίσαρος πράττουσι βασιλέα λέγοντες ἕτερον
8 εἶναι, Ἰησοῦν. Ἐτάραξαν δὲ τὸν ὄχλον καὶ τοὺς πολι-
9 τάρχας ἀκούοντας ταῦτα· καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ
10 τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν ἀπέλυσαν αὐτούς. Οἱ δὲ
ἀδελφοὶ εὐθέως διὰ τῆς νυκτὸς ἐξέπεμψαν τόν τε Παῦλον
καὶ τὸν Σίλαν εἰς Βέροιαν, οἵτινες παραγενόμενοι εἰς
11 τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπῄεσαν. Οὗτοι δὲ ἦσαν
εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ, οἵτινες ἐδέξαντο τὸν
λόγον μετὰ πάσης προθυμίας, τὸ καθ' ἡμέραν ἀνακρί-
12 νοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως. Πολλοὶ μὲν
οὖν ἐξ αὐτῶν ἐπίστευσαν καὶ τῶν Ἑλληνίδων γυναικῶν
13 τῶν εὐσχημόνων καὶ ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγοι. Ὡς δὲ ἔγνωσαν
οἱ ἀπὸ τῆς Θεσσαλονίκης Ἰουδαῖοι, ὅτι καὶ ἐν τῇ Βεροίᾳ
κατηγγέλη ὑπὸ τοῦ Παύλου ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, ἦλθον
14 κἀκεῖ σαλεύοντες τοὺς ὄχλους. Εὐθέως δὲ τότε τὸν
Παῦλον ἐξαπέστειλαν οἱ ἀδελφοὶ πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν
θάλασσαν· ὑπέμενον δὲ ὅ,τε Σίλας καὶ ὁ Τιμόθεος ἐκεῖ.
15 Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον, ἤγαγον αὐτὸν ἕως
Ἀθηνῶν καὶ λαβόντες ἐντολὴν πρὸς τὸν Σίλαν καὶ Τι-
μόθεον, ἵνα ὡς τάχιστα ἔλθωσι πρὸς αὐτὸν, ἐξῄεσαν.
16 Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου
παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ θεωροῦντι κατεί-
17 δωλον οὖσαν τὴν πόλιν. Διελέγετο μὲν οὖν ἐν τῇ συνα-
γωγῇ τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τοῖς σεβομένοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ
18 κατὰ πᾶσαν ἡμέραν πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας· τινὲς
δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέ-
βαλλον αὐτῷ, καί τινες ἔλεγον· Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμο-
λόγος οὗτος λέγειν; οἱ δέ· Ξένων δαιμονίων δοκεῖ καταγ-
γελεὺς εἶναι· ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς

XVII, 5. al. ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι καὶ προσλαβόμενοι †. 13. al. σαλεύοντες καὶ ταράσσοντες. 14. al. ἕως: al. utrumque excludunt. ib. al. ὑπέμεινεν. 16. al. θεωροῦντες †.

ac Paulum et Silam secuti sunt, magna copia piorum Grae-
corum et mulierum primariarum haud paucae. Iudaei au- 5
tem subrostranis quibusdam viris improbis sibi adiunctis,
turba facta, tumultum in urbe excitarunt: adstantes do-
micilio Iasonis ad populum eos ducere studebant, sed, iis 6
non repertis, Iasonem et fratres quosdam ad principes ci-
vitatis rapuerunt vociferantes: qui orbem terrarum pertur-
barunt, hi hic quoque adsunt, quos Iason excepit; et hi 7
contra edicta Caesaris agunt regem alium esse dicentes,
Iesum. Plebem vero et praefectos civitatis haec audien- 8
tes turbarunt; et quum a Iasone et reliquis satis accepis- 9
sent, eos absolverunt. Fratres autem Paulum et Silam 10
confestim per noctem Beroeam emiserunt, qui quidem,
quum advenissent, in synagogam Iudaeorum abierunt. Hi 11
vero liberaliores erant Thessalonicensibus, quippe qui do-
ctrinam promptissimo animo receperant, quotidie exami-
nantes libros sacros, an haec sic sese haberent. Multi 12
igitur ex iis fidem habuerunt et Graecorum mulierum ho-
nestarum et virorum haud pauci. Quum vero Thessaloni- 13
censes Iudaei audissent, Beroeae quoque a Paulo traditam
esse doctrinam divinam, venerunt, ut ibi quoque plebem
concitarent. Confestim vero tunc Paulum emiserunt, ut 14
tanquam mare versus proficisceretur; remanebant autem ibi
Silas et Timotheus. Qui vero Paulum prosequebantur, 15
Athenas usque eum duxerunt et mandato ad Silam et Ti-
motheum (perferendo) accepto, ut quam celerrime ad eum
venirent, exierunt.

Quos quum Paulus Athenis exspectabat, animus eius ve- 16
hementissime affectus est contemplans urbem idolis refertam.
In synagoga igitur cum Iudaeis quidem et Deum colentibus 17
et in foro quotidie cum quibusvis disserebat; sed quidam Epi- 18
cureorum et Stoicorum philosophorum cum eo digladiaban-
tur, et quidam dicebant: quid tandem hic nugator dicere ve-
lit? alii vero: peregrinorum Deorum annuntiator esse vi-
detur, quoniam laetum nuntium de Iesu et resurrectione

---

tumultu, clam Beroeam emittuntur, ubi benevolas aures iis praebent homines. Sila et Timotheo Beroeae relictis, Paulus sese confert Athenas, ubi in synagoga, foro et in Areopago Epicu-

19 εὐηγγελίζετο. Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ ἐπὶ τὸν Ἄρειον
πάγον ἤγαγον λέγοντες· Δυνάμεθα γνῶναι, τίς ἡ καινὴ
20 αὕτη ἡ ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή; Ξενίζοντα γάρ τινα
εἰςφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. Βουλόμεθα οὖν γνῶναι,
21 τί ἂν θέλοι ταῦτα εἶναι. (Ἀθηναῖοι δὲ πάντες καὶ οἱ
ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν
22 τι καὶ ἀκούειν καινότερον.) Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος ἐν
μέσῳ τοῦ Ἀρείου πάγου, ἔφη· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ
23 πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ· διερχόμενος
γὰρ καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν εὗρον καὶ βω-
μὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο· „Ἀγνώστῳ θεῷ." Ὃν οὖν
ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν.
24 Ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ,
οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς κύριος ὑπάρχων οὐκ ἐν χειρο-
25 ποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θε-
ραπεύεται προςδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν
26 καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα· ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος
πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς
γῆς ὁρίσας προστεταγμένους καιροὺς καὶ τὰς ὁροθεσίας
27 τῆς κατοικίας αὐτῶν· ζητεῖν τὸν θεὸν, εἰ ἄραγε ψηλα-
φήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν, καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς
28 ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντα· ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινού-
μεθα καί ἐσμεν, ὡς καί τινες τῶν καθ᾿ ὑμᾶς ποιητῶν
29 εἰρήκασι· „Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν." Γένος οὖν ὑπάρ-
χοντες τοῦ θεοῦ οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ
ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου,
30 τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον. Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας
ὑπεριδὼν ὁ θεὸς τανῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι
31 πανταχοῦ μετανοεῖν, διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει
κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε,
πίστιν παρασχὼν πᾶσιν ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. . .
32 Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον, οἱ
33 δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου. Καὶ
34 οὕτως ὁ Παῦλος ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν. Τινὲς δὲ
ἄνδρες κολληθέντες αὐτῷ ἐπίστευσαν, ἐν οἷς καὶ Διο-
νύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις καὶ
ἕτεροι σὺν αὐτοῖς.

XVII, 19. al. μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς ἐπιλαβόμενοι αὐτοῦ ἤγαγον αὐτὸν ἐπὶ (τὸν) ἄρειον πάγον πυνθανόμενοι καί. 20. al. τίνα ἂν θέλοι. 25. χειρῶν ἀνθρωπίνων †. ib. al. pro καὶ τὰ πάντα l. κατὰ πάντα. 26. al. προτεταγμένους †. 27. al. τὸν κύριον θεόν. al. τὸ θεῖον. ib. al. καίγε †. 30. al. πάντας παντ. μετανοεῖν †. 31. καθότι †. 32. al. περὶ τούτου καὶ πάλιν s. περὶ τούτου πάλιν.

iis afferebat. Sumtum eum in Areopagum duxerunt his 19
verbis: possumusne cognoscere, quaenam sit haec nova,
quae a te traditur, doctrina? peregrina enim quaedam in- 20
fers nobis audienda. Volumus igitur cognoscere, quid haec
sibi velint. (Athenienses autem omnes et qui ibi pere- 21
grinantur, nulli alii rei vacant, quam novi quid dicere et
audire.) Paulus vero in medio Areopago collocatus: Athe- 22
nienses, inquit, in omnibus rebus (al. omnino) vos ut re-
ligiosiores video; peragrans enim et sacra vestra contem- 23
plans reperi etiam aram, in qua inscriptum erat: ignoto
Deo. Quem igitur ignari (ignotum) colitis, hunc ego vo-
bis annuntio. Deus, qui mundum fecit et omnia, quae in 24
eo continentur, hic coeli et orbis terrarum dominus non
habitat in templis manu factis neque ab hominum manibus 25
ministratur alicuius indigens, qui ipse vitam et animam
omniaque dat omnibus; fecitque ex uno sanguine totum 26
genus humanum, ut per universum orbem terrarum habi-
taret, certis temporibus et terminis habitationis eorum
constitutis; ut quaererent Deum, num forte eum contrecta- 27
rent et deprehenderent, quamquam haud procul ab uno quo-
que nostrum abest; per eum enim vivimus, movemur, su- 28
mus, quemadmodum etiam quidam poetarum vestrorum
cecinerunt: „eius enim vel progenies sumus.“ Dei igitur 29
progenies non debemus opinari auro sive argento sive lapidi,
sculpto artis et sollertiae hominis, divinum illud esse simile.
Deus igitur, qui tempora ignorantiae neglexit, nunc omni- 30
bus omnium terrarum hominibus mentis mutationem annun-
tiat, propterea quod diem constituit, quo iudicaturus est 31
orbem terrarum per iustitiam per virum, quem destinavit,
quum e mortuis eo resuscitato fidem fecit omnibus. —
Quum vero mortuorum audivissent resuscitationem, alii qui- 32
dem irridebant, alii vero dixerunt: audiemus te iterum 33
hac de re. Et sic Paulus e medio eorum exiit. Verum 34
viri quidam Paulum sectati, in quibus Dionysius Areopa-
gita et mulier nomine Damaris et alii cum iis, fidem ha-
buerunt.

---

raeis ac Stoicis praesentibus eumque irridentibus verum Deum docet et caput rei chr. exponit. Eorum, qui Christo nomen dant, memorabilis est Dionysius Areopagita. 1—34.

ΚΕΦ. XVIII.

1 Μετὰ δὲ ταῦτα χωρισθεὶς ὁ Παῦλος ἐκ τῶν Ἀθη-
2 νῶν ἦλθεν εἰς Κόρινθον. Καὶ εὑρών τινα Ἰουδαῖον ὀνό-
ματι Ἀκύλαν, Ποντικὸν τῷ γένει, προςφάτως ἐληλυθότα
ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Πρίσκιλλαν γυναῖκα αὐτοῦ, (διὰ
τὸ διατεταχέναι Κλαύδιον χωρίζεσθαι πάντας τοὺς Ἰου-
3 δαίους ἐκ τῆς Ῥώμης,) προςῆλθεν αὐτοῖς καὶ διὰ τὸ
ὁμότεχνον εἶναι ἔμενε παρ' αὐτοῖς καὶ εἰργάζετο· ἦσαν
4 γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Διελέγετο δὲ ἐν τῇ συναγω-
γῇ κατὰ πᾶν σάββατον, ἔπειθέ τε Ἰουδαίους καὶ Ἕλλη-
5 νας. Ὡς δὲ κατῆλθον ἀπὸ τῆς Μακεδονίας ὅ,τε Σίλας
καὶ ὁ Τιμόθεος, συνείχετο τῷ λόγῳ ὁ Παῦλος διαμαρ-
6 τυρόμενος τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ἀντι-
τασσομένων δὲ αὐτῶν καὶ βλασφημούντων, ἐκτιναξάμενος
τὰ ἱμάτια εἶπε πρὸς αὐτούς· Τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν
κεφαλὴν ὑμῶν· καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς τὰ ἔθνη
7 πορεύσομαι. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς οἰκίαν τινὸς
ὀνόματι Ἰούστου σεβομένου τὸν θεόν, οὗ ἡ οἰκία ἦν
8 συνομοροῦσα τῇ συναγωγῇ. Κρίσπος δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος
ἐπίστευσε τῷ κυρίῳ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καὶ πολλοὶ
τῶν Κορινθίων ἀκούοντες ἐπίστευον καὶ ἐβαπτίζοντο.
9 Εἶπε δὲ ὁ κύριος δι' ὁράματος ἐν νυκτὶ τῷ Παύλῳ·
10 Μὴ φοβοῦ, ἀλλὰ λάλει καὶ μὴ σιωπήσῃς, διότι ἐγώ
εἰμι μετὰ σοῦ, καὶ οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί
11 σε, διότι λαός ἐστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Ἐκά-
θισέ τε ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἓξ διδάσκων ἐν αὐτοῖς τὸν
λόγον τοῦ θεοῦ.

12 Γαλλίωνος δὲ ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας κατεπέ-
στησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ καὶ ἤγαγον
13 αὐτὸν ἐπὶ τὸ βῆμα λέγοντες· Ὅτι παρὰ τὸν νόμον οὗτος
14 ἀναπείθει τοὺς ἀνθρώπους σέβεσθαι τὸν θεόν. Μέλλον-
τος δὲ τοῦ Παύλου ἀνοίγειν τὸ στόμα εἶπεν ὁ Γαλλίων
πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· Εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳ-
διούργημα πονηρόν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχό-
15 μην ὑμῶν, εἰ δὲ ζήτημά ἐστι περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων
καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, ὄψεσθε αὐτοί· κριτὴς γὰρ
16 ἐγὼ τούτων οὐ βούλομαι εἶναι. Καὶ ἀπήλασεν αὐτοὺς
17 ἀπὸ τοῦ βήματος. Ἐπιλαβόμενοι δὲ πάντες οἱ Ἕλληνες

XVIII, 2. al. τεταχέναι s. προστεταχέναι. ib. al. ἀπὸ τῆς Ῥώμης. 3. al. τῇ τέχνῃ. 5. al. pro τῷ λόγῳ l. τῷ πνεύματι †. 7. al. Τίτου Ἰούστου s. simpliciter Τίτου. 8. al. ἀκούσαντες. 12. al. ἀνθυπάτου ὄντος. 15. al. ζητήματα †. 17. al. excl. οἱ Ἕλληνες s. l. οἱ Ἰουδαῖοι.

CAP. XVIII.

Post haec Paulus Athenis digressus Corinthum venit 1
et quum Iudaeum quendam nomine Aquilam, patria Pon- 2
ticum, qui nuperrime ex Italia venerat, eiusque uxorem
Priscillam deprehendisset (propterea quod Claudius edixe-
rat, ut omnes Iudaei Roma excederent), adiit eos et quia 3
idem tractabat opificium, mansit apud eos operasque fa-
ciebat; erant enim tabernaculorum opifices. Disserebat au- 4
tem singulis sabbatis in conventu sacro ac persuadebat Iu-
daeis et Graecis. Ubi vero Silas et Timotheus a Mace- 5
donia venerant, Paulus docendo erat occupatus testans Iu-
daeis, Messiam esse Iesum. Qui quum repugnarent et 6
conviciis eum proscinderent, vestimentis suis excussis dixit
ad eos: sanguis vester in vestrum caput (i. e. culpa per-
niciei vestrae recidat in vos); ego purus ab hoc tempore
ad gentes me conferam. Et illinc transgressus domum cu- 7
iusdam nomine Iusti, qui Deum colebat, intravit, cuius
domus synagogae erat contigua. Crispus autem praefectus 8
synagogae cum tota sua domo nomen dedit domino multi-
que Corinthiorum, qui audiebant, habebant fidem et lo-
tione sacra imbuebantur. Verum dominus per visum no- 9
ctu Paulo dixit: noli timere, sed loquere nec taceas,
quia ego tecum sum, neque quisquam manus tibi admove- 10
bit, ut male te tractet, quia in hac urbe multus mihi est
populus. Annum autem et sex menses doctrinam docens 11
divinam versatus est.
Gallione autem proconsule Achaiae Iudaei uno animo 12
contra Paulum surrexerunt eumque ad tribunal duxerunt
his verbis: hic contra legem nostram Deum colere homi- 13
nibus persuadet. Paulo autem os ad loquendum diductu- 14
ro Gallio ad Iudaeos dixit: si igitur iniuria quaedam erat
aut mala fraus, Iudaei, merito vos sustinerem; sin vero 15
quaestio est de doctrina et de nominibus vestraque lege,
ipsi videbitis; nam horum arbiter equidem esse nolo; 16
eosque a tribunali abegit. Graeci autem omnes So- 17

XVIII. Hinc iter suscipit Corinthum, ubi ab Aquila et Priscilla, qui, Claudio omnes Iudaeos Roma eiiciente, huc venerant, hospitio excipitur et singulis sabbati diebus in synagoga docet, qua in re a Sila et Timotheo, e Macedonia reversis, adiuvatur. Iudaeis rem chr. cum pertinacia repudiantibus, praefectus synagogae Christo dat nomen et Paulus viso, ut ibi docere pergat, confirmatus per annum et sex menses permanet. 1—11. Gallio proconsul Paulum a Iudaeis maligne accusatum tuetur. At So-

Σωσθένην τὸν ἀρχισυνάγωγον ἔτυπτον ἔμπροσθεν τοῦ
βήματος· καὶ οὐδὲν τούτων τῷ Γαλλίωνι ἔμελεν.
18 Ὁ δὲ Παῦλος ἔτι προςμείνας ἡμέρας ἱκανὰς τοῖς
ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος ἐξέπλει εἰς τὴν Συρίαν καὶ σὺν
αὐτῷ Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν
19 Κεγχρεαῖς· εἶχε γὰρ εὐχήν. Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον
κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ εἰςελθὼν εἰς τὴν
20 συναγωγὴν διελέχθη τοῖς Ἰουδαίοις. Ἐρωτώντων δὲ
αὐτῶν ἐπὶ πλείονα χρόνον μεῖναι παρ' αὐτοῖς, οὐκ ἐπέ-
21 νευσεν, ἀλλ' ἀπετάξατο αὐτοῖς εἰπών· Δεῖ με πάντως
τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα, πάλιν
δὲ ἀνακάμψω πρὸς ὑμᾶς τοῦ θεοῦ θέλοντος. Καὶ ἀνήχθη
22 ἀπὸ τῆς Ἐφέσου καὶ κατελθὼν εἰς Καισάρειαν ἀναβὰς
καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν κατέβη εἰς Ἀντιόχειαν
23 καὶ ποιήσας χρόνον τινὰ ἐξῆλθε διερχόμενος καθεξῆς τὴν
Γαλατικὴν χώραν καὶ Φρυγίαν ἐπιστηρίζων πάντας τοὺς
μαθητάς.
24 Ἰουδαῖος δέ τις Ἀπολλὼς ὀνόματι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ
γένει, ἀνὴρ λόγιος, κατήντησεν εἰς Ἔφεσον, δυνατὸς ὢν
25 ἐν ταῖς γραφαῖς. Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ
κυρίου καὶ ζέων τῷ πνεύματι ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκρι-
βῶς τὰ περὶ τοῦ κυρίου ἐπιστάμενος μόνον τὸ βάπτισμα
26 Ἰωάννου. Οὗτός τε ἤρξατο παῤῥησιάζεσθαι ἐν τῇ συν-
αγωγῇ. Ἀκούσαντες δὲ αὐτοῦ Ἀκύλας καὶ Πρίσκιλλα
προςελάβοντο αὐτὸν καὶ ἀκριβέστερον αὐτῷ ἐξέθεντο τὴν
27 τοῦ θεοῦ ὁδόν. Βουλομένου δὲ αὐτοῦ διελθεῖν εἰς τὴν
Ἀχαΐαν προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθη-
ταῖς ἀποδέξασθαι αὐτόν· ὃς παραγενόμενος συνεβάλετο
28 πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος. Εὐτόνως γὰρ
τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ ἐπιδεικνὺς διὰ
τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν.

ΚΕΦ. ΧΙΧ.

1 Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλὼ εἶναι ἐν Κορίνθῳ
Παῦλον διελθόντα τὰ ἀνωτερικὰ μέρη ἐλθεῖν εἰς Ἔφεσον.

XVIII, 24. al. Ἀπελλῆς s. Ἀπολλώνιος. 25. al. κατηχ. τὸν λόγον. ib. al. τὰ περὶ (τοῦ) Ἰησοῦ † s. Χριστοῦ. 26. al. post τὴν τ. θ. ὁδόν addunt: ἐν δὲ τῇ Ἐφέσῳ ἐπιδημοῦντές τινες Κορίνθιοι καὶ ἀκούσαντες αὐτοῦ παρεκάλουν διελθεῖν σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν πατρίδα αὐτῶν. Συγκατανεύσαντος δὲ αὐτοῦ οἱ Ἐφέσιοι ἔγραψαν τοῖς ἐν Κορίνθῳ μαθηταῖς, ὅπως ἀποδέξωνται τὸν ἄνδρα· ὃς ἐπιδημήσας εἰς τὴν Ἀχαΐαν πολὺ συνεβάλλετο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. XIX, 1. al. pro ἀνωτερικὰ l. ἀνατολικά. ib. al. κατελθεῖν.

sthenem praefectum synagogae comprehensum coram tribunali verberabant; nec quidquam horum Gallioni erat curae.

Paulus vero sat multos dies commoratus quum fra- 18
tribus valedixisset, in Syriam enavigabat cumque eo Pris-
cilla et Aquilas, qui Cenchreae caput sibi totonderat; sus-
ceperat enim votum. Ephesum autem delatus illos ibi re- 19
liquit; ipse vero synagogam ingressus cum Iudaeis est col-
locutus. Quibus rogantibus, ut diutius apud ipsos maneret, 20
non annuit, sed his verbis iis valedixit: oportet me omnino 21
festum instantem diem celebrare Hierosolyma ingressum,
sed iterum ad vos revertar Deo volente. Epheso nave so- 22
luta et Caesaream delatus adscendit et coetu, qui ibi erat,
salutato, Antiochiam descendit et aliquamdiu (ibi) versa- 23
tus exiit et peragrabat deinceps Galatiam terram et Phry-
giam omnes confirmans discipulos.

Iudaeus vero quidam Apollos nomine, patria Alexan- 24
drinus, vir eloquens, Ephesum devenit, in libris sacris ad-
modum versatus. Hic viam domini edoctus ac mente va- 25
lens verba faciebat et accurate, quae ad dominum perti-
nebant, docebat, quamquam tantum lotionem sacram Io-
hannis habebat cognitam. Hicce in sacro conventu libere 26
coepit loqui. Quem quum Aquila et Priscilla audivissent,
ei assumto accuratius domini viam exposuerunt. Qui 27
quum in Achaiam pervenire cuperet, fratres per litteras
hortati sunt asseclas (Christi), ut eum reciperent; qui de-
latus multum profuit (al. disseruit) fidelibus per gratiam.
Acriter enim Iudaeos redarguebat publice demonstrans per 28
libros sacros, Iesum esse Messiam.

CAP. XIX.

Factum autem est, ut, quum Apollos esset Corinthi, 1
Paulus, superioribus partibus peragratis, Ephesum veni-

---

sthenes, praefectus synagogae, pugnis caeditur. 12—17. In Syriam navigaturus cum Priscilla et Aquila Ephesum adit, unde petit Caesaream, Hierosolyma et Antiochiam. Tum in Asiam redux minorem Galatiam revisit ac Phrygiam. — Apollos Alexandrinus vir disertus Ephesi ab Aquila et Priscilla vera chr. doctrina imbutus in Achaia docet. 18—28.

XIX. Paulus adit Ephesum, ubi quosdam Iohannis discipulos,

2 Καὶ εὑρών τινας μαθητὰς εἶπε πρὸς αὐτούς· Εἰ πνεῦμα
ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; Οἱ δὲ εἶπον πρὸς αὐτόν·
3 Ἀλλ᾿ οὐδὲ, εἰ πνεῦμα ἅγιόν ἐστιν, ἠκούσαμεν. Εἰπέ τε
πρὸς αὐτούς· Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; Οἱ δὲ εἶπον·
4 Εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Εἶπε δὲ Παῦλος· Ἰωάννης
[μὲν] ἐβάπτισε βάπτισμα μετανοίας τῷ λαῷ λέγων, εἰς
τὸν ἐρχόμενον μετ᾿ αὐτὸν ἵνα πιστεύσωσι, τοῦτ᾿ ἔστιν,
5 εἰς τὸν [Χριστὸν] Ἰησοῦν. Ἀκούσαντες δὲ ἐβαπτίσθησαν
6 εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐπιθέντος αὐτοῖς
τοῦ Παύλου τὰς χεῖρας ἦλθε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ᾿
7 αὐτούς, ἐλάλουν τε γλώσσαις καὶ προεφήτευον. Ἦσαν
8 δὲ οἱ πάντες ἄνδρες ὡσεὶ δεκαδύο. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν
συναγωγὴν ἐπαῤῥησιάζετο ἐπὶ μῆνας τρεῖς διαλεγόμενος
9 καὶ πείθων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. Ὡς δέ τινες
ἐσκληρύνοντο καὶ ἠπείθουν κακολογοῦντες τὴν ὁδὸν ἐνώ-
πιον τοῦ πλήθους, ἀποστὰς ἀπ᾿ αὐτῶν ἀφώρισε τοὺς
μαθητὰς καθ᾿ ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ Τυ-
10 ράννου τινός. Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ ἔτη δύο, ὥστε πάν-
τας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀσίαν ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ
11 κυρίου Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας. Δυνάμεις τε οὐ τὰς
12 τυχούσας ἐποίει ὁ θεὸς διὰ τῶν χειρῶν Παύλου, ὥστε
καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς
αὐτοῦ σουδάρια ἢ σιμικίνθια καὶ ἀπαλλάσσεσθαι ἀπ᾿
αὐτῶν τὰς νόσους, τά τε πνεύματα τὰ πονηρὰ ἐκπο-
13 ρεύεσθαι. Ἐπεχείρησαν δέ τινες καὶ τῶν περιερχομένων
Ἰουδαίων ἐξορκιστῶν ὀνομάζειν ἐπὶ τοὺς ἔχοντας τὰ
πνεύματα τὰ πονηρὰ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ λέγον-
τες· Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὁ Παῦλος κηρύσσει.
14 Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ Ἰουδαίου ἀρχιερέως ἑπτὰ οἱ
15 τοῦτο ποιοῦντες. Ἀποκριθὲν δὲ τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν
εἶπε· Τὸν Ἰησοῦν γινώσκω καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι,
16 ὑμεῖς δὲ τίνες ἐστέ; Καὶ ἐφαλλόμενος ἐπ᾿ αὐτοὺς ὁ
ἄνθρωπος, ἐν ᾧ ἦν τὸ πνεῦμα τὸ πονηρὸν, καὶ κατα-
κυριεύσας αὐτῶν ἴσχυσε κατ᾿ αὐτῶν, ὥστε γυμνοὺς καὶ
17 τετραυματισμένους ἐκφυγεῖν ἐκ τοῦ οἴκου ἐκείνου. Τοῦτο
δὲ ἐγένετο γνωστὸν πᾶσιν Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι τοῖς
κατοικοῦσι τὴν Ἔφεσον καὶ ἐπέπεσε φόβος ἐπὶ πάντας
αὐτοὺς καὶ ἐμεγαλύνετο τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ.
18 Πολλοί τε τῶν πεπιστευκότων ἤρχοντο ἐξομολογούμενοι

XIX, 3. al. ὁ δὲ εἶπεν †. 10. al. τ. κυρ. Ἰησοῦ †. 12. al. ἀποφέρεσθαι †. ib. al. pro ἐκπορ. l. ἐξέρχεσθαι (ἀπ᾿ αὐτῶν †). 13. al. τινες ἀπὸ τῶν περιερχ †. ib. al. ὁρκίζομεν †. 16. al. κατακυριεῦσαν †. ib. al. ἀμφοτέρων ἴσχυσε †.

set. Qui quum discipulos quosdam deprehendisset, ad eos 2
dixit: an Spiritum sanctum accepistis, nomine Christo
dato? Illi vero ad eum dixerunt: sed ne audivimus qui-
dem, an Spiritus sanctus sit. Ad quos: quemnam in finem 3
igitur, inquit, lotionem sacram subiistis? Illi vero dixe-
runt: (eum in finem,) quem lotio sacra Iohannis specta-
bat. Verum Paulus: Iohannes, inquit, baptismo homines 4
ad mentem mutandam obstrinxit dicens populo, ut fidem
haberent ei qui post ipsum veniret, hoc est, Christo Iesu.
Quo audito lavacrum subierunt sacrum hac lege, ut nomen 5
domini Iesu profiterentur, et manibus a Paulo iis imposi- 6
tis Spiritus sanctus eos occupavit loquebanturque linguis
(sacro ducti furore) et vaticinabantur. Erant autem hi 7
omnes viri circiter duodecim. Synagogam vero ingressus 8
libere loquebatur per tres menses disputans et quae perti-
nent ad regnum Messianum, (iis) persuadens. Quum vero 9
quidam duri (pervicaces) redderentur nec obedirent viam
(quam monstrabat ad vitam beatam) conviciis proscinden-
tes coram hominum multitudine, ab iis digressus discipu-
los separavit quotidie colloquens in schola cuiusdam Ty-
ranni. Hoc autem factum est duos per annos, ita ut om- 10
nes, qui Asiam inhabitabant, doctrinam domini audirent,
et Iudaei et Graeci. Atque miracula haud exigua Deus per 11
manus Pauli edebat, ita ut sudariis et semicinctiis de eius 12
cute super aegrotos positis morbi ab iis removerentur im-
purique exirent daemones. Verum Iudaeorum quoque, qui 13
circumvagabantur, incantatorum quidam nomen domini,
ut opem ferret iis qui malis laborabant daemonibus, in-
vocare coeperunt his verbis: obtestor vos per Iesum, cu-
ius praeco Paulus est. Erant vero quidam filii Scevae Iu- 14
daei praefecti synagogae septem, qui id faciebant. Sed 15
malus daemon hunc in modum respondit: Iesum nosco et
Paulum scio, vos vero quinam estis? Et homo, in quo erat 16
malus daemon, quum in eos insiliisset, iis potitus praevaluit,
ita ut nudi et vulnerati ex illa domo aufugerent. Quod
quum omnibus et Iudaeis et Graecis, qui Ephesum habitabant, 17
innotuisset, eos omnes incessit timor magnisque laudibus
nomen domini Iesu celebrabant. Multi eorum, qui nomen 18

---

qui esse Sp. sanctum nesciunt, denuo lotione sacra imbuit, in synagoga docet, miracula edit eoque auctore, Iudaicis exorcistis male tractatis, libri magici igne delentur. Quae omnia in com-

19 καὶ ἀναγγέλλοντες τὰς πράξεις αὐτῶν. Ἱκανοὶ δὲ τῶν
τὰ περίεργα πραξάντων συνενέγκαντες τὰς βίβλους κα-
τέκαιον ἐνώπιον πάντων καὶ συνεψήφισαν τὰς τιμὰς αὐ-
20 τῶν καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. Οὕτω κατὰ
κράτος ὁ λόγος τοῦ κυρίου ηὔξανε καὶ ἴσχυεν!
21 Ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα, ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ
πνεύματι διελθὼν τὴν Μακεδονίαν καὶ Ἀχαΐαν πορεύε-
σθαι εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰπών· Ὅτι μετὰ τὸ γενέσθαι με
22 ἐκεῖ δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν. Ἀποστείλας δὲ εἰς τὴν
Μακεδονίαν δύο τῶν διακονούντων αὐτῷ, Τιμόθεον καὶ
23 Ἔραστον, αὐτὸς ἐπέσχε χρόνον εἰς τὴν Ἀσίαν. Ἐγένετο
δὲ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τάραχος οὐκ ὀλίγος περὶ τῆς
24 ὁδοῦ. Δημήτριος γάρ τις ὀνόματι, ἀργυροκόπος, ποιῶν
ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος παρείχετο τοῖς τεχνίταις ἐρ-
25 γασίαν οὐκ ὀλίγην. Οὓς συναθροίσας καὶ τοὺς περὶ τὰ
τοιαῦτα ἐργάτας εἶπεν· Ἄνδρες, ἐπίστασθε, ὅτι ἐκ ταύ-
26 της τῆς ἐργασίας ἡ εὐπορία ἡμῶν ἐστι, καὶ θεωρεῖτε
καὶ ἀκούετε, ὅτι οὐ μόνον Ἐφέσου, ἀλλὰ σχεδὸν πάσης
τῆς Ἀσίας ὁ Παῦλος οὗτος πείσας μετέστησεν ἱκανὸν
ὄχλον λέγων, ὅτι οὐκ εἰσὶ θεοὶ οἱ διὰ χειρῶν γινόμενοι.
27 Οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπε-
λεγμὸν ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς μεγάλης θεᾶς Ἀρτέμι-
δος ἱερὸν εἰς οὐδὲν λογισθῆναι, μέλλειν τε καὶ καθαι-
ρεῖσθαι τὴν μεγαλειότητα αὐτῆς, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ
28 οἰκουμένη σέβεται. Ἀκούσαντες δὲ καὶ γενόμενοι πλή-
ρεις θυμοῦ ἔκραζον λέγοντες· Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφε-
29 σίων! Καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη τῆς συγχύσεως· ὥρμη-
σάν τε ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον συναρπάσαντες Γάϊον
30 καὶ Ἀρίσταρχον Μακεδόνας συνεκδήμους Παύλου. Τοῦ
δὲ Παύλου βουλομένου εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον οὐκ εἴων
31 αὐτὸν οἱ μαθηταί. Τινὲς δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν ὄντες
αὐτῷ φίλοι πέμψαντες πρὸς αὐτὸν παρεκάλουν μὴ δοῦ-
32 ναι ἑαυτὸν εἰς τὸ θέατρον. Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι
ἔκραζον· ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη καὶ οἱ πλείους
33 οὐκ ᾔδεισαν, τίνος ἕνεκεν συνεληλύθεισαν. Ἐκ δὲ τοῦ
ὄχλου προεβίβασαν Ἀλέξανδρον προβαλλόντων αὐτὸν τῶν
Ἰουδαίων· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος κατασείσας τὴν χεῖρα ἤθελεν
34 ἀπολογεῖσθαι τῷ δήμῳ· ἐπιγνόντες δὲ ὅτι Ἰουδαῖός ἐστι,
φωνὴ ἐγένετο μία ἐκ πάντων ὡς ἐπὶ ὥρας δύο κραζόν-

XIX, 24. al. ἀργυροῦς ἴσως ὡς κιβώρια μικρά. 25. al. εὐπορία ὑμῶν †. 27. al. ἱερὸν Ἀρτέμιδος †. ib. al. τῆς μεγαλειότητος. 29. al. ἡ πόλις ὅλη συγχύσεως. ib. al. τοῦ Παύλου †. 33. al. προβαλόντων †. 34. al. ἐπιγνόντων †.

dederant Christo, veniebant confessum et declaratum quam
agendi rationem. Haud pauci autem eorum, qui res fe- 19
cerant supervacaneas, libros collatos coram omnibus com-
burebant, quorum pretiis computatis repererunt quinqua-
ginta millia argenti. Sic vi doctrina domini augebatur ac 20
valebat.

His confectis Paulus, Macedonia peragrata, atque 21
Achaia, Hierosolyma proficisci apud animum suum con-
stituit his verbis: postquam ibi fuero, oportet me Romam
quoque videre. Duobus autem, qui ei ministrabant, Timo- 22
theo et Erasto, in Macedoniam ablegatis, ipse aliquamdiu
permansit in Asia. Illo vero tempore haud exiguus de via, 23
quam monstrabat (ad salutem pertingendam), exstitit tumul-
tus. Quidam enim Demetrius nomine, faber argentarius, 24
aediculas fabricans Dianae argenteas haud exiguum artifici-
bus praestabat quaestum. His aliisque eiusmodi rerum opi- 25
ficibus congregatis, dixit: viri, scitis, ex opificio nos no-
strum quaestum facere, et videtis atque auditis, non solum 26
Ephesi, sed in tota fere Asia hunc Paulum permultos per-
suadendo avertisse dicentem, nullos esse Deos, qui manu
fabricentur. Non solum autem hoc est periculum, ne hic 27
quaestus noster in contemtum abeat, sed etiam magnae
Deae Dianae templum pro nihilo habeatur ac futurum sit,
ne plane aboleatur maiestas eius, quam universa Asia or-
bisque terrarum veneratur. Quo audito et ira pleni hunc 28
in medium clamarunt: magna est Diana Ephesiorum! Et 29
tota urbs plena erat rerum perturbatione et Caio et Aristar-
cho Macedonibus, comitibus Pauli, correptis, uno animo 30
ruebant in theatrum. Paulum vero ingredi cupientem ad
populum non sinebant discipuli. Quidam autem Asiarcha- 31
rum quoque ei amici, missis ad eum, hortabantur, ne in
theatrum se daret. Alii igitur aliud quid clamabant; erat 32
enim turba confusa et plerique nesciebant, qua de caussa
confluxissent. Ex hac autem hominum turba protraxerunt 33
Alexandrum, praeiicientibus eum Iudaeis; qui Alexander,
silentio manu indicto, apud populum se defendere volebat;
at cognito, eum esse Iudaeum, una ex omnibus duas fere 34
horas clamantibus vox est emissa: magna est Diana Ephe-

---

modum rei chr. cedunt. 1—20. Timotheus cum Erasto, Paulo Hierosolyma profecturo, in Macedoniam mittitur. At malis Demetrii artibus, qui apostolum ubique terrarum Dianae cultum

35 τον· Μεγάλη ἡ Ἄρτεμις Ἐφεσίων! Καταστείλας δὲ ὁ
γραμματεὺς τὸν ὄχλον φησίν· Ἄνδρες Ἐφέσιοι, τίς γάρ
ἐστιν ἄνθρωπος, ὃς οὐ γινώσκει τὴν Ἐφεσίων πόλιν νεω-
κόρον οὖσαν τῆς μεγάλης Ἀρτέμιδος καὶ τοῦ Διοπετοῦς;
36 Ἀναντιῤῥήτων οὖν ὄντων τούτων δέον ἐστὶν ὑμᾶς κατε-
σταλμένους ὑπάρχειν καὶ μηδὲν προπετὲς πράττειν.
37 Ἠγάγετε γὰρ τοὺς ἄνδρας τούτους οὔτε ἱεροσύλους οὔτε
38 βλασφημοῦντας τὴν θεὸν ὑμῶν. Εἰ μὲν οὖν Δημήτριος
καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τεχνῖται ἔχουσι πρός τινα λόγον, ἀγό-
ραιοι ἄγονται καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν· ἐγκαλείτωσαν ἀλλή-
39 λοις· εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκ-
40 κλησίᾳ ἐπιλυθήσεται. Καὶ γὰρ κινδυνεύομεν ἐγκαλεῖσθαι
στάσεως περὶ τῆς σήμερον, μηδενὸς αἰτίου ὑπάρχοντος,
περὶ οὗ δυνησόμεθα ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς
ταύτης. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπέλυσε τὴν ἐκκλησίαν.

ΚΕΦ. XX.

1 Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον προσκαλεσάμε-
νος ὁ Παῦλος τοὺς μαθητὰς καὶ ἀσπασάμενος ἐξῆλθε
2 πορευθῆναι εἰς τὴν Μακεδονίαν. Διελθὼν δὲ τὰ μέρη
ἐκεῖνα καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς λόγῳ πολλῷ ἦλθεν εἰς
3 τὴν Ἑλλάδα· ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, γενομένης αὐτῷ
ἐπιβουλῆς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων μέλλοντι ἀνάγεσθαι εἰς
τὴν Συρίαν ἐγένετο γνώμη τοῦ ὑποστρέφειν διὰ Μακε-
4 δονίας. Συνείπετο δὲ αὐτῷ ἄχρι τῆς Ἀσίας Σώπατρος
Πύῤῥου, Βεροιαῖος, Θεσσαλονικέων δὲ Ἀρίσταρχος καὶ
Σεκοῦνδος καὶ Γάϊος Δερβαῖος καὶ Τιμόθεος, Ἀσιανοὶ
5 δὲ Τύχικος καὶ Τρόφιμος. Οὗτοι προελθόντες ἔμενον
6 ἡμᾶς ἐν Τρωάδι. Ἡμεῖς δὲ ἐξεπλεύσαμεν μετὰ τὰς ἡμέ-
ρας τῶν ἀζύμων ἀπὸ Φιλίππων καὶ ἤλθομεν πρὸς αὐ-
τοὺς εἰς τὴν Τρωάδα ἄχρις ἡμερῶν πέντε, οὗ διετρίψα-
7 μεν ἡμέρας ἑπτά. Ἐν δὲ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων συν-
ηγμένων ἡμῶν κλάσαι ἄρτον ὁ Παῦλος διελέγετο αὐτοῖς
μέλλων ἐξιέναι τῇ ἐπαύριον· παρέτεινέ τε τὸν λόγον μέχρι
8 μεσονυκτίου. Ἦσαν δὲ λαμπάδες ἱκαναὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ,
9 οὗ ἦμεν συνηγμένοι. Καθήμενος δέ τις νεανίας ὀνόματι

XIX, 35. θεᾶς Ἀρτέμιδος †. 37. al. τὴν θεὰν † s. τὸν θεόν. ib. al. pro ὑμῶν l. ἡμῶν †. 38. al. πρός τινα λόγον ἔχουσι †. ib. al. ἀγοραῖοι †. 40. al. οὐ οὗ †· Bornem. coni. ποῦ et περὶ τῆς συστροφῆς. ib. al. δοῦναι † XX, 1. al. μεταπεμψάμενος ὁ Π. 4. al. Σωσίπατρος l. al. Πύῤῥου induount. ib. al. Τυχικός. 7. al. τῶν μαθητῶν τοῦ κλάσαι †. 8. al. pro ἦμεν l. ἦσαν †. 9. al. καθεζόμενος.

siorum! Scriba autem quum populum placasset, dixit: 35
Ephesii, quisnam est homo, qui nesciat urbem Ephesinam
cultricem esse assiduam magnae Dianae eiusque simulacri
coelitus delapsi? His igitur extra controversiam positis 36
convenit, vos esse placatos neque quidquam agere praecipi-
tanter! Adduxistis enim viros hos neque sacrilegos neque 37
impie in deam vestram loquentes. Si igitur Demetrius eius- 38
que socii artifices causam adversus aliquem habent; habentur
conventus forenses et proconsules sunt; causam inter se
disceptent; sin vero quid de aliis rebus inquiritis, in legi- 39
tima concione dissolvetur. Etenim veremur, ne propter ho- 40
diernum diem seditionis accusemur, quum nulla eius causa
adsit, cuius rationem reddere poterimus (nempe,) huius
rerum perturbationis. Quibus dictis concionem absolvit.

CAP. XX.

Post sedatum tumultum Paulus convocatis discipulis 1
valedixit et egressus est, ut in Macedoniam proficisceretur.
Peragratis vero istis regionibus multisque verbis eos (Chri- 2
stianos) cohortatus venit in Graeciam, ubi per tres menses 3
versatus, insidiis a Iudaeis ei structis, quum in eo esset, ut
Syriam nave peteret, consilium cepit revertendi per Mace-
doniam. Comitabantur autem eum usque in Asiam Sopater 4
filius Pyrrhi, Beroeensis, Thessalonicensium vero Aristar-
chus et Secundus et Caius Derbensis et Timotheus, Asiani
vero Tychicus et Trophimus. Hi praegressi manebant nos 5
Troade. Nos vero quum post ferias paschales Philippis 6
enavigassemus, die quinto Troadem ad eos venimus, ubi
septem dies consumsimus. Primo vero hebdomadis die nobis 7
ad panem frangendum congregatis, Paulus postridie exitu-
rus cum iis sermones conferebat sermonemque ad mediam
usque noctem continuavit. Lucernae autem sat multae 8
erant in superiore aedium parte, ubi eramus congregati.
Quidam vero adolescens nomine Eutychus sedens in fenestra, 9

---

abrogare accusat, magna oritur plebis ac turbulenta seditio, cui
tamen scriba publicus finem imponit. 21—40.
XX. Paulus per Macedoniam in Graeciam profectus revertitur
in Macedoniam et cum Luca, nave Philippis soluta, Troadem

Εὔτυχος ἐπὶ τῆς θυρίδος καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ,
διαλεγομένου τοῦ Παύλου ἐπὶ πλεῖον, κατενεχθεὶς ἀπὸ
τοῦ ὕπνου ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου κάτω καὶ ἤρθη
10 νεκρός. Καταβὰς δὲ ὁ Παῦλος ἐπέπεσεν αὐτῷ καὶ συμ-
περιλαβὼν εἶπε· Μὴ θορυβεῖσθε· ἡ γὰρ ψυχὴ αὐτοῦ
11 ἐν αὐτῷ ἐστιν. Ἀναβὰς δὲ καὶ κλάσας ἄρτον καὶ γευ-
σάμενος, ἐφ᾽ ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς οὕτως
12 ἐξῆλθεν. Ἤγαγον δὲ τὸν παῖδα ζῶντα καὶ παρεκλήθη-
13 σαν οὐ μετρίως. Ἡμεῖς δὲ προελθόντες ἐπὶ τὸ πλοῖον
ἀνήχθημεν εἰς τὴν Ἄσσον ἐκεῖθεν μέλλοντες ἀναλαμβά-
νειν τὸν Παῦλον· οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος μέλλων
14 αὐτὸς πεζεύειν. Ὡς δὲ συνέβαλεν ἡμῖν εἰς τὴν Ἄσσον,
15 ἀναλαβόντες αὐτὸν ἤλθομεν εἰς Μιτυλήνην κἀκεῖθεν
ἀποπλεύσαντες τῇ ἐπιούσῃ κατηντήσαμεν ἀντικρὺ Χίου.
Τῇ δὲ ἑτέρᾳ παρεβάλομεν εἰς Σάμον καὶ μείναντες ἐν
16 Τρωγυλλίῳ τῇ ἐχομένῃ ἤλθομεν εἰς Μίλητον. Ἔκρινε
γὰρ ὁ Παῦλος παραπλεῦσαι τὴν Ἔφεσον, ὅπως μὴ γένη-
ται αὐτῷ χρονοτριβῆσαι ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἔσπευδε γάρ, εἰ
δυνατὸν ἦν αὐτῷ, τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς γενέσθαι
εἰς Ἱεροσόλυμα.
17 Ἀπὸ δὲ τῆς Μιλήτου πέμψας εἰς Ἔφεσον μετεκα-
18 λέσατο τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. Ὡς δὲ παρε-
γένοντο πρὸς αὐτὸν, εἶπεν αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἐπίστασθε,
ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἀφ᾽ ἧς ἐπέβην εἰς τὴν Ἀσίαν, πῶς
19 μεθ᾽ ὑμῶν τὸν πάντα χρόνον ἐγενόμην δουλεύων τῷ
κυρίῳ μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ δακρύων καὶ
20 πειρασμῶν τῶν συμβάντων μοι ἐν ταῖς ἐπιβουλαῖς τῶν
Ἰουδαίων· ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην τῶν συμφερόντων,
τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν καὶ διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ
21 κατ᾽ οἴκους, διαμαρτυρόμενος Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι
τὴν εἰς τὸν θεὸν μετάνοιαν καὶ πίστιν τὴν εἰς τὸν κύριον
22 ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Καὶ νῦν, ἰδού! ἐγὼ δεδεμένος
τῷ πνεύματι πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ τὰ ἐν αὐτῇ
23 συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς, πλὴν ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ
ἅγιον κατὰ πόλιν διαμαρτύρεταί μοι λέγον, ὅτι δεσμά με
24 καὶ θλίψεις μένουσιν. Ἀλλ᾽ οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι
οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ, ὡς τελειῶσαι
τὸν δρόμον μου μετὰ χαρᾶς καὶ τὴν διακονίαν ἣν ἔλαβον
παρὰ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ, διαμαρτύρασθαι τὸ εὐαγγέλιον
25 τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ. Καὶ νῦν, ἰδού! ἐγὼ οἶδα, ὅτι

XX, 13. al. προσελθόντες. 15. τῇ δὲ καὶ μείναντες †. 16. al.
κεκρίκει †. 19. al. πολλῶν δακρύων †. 23. al. μοι excludunt. 24.
al. δεσμά καὶ θλίψεις με †.

alto somno oppressus, Paulo diutius disserente, vi soporis
decidit a tertia contignatione sublatusque est mortuus.
Paulus vero quum descendisset, ei incubuit eumque am- 10
plexus dixit: nolite perturbari; nam anima in eo est. Quum 11
vero adscendisset et panem fractum comedisset, satis diu
ad diluculum usque collocutus, sic est egressus. Puerum 12
autem duxerunt vivum nec mediocriter recreati sunt. Nos 13
vero ad navigium progressi Assum navigavimus illinc
Paulum recepturi; sic enim constituerat ipse pedibus iter
facturus. Quum vero Assi (Assum ingressus) nobiscum 14
esset congressus, eo recepto venimus Mitylenen atque illinc
quum enavigassemus, sequenti die e regione Chii devenimus.
Postero autem die ad Samum appulimus et Trogyllii morati 15
postridie Miletum venimus. Decreverat enim Paulus Ephe- 16
sum praeternavigare, ne in Asia tempus tereret; prope-
rabat enim, ut, si fieri posset, die Pentecostes veniret
Hierosolyma.

A Mileto autem missis Ephesum seniores ecclesiae 17
evocavit. Quum vero ad eum venissent, dixit iis: vos 18
corrupti sunt: nemo recte agit ne unus quidem: sepul- 12
crum apertum guttur eorum, linguis suis dolose loquun- 13
tur, venenum viperinum sub labiis eorum, quorum os di- 14
ris et acerbitate scatet: celeritate valent pedes eorum ad 15
sanguinem effundendum, contritio et miseria in viis eorum 16

---

cit, et Iudaei, maioribus Dei ornati beneficiis, gravioribus etiam sese contaminarunt peccatis. II, 1—29.

III. Verissimum est; non licet Iudaeis ad iura quaedam praecipua (oracula div. ipsis concredita) provocare, quoniam eandem, immo maiorem, sustinent culpam (id quod apostolus sat multis

17 καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν· οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ
18 ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.“ Οἴδαμεν δέ, ὅτι ὅσα
19 ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ, ἵνα πᾶν στόμα
φραγῇ καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ.
20 Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ
ἐνώπιον αὐτοῦ· διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας.

21 Νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφανέρωται
22 μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, δι-
καιοσύνη δὲ θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς πάν-
τας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. Οὐ γάρ ἐστι
23 διαστολή. Πάντες γὰρ ἥμαρτον καὶ ὑστεροῦνται τῆς
24 δόξης τοῦ θεοῦ δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι
25 διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃν προέ-
θετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ
αἵματι, εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ διὰ τὴν πάρε-
26 σιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ
θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν
καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ
27 πίστεως Ἰησοῦ. Ποῦ οὖν ἡ καύχησις; Ἐξεκλείσθη.
Διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; Οὐχί, ἀλλὰ διὰ νόμου
28 πίστεως· λογιζόμεθα γὰρ δικαιοῦσθαι πίστει ἄνθρωπον
29 χωρὶς ἔργων νόμου. Ἢ Ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον; οὐχὶ
30 καὶ ἐθνῶν; Ναὶ καὶ ἐθνῶν. Ἐπείπερ εἷς ὁ θεός, ὃς
δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως καὶ ἀκροβυστίαν διὰ
31 τῆς πίστεως. Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως;
Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν.

ΚΕΦ. IV.

1 Τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρη-
2 κέναι κατὰ σάρκα; Εἰ γὰρ Ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη,
3 ἔχει καύχημα, ἀλλ᾽ οὐ πρὸς τὸν θεόν. Τί γὰρ ἡ γραφὴ
λέγει; „Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ θεῷ καὶ ἐλογίσθη
4 αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.“ Τῷ δὲ ἐργαζομένῳ ὁ μισθὸς οὐ
5 λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ ὀφείλημα, τῷ δὲ μὴ

III, 26. πρὸς τὴν ἔνδειξιν. 28. al. λογιζ. οὖν πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον †. 29. al. οὐχὶ δὲ καὶ †. 30. al. εἴπερ εἷς ὁ θεὸς †. 31. al. ἱστάνομεν † s. συνιστῶμεν s. συνιστάνομεν. IV, 1. al. εὑρηκέναι Ἀβρ. τὸν πατέρα ἡμῶν †. 4. al. κατὰ τὸ ὀφείλημα †.

et viam, quae ad vitam ducit beatam, non norunt: nulla 17
Dei reverentia oculis eorum obversatur *)." Novimus autem, 18
quaecunque lex dicit, dicere iis qui lege tenentur, ut 19
quodvis os obmutescat ac totus mundus Deo iudice causa
cadat. Quare ex factis legi consentaneis nullus homo pro- 20
babitur coram eo; nam per legem cognitio peccati (efficitur).

Nunc vero sine lege iustitia Dei manifestata est, te- 21
stata lege et vatibus sacris, iustitia autem Dei per fidem 22
in Iesu Christo collocatam, ut omnes ea potiantur atque
omnes, qui fidem habent, fruantur. Nullum enim est dis-
crimen. Omnes enim peccarunt carentque favore divino, 23
qui immerito probantur gratia eius per redemtionem a Iesu 24
Christo factam, quem Deus expiatorem (al. victimam piacu- 25
larem) destinavit per fiduciam in sanguine eius (morte
cruenta) collocandam, ut iustitiam (al. clementiam) suam
manifestaret, propter condonationem peccatorum ante com- 26
missorum pro ea, quae in Deo est, indulgentia, ad iusti-
tiam suam hoc (nostro) tempore demonstrandam, ut iustus
(clemens) esset et iustum declararet eum, qui fiduciam poneret
in Iesu. Ubinam igitur gloriatio? Exclusa est. Per (qua- 27
lem) quamnam legem? quae facta efflagitat? Minime, sed
per legem, quae fidem efflagitat; statuimus enim, fide hominem 28
Deo probari sine factis legi (cuidam) congruis. An Iudaeorum 29
Deus tantum? nonne etiam gentilium? Profecto etiam genti-
lium; siquidem unus est Deus, qui circumcisionem (Iudaeos) 30
propter fidem et praeputium (paganos) per fidem favore suo
dignabitur. Legem igitur antiquamus per (hanc) fidem? Absit 31
a me; sed legem stabilimus (auctoritatem legis defendimus).

CAP. IV.

Quid igitur dicemus Abrahamo patri nostro, si exter- 1
nam conditionem respicimus, contigisse? Nam si Abraha- 2
mus propter facta probatus est, habet gloriandi materiem,
sed non apud Deum. Quid enim scriptura sacra dicit? 3
**) „Fidem vero habuit Abrahamus Deo eique imputata est,
ita, ut pro perfecta haberetur pietate." Verum operario merces 4
non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum,
qui autem non est operarius, sed fidem ponit in eo, qui 5

*) Ps. XIV, 2. 3. V, 10. CXL, 4. X, 17. Ies. LIX, 7. 8. Ier. IV, 22. Ps. XXXVI, 2. **) Gen. XV, 6.

V. T. locis probat). Hinc igitur efficitur, et Iudaeos, qui legi scriptae, et Gentiles, qui legi a natura datae nullo modo satisfecerunt, non nisi per fidem in Christo positam, qui morte sua peccata hominum expiavit, Deo posse probari. 1—30.

ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ,
6 *λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. Καθάπερ καὶ*
Δαυὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ θεὸς
7 *λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων· „Μακάριοι, ὧν ἀφέ-*
θησαν αἱ ἀνομίαι καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι·
8 *μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν.“*
9 *Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν ἢ καὶ ἐπὶ*
τὴν ἀκροβυστίαν; Λέγομεν γὰρ, ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ
10 *ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. Πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περι-*
τομῇ ὄντι ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; Οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ᾽ ἐν
11 *ἀκροβυστίᾳ. Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς σφραγῖδα τῆς*
δικαιοσύνης τῆς πίστεως τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ
εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι᾽ ἀκρο-
βυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὴν δικαιοσύνην,
12 *καὶ πατέρα περιτομῆς, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον,*
ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ
13 *πίστεως τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. Οὐ γὰρ διὰ νόμου*
ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κλη-
ρονόμον αὐτὸν εἶναι κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης
14 *πίστεως. Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, κεκένωται ἡ*
15 *πίστις καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία· ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν*
κατεργάζεται· οὗ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις
16 *Διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι*
βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ
τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραὰμ, ὅς
17 *ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν· (καθὼς γέγραπται· „Ὅτι πα-*
τέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε·“) κατέναντι οὗ ἐπίστευ-
σε θεοῦ τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς καὶ καλοῦντας
18 *τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. Ὃς παρ᾽ ἐλπίδα ἐπ᾽ ἐλπίδι ἐπί-*
στευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν,
19 *(κατὰ τὸ εἰρημένον· „Οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου·“)*
καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ
σῶμα ἤδη νενεκρωμένον ἑκατονταέτης που ὑπάρχων καὶ
20 *τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάῤῥας, εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν*

IV, 11. al. *περιτομήν* †. 12. al. *τ. ἴχνυσιν τῆς πίστεως τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ* †. 13. al. *εἶναι τοῦ κόσμου* †. 15. al. *οὐ δὲ γὰρ* †. 18. al. *οὕτως — τ. σπ. σου, ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὸ ἄμμον τῆς θαλάσσης.* 19. al. *ἐν τῇ πίστει.*

impium iustum declarat, ei fides sua imputatur eo effectu,
ut pro pietate omnibus numeris absoluta habeatur. Quem- 6
admodum etiam Davides beatum praedicat eum hominem,
cui Deus (fidem) imputat ita, ut pro exacta virtute habea-
tur sine factis: *) „beati, quorum male facta remissa et quo- 7
rum peccata condonata sunt; beatus vir, cui dominus pec- 8
catum non imputat.“ Haec igitur beatitudinis praedicatio 9
utrum ad circumcisionem (Iudaeos) an etiam ad praeputium
(gentiles) pertinet? Dicimus enim, imputatam esse Abra-
hamo fidem, quam habebat, ita, ut pro absoluta haberetur
pietate. Quomodo igitur imputata est? quum circumcisus 10
esset an praeputium haberet? Non quum circumcisus esset,
sed praeputium gereret. Et signum circumcisionis accepit 11
pignus propitiae Dei voluntatis propter fidem quam praepu-
tium gerens habuit, ut pater esset omnium qui fidem habent
praeputiati, ut et ipsi favore ornentur divino, et pater cir- 12
cumcisionis (Iudaeorum), non solum iis qui sunt e circumcisis,
sed etiam iis qui insistunt vestigiis fidei patris Abrahami
quam praeputiatus habuit. Nam non legis beneficio pro- 13
missio contigit Abrahamo aut eius posteritati, ut haeres
esset orbis terrarum, sed beneficio fidei, qua favorem divi-
num est consecutus. Si enim, qui legi obediunt, haeredes 14
sunt, vi sua privata est fides illa (quam A. habuit Deo)
atque irrita fuit illa promissio; nam lex iram efficit; ubi 15
enim non est lex, nec migratio (legis). Hanc ob causam 16
ex fide nascitur, ut ex (Dei) benignitate contingat, ut
rata sit promissio toti posteritati, non solum ei, quae lege
utitur, sed etiam ei, quae fidem imitatur Abrahami, qui
omnium nostrum pater est, (quemadmodum relatum legitur: 17
**) „patrem multorum populorum te constitui;“) Deo iudice,
cui fidem habuit, qui mortuos vita donat et qui ad felici-
tatem Messianam vocat (nondum) natos pariter atque eos,
qui iam nati sunt. Qui, quum spem non haberet, spe 18
plenus confisus est, fore, ut pater esset multorum popu-
lorum, (secundum effatum illud: „sic erit posteritas tua;“) 19
et, fide non debilitata, suum ipsius corpus emortuum non
respexit, quamquam centum fere annos erat natus, et ute-
rum Sarae effoetum, sed promissionem quod attinet, non 20

*) Ps. XXII, init. **) Gen. XVII, 5.

IV. Haec est nova illa salutem consequendi ratio a Deo per Christum instituta. A sola fide autem pendere salutem, iam probari potest vita Abrahami, qui nondum circumcisus neque obsequio legi praestito, sed sola fide favorem Dei est consecutus et Iudaeis et Gentilibus exemplum fidei praeivit 1—25.

τοῦ θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ
21 πίστει δοὺς δόξαν τῷ θεῷ καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι ὃ
22 ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. Διὸ καὶ ἐλογίσθη
23 αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. Οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον,
24 ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογί-
ζεσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν
25 κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώ-
ματα ἡμῶν καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

ΚΕΦ. Ε.

1 Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχομεν πρὸς
2 τὸν θεὸν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ
καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν
ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν, καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς
3 δόξης τοῦ θεοῦ. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν
ταῖς θλίψεσιν εἰδότες, ὅτι ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργά-
4 ζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα, ἡ
5 δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει· ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐκκέχυ-
ται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δο-
6 θέντος ἡμῖν. Ἔτι γὰρ Χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν
7 κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. Μόλις γὰρ ὑπὲρ
δικαίου τὶς ἀποθανεῖται· ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τὶς
8 καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. Συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην
εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν Χρι-
9 στὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. Πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιω-
θέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ
10 ἀπὸ τῆς ὀργῆς. Εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ
θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον
11 καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Οὐ μόνον
δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ θεῷ διὰ τοῦ κυρίου
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν
ἐλάβομεν.

12 Διὰ τοῦτο ὥςπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς
τὸν κόσμον εἰςῆλθε καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος·
καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν,

IV, 25. al. εἰς δικαιοσύνην. V, 1. al. ἔχωμεν †. 6. al. ἀσθενῶν ἔτι. 11. al. καυχώμεθα. 12. al. ὁ θάνατος εἰςῆλθεν.

haerebat diffidendo, sed fiduciam probavit firmissimam glo-
riam Deo concedens plenamque habens fidem, eum quod 21
promisit, etiam efficere posse. Quare etiam in absolutam 22
pietatem ei est imputatum. At non propter eum solum 23
literis mandatum est, ei esse imputatum, sed etiam propter 24
nos, quibus imputaturus est, qui fiduciam collocamus in
eo, qui Iesum dominum nostrum e mortuis resuscitavit,
qui ob peccata nostra (morti) traditus est et ob absolu- 25
tionem (i. e. ut remissio peccatorum et favor div. nobis
contingeret) excitatus (ab inferis).

CAP. V.

Culpa igitur propter fidem absoluti Deum nobis habe- 1
mus propitium per dominum nostrum Iesum Christum, per 2
quem etiam aditum habuimus propter fidem in hac gratia
collocatam, in qua perstitimus et gloriamur de spe vitae
beatae a Deo percipiendae. At non solum, sed gloriamur 3
etiam de calamitatibus probe scientes, calamitatem efficere
constantiam, constantiam autem probitatem, probitatem 4
autem spem, spem autem non fallere, quoniam amor Dei 5
effusus animis nostris inest per Spiritum sanctum nobis
datum. Nobis enim adhuc imbecillibus (al. peccatis in- 6
dulgentibus) Christus opportuno tempore pro impiis mor-
tuus est. Vix enim pro viro iusto quisquam morietur; 7
pro bono enim fortasse tamen sustinebit mori. Illustra- 8
vit autem suum in nos amorem Deus, quod nobis ad-
huc peccantibus Christus pro nobis mortuus est. Multo 9
igitur magis veniam peccatorum iam consecuti per mortem
eius cruentam servabimur per eum ab illa ira (a poenis).
Si enim hostes (improbi) Deo per mortem filii eius re- 10
conciliati sumus, multo magis reconciliati servabimur, quum
ille vivit. At non solum, sed etiam tales, qui de favore 11
divino gaudent, salvi erimus per dominum nostrum Ie-
sum Christum, per quem nunc reditus in gratiam nobis
patefactus est.

Hanc ob causam uti per unum hominem peccatum 12
mundum intravit et per peccatum mors: et sic ad om-
nes homines pervenit propterea, quod omnes peccarunt.

V. Idem cadit in Christianos, qui sola fide in Christo posita propitium habere possunt Deum, qui gratia et amore ductus per Iesum, unicum verae salutis, inprimis morte sua expiatoria, auctorem (cum quo comparatur Adamus auctor peccati ac mor-

13 ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν
14 κόσμῳ, ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου·
ἀλλ' ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως
καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς
15 παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος. Ἀλλ'
οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. Εἰ γὰρ
τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ
μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ
τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς
16 ἐπερίσσευσε. Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ
δώρημα. Τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ
δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα.
17 Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε
διὰ τοῦ ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χά-
ριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες ἐν
18 ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄρα
οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους
εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας
19 ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Ὥςπερ γὰρ διὰ τῆς
παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν
οἱ πολλοί· οὕτω καὶ διὰ ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατα-
20 σταθήσονται οἱ πολλοί. Νόμος δὲ παρειςῆλθεν, ἵνα
πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. Οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία,
21 ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, ἵνα ὥςπερ ἐβασίλευσεν ἡ
ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτω καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ
διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ
τοῦ κυρίου ἡμῶν.

ΚΕΦ. VI.

1 Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ
2 χάρις πλεονάσῃ; Μὴ γένοιτο· οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ
3 ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι
ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον
4 αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; Συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ
βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥςπερ ἠγέρθη Χρι-

V, 13. al. ἡ ἁμαρτία. 14. al. Μωσέως †. ib. al. ἐπὶ τοὺς ἁμαρτήσαντας. 16. al. ἁμαρτήματος †. 17. al. ἐν ἑνὶ † s. ἐν τῷ ἑνί 18. al. τ. παράπτωμα et τ. δικαίωμα. VI, 1. al. ἐπιμένωμεν s. ἐπιμείνωμεν s. ἐπιμένομεν. 2. al. ζήσωμεν.

Nam usque ad legem peccatum erat in mundo; sed pec- 13
catum, si lex non adest, non imputatur: sed regiam po- 14
testatem exercuit mors ab Adamo usque ad Mosen etiam
in eos, qui non simili modo, quo Adamus, qui imago est
rei futurae, peccarunt. Sed non uti peccatum, sic etiam 15
beneficium. Si enim unius peccato omnes mortui sunt,
multo magis gratia divina et beneficium, quod gratis per
unum hominem Iesum Christum contigit, ad omnes red-
undavit. Nec quemadmodum per unum qui peccaverat (pec- 16
catum et mors invaluit), beneficium, quod dixi, (nobis
contingit). Iudicium enim propter unum valuit ad con-
demnationem, sed beneficium propter multa peccata ad vi-
tam beatam. Si enim unius, quem dixi, peccato mors per 17
unum illum regnavit, multo magis ii, qui maximam gra-
tiam et (summum) beneficium in venia peccatorum conspi-
cuum [accipiunt,] in vita aeterna regnabunt per unum il-
lum Iesum Christum. Itaque ergo quemadmodum per unius 18
peccatum res omnibus hominibus valuit ad condemnatio-
nem, sic etiam per unius perfectam virtutem res omnibus
hominibus valet ad gratiam divinam, quae vitam beatam
largitur. Uti enim per inobedientiam illius unius hominis 19
peccatores constituti sunt omnes: sic etiam per obedien-
tiam illius unius iusti constituentur (declarabuntur) omnes.
Lex vero insuper accessit, ut augeretur peccatum. Ubi 20
autem auctum erat peccatum, abunde contigit gratia, ut,
quemadmodum vim suam exseruit peccatum per mortem, 21
sic etiam gratia vim suam exsereret per veniam peccato-
rum, quae valet ad vitam aeternam, per Iesum Christum
dominum nostrum.

CAP. VI.

Quid igitur dicemus? an perseverabimus in peccato, 1
ut gratia, quam dixi, augeatur? Absit a me; qui peccato 2
mortui sumus (renuntiavimus), quomodo adhuc in eius po-
testate vivemus? an nescitis, quotquot lavacro sacro im- 3
mersi sumus, ut Christum Iesum profiteremur, immersos
esse, ut mortem eius subiremus? Sepulti igitur sumus cum 4
eo per baptismum ad mortem eius subeundam, ut, quem-

---

tis,) omnibus hominibus veniam peccatorum et vitam beatam largiri voluit. (Additur, quem in finem lex Mos. data sit et quid effecerit.) 1—21.

VI. A gratia igitur et fide omnia pendent. Quod vero non ita

στὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ
5 ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. Εἰ γὰρ σύμ-
φυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ
6 καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα· τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ
παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ
τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ
7 ἁμαρτίᾳ. Ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρ-
8 τίας. Εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν, ὅτι
9 καὶ συζήσομεν αὐτῷ, εἰδότες, ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ
νεκρῶν οὐκέτι ἀποθνήσκει· θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυρι-
10 εύει. Ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ,
11 ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ θεῷ. Οὕτω καὶ ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς
νεκροὺς μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν Χριστῷ
12 Ἰησοῦ. Μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ
ὑμῶν σώματι εἰς τὸ ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ,
13 μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρ-
τίᾳ· ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ θεῷ ὡς ἐκ νεκρῶν
ζῶντας, καὶ τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ.
14 Ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει· οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον,
15 ἀλλ᾽ ὑπὸ χάριν. Τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν
16 ὑπὸ νόμον, ἀλλ᾽ ὑπὸ χάριν; Μὴ γένοιτο. Οὐκ οἴδατε,
ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοὴν, δοῦλοί
ἐστε ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον ἢ ὑπακοῆς
17 εἰς δικαιοσύνην; Χάρις δὲ τῷ θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς
ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε
18 τύπον διδαχῆς. Ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας
19 ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. (Ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν
ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν.) Ὥςπερ γὰρ παρεστήσατε
τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ εἰς
τὴν ἀνομίαν· οὕτω νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα
20 τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἁγιασμόν. Ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς
21 ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. Τίνα οὖν καρ-
πὸν εἴχετε τότε, ἐφ᾽ οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος
22 ἐκείνων θάνατος. Νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρ-

VI, 8. al. πιστεύωμεν. ib. al. συζήσομεν τῷ Χριστῷ. 11. al. νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτ. ib. al. post ἐν Χρ. Ἰησ. l. τῷ κυρίῳ ἡμῶν †. 12. al. simpliciter εἰς τὸ ὑπακούειν s. εἰς τὸ ὑπακ. αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ †. 15. al. ἁμαρτήσωμεν †. 16. al. ἢ οἴδατε. 21. al. τὸ μὲν γὰρ τέλος.

admodum Christus per potentiam patris e mortuis resuscitatus est, sic etiam nos novam vivendi rationem sequeremur.
Si enim mortis similitudine cum eo coaluimus, at etiam 5
resurrectionis erimus participes; hoc probe scientes, anti- 6
quum nostrum hominem simul in crucem actum esse, ut
corpus, in quo causa peccandi inest, necaretur, ne am-
plius peccato serviremus. Quicunque enim mortuus est, 7
a peccato est immunis. Sin vero cum Christo mortui 8
sumus, credimus, nos etiam cum eo esse victuros, scien-
tes, Christum ab inferis excitatum non amplius mori, 9
mortem potestatem suam non amplius in eum exercere.
Quod enim mortuus est, peccato mortuus semel; quod ve- 10
ro vivit, Deo vivit. Sic etiam vos statuatis vosmetipsos 11
peccato emortuos, viventes autem Deo per Iesum Chri-
stum. Ne igitur imperium exerceat peccatum in corpore 12
vestro mortali, ut libidinibus eius obediatis, neque mem-
bra vestra instrumenta iniustitiae peccato praebeatis, at 13
praebete vosmetipsos Deo tanquam e mortuis vivos et mem-
bra vestra instrumenta iustitiae Deo. Nam peccatum in 14
vos imperium non exercebit; non enim legi estis subiecti,
sed favori divino. Quid igitur? peccabimus, quoniam non 15
legi sumus subiecti, sed favori divino? Minime vero. Non- 16
ne scitis, cui vosmetipsos servos dederitis ad obedientiam
praestandam, vos servos esse cui morem geratis, sive
(mancipia) peccati, quod spectat ad mortem, sive obedien-
tiae ad favorem divinum comparandum? (al. studio virtu-
tis, quae spectat ad vitae sanctitatem.) Sed grates (agen- 17
dae sunt) Deo, quod mancipia peccati eratis, sed ex animo
obsequuti estis illi doctrinae formae, cui subditi estis. Sed 18
in libertatem vindicati a peccato iustitiae emancipati estis.
(Humano more loquor ob imbecillitatem vestram, quae in 19
corpore inest.) Quemadmodum enim membra vestra tra-
didistis mancipia impuritati legisque violationi ad legem
violandam: sic nunc membra vestra tradite iustitiae ad
sanctimoniam adspirandam. Quum enim mancipia eratis pec- 20
cati, liberi eratis ratione habita iustitiae (i. e. alieni a studio
virtutis). Quemnam igitur fructum tum habebatis, quorum 21
nunc vos pudet? finis (fructus) enim illorum mors. Nunc 22

---

accipiendum est, ac si Christiani, favore div. per Christum ornati, pro lubitu libidinibus ac improbitati possint indulgere; immo potius omnes omnino virtutes cum summo studio exercere tenentur, tantis praemiis propositis, (quod ab apostolo et morte Christi et lotione, qua sectatores eius imbuuntur, sacra, vitae

τίας, δουλωθέντες δὲ τῷ θεῷ ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν
23 εἰς ἁγιασμὸν, τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον. Τὰ γὰρ ὀψώνια
τῆς ἁμαρτίας θάνατος, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ ζωὴ
αἰώνιος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

ΚΕΦ. VII.

1 Ἢ ἀγνοεῖτε, ἀδελφοὶ, (γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ,)
ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου, ἐφ᾽ ὅσον χρόνον ζῇ;
2 Ἡ γὰρ ὕπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ, ἐὰν
δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ
3 ἀνδρός. Ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει,
ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευ-
θέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα
4 γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Ὥστε, ἀδελφοί μου, καὶ ὑμεῖς
ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ,
εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ, τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι,
5 ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ θεῷ. Ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ
σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου,
ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ
6 θανάτῳ· νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου ἀποθα-
νόντες, ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν και-
νότητι πνεύματος καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος.

7 Τί οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἁμαρτία; Μὴ γένοιτο·
ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου· τήν
τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν·
8 „Οὐκ ἐπιθυμήσεις." Ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία
διὰ τῆς ἐντολῆς κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν·
9 χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά. Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς
νόμου ποτέ, ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς ἡ ἁμαρτία ἀνέζη-
10 σεν· ἐγὼ δὲ ἀπέθανον καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς
11 ζωὴν, αὐτὴ εἰς θάνατον. Ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν
λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς ἐξηπάτησέ με καὶ δι᾽ αὐτῆς
12 ἀπέκτεινεν. Ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία

VII, 3. al. ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. 6. al. ἀποθανόντος † s. τοῦ θανάτου.
7. al. τί οὖν; ὅτι ἐροῦμεν. 10. al. αὕτη εἰς θάνατον †

vere in libertatem vindicati a peccato, sed emancipati
Deo habetis fructum vestrum, qui valet ad sanctimoni-
am, finem autem vitam aeternam. Nam merces peccati 23
est mors, at beneficium Dei vita aeterna per Christum
Iesum dominum nostrum (consequenda).

C A P. VII.

An ignoratis, fratres, (nam loquor ad eos, qui cogni- 1
tam habent legem,) legem potestatem exercere in homi-
nem, quamdiu vivat? Mulier enim viro subiecta, vivo ma- 2
rito, lege tenetur, sed si mortuus est vir, libera est a
lege viri (quam maritus exercere poterat). Itaque ergo 3
vivo marito adultera habebitur, si rem habet cum altero
viro; sin vero mortuus est maritus, libera est ab illa le-
ge, ut, si alteri viro nupserit, non sit adultera. Quin, 4
fratres mei, vos quoque emortui estis legi per corpus
Christi (supplicio, quod Chr. corpore subiit), ut daremini
in potestatem alterius, qui ab inferis est excitatus, ut
fructus ferremus Deo probatos. Quum enim corporis cu- 5
piditatibus essemus subiecti, pravi sensus, qui per legem
irritabantur, in membris nostris vim suam exserebant ita,
ut fructus ferremus morti probatos; nunc vero a lege su- 6
mus soluti, emortui (ei legi), qua tenebamur, ut totam
vitam componeremus ad novam (perfectam) Spiritus divini
normam et non ad normam legis antiquam.

Quid igitur dicemus? an lex peccatum (causa pecca- 7
torum)? Absit hoc a me! at peccatum non nossem, nisi
per legem; cupiditatem non nossem, nisi lex dicebat: non
concupisces! Peccatum enim impetu facto per illam legem 8
omnem in me cupiditatem sibi subiecerat (al. inflammave-
rat); nam sine lege peccatum (peccandi libido) mortuum
est. Ego vero aliquando sine lege vivebam, sed lege la- 9
ta peccandi libido revixit; ego autem eram emortuus 10
(probitati) et lex illa, quae valere debebat ad vitam (bea-
tam), eadem a me deprehensa est ea, quae valebat ad
mortem. Peccatum enim (libido peccandi) impetu fa- 11
cto per legem me decepit ac per eam interfecit. Quin lex 12
quidem sancta est et praeceptum sanctum et iustum et

---

novae, in qua immunitas a peccatis et gratia div. vim suam exserit, symbolis, adumbratur). 1—23.

Lex Mosaica, cuius imperio homines antea erant subiecti, morte Christi prorsus sublata est eum in finem, ut homines amore erga Deum ducti ad pietatem adspirent. Lex illa, quae homines

13 καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. Τὸ οὖν ἀγαθὸν ἐμοὶ γέγονε θά-
νατος; Μὴ γένοιτο! ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία, ἵνα φανῇ ἁμαρ-
τία διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον, ἵνα
γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς
14 ἐντολῆς. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν·
ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.
15 Ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω· οὐ γὰρ ὃ θέλω,
16 τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. Εἰ δὲ ὃ οὐ
17 θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ, ὅτι καλός. Νυνὶ
δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ
18 ἁμαρτία. Οἶδα γὰρ, ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοὶ, τοῦτ' ἔστιν
ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν· τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι,
19 τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν οὐχ εὑρίσκω. Οὐ γὰρ ὃ
θέλω, ποιῶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακὸν, τοῦτο
20 πράσσω. Εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω ἐγὼ, τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ
κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία.
21 Εὑρίσκω ἄρα, τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ κα-
22 λὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται. Συνήδομαι γὰρ τῷ
23 νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, βλέπω δὲ ἕτερον
νόμον ἐν τοῖς μελεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ
νοός μου καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας
24 τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρω-
πος! τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τού-
25 του; Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου
ἡμῶν. Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ
θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας.

ΚΕΦ. VIII.

1 Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.
2 Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ
ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ
3 θανάτου. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει
διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν

VII, 14. al. σαρκινός †. 18. al. οὐ εὑρίσκω † s. οὐ γινώσκω. 23. al. ἀντιστρ. καὶ αἰχμαλωτίζοντα τ.. νομῳ τ. νοός μου. 25. al. χάρις τῷ θεῷ † s. χάρις δὲ τ. θ. s. ἡ χ. τοῦ θεοῦ. VIII, 1. al. post ἐν Χ. Ἰησ. l. μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα †.

bonum. Quod igitur bonum (est), mihi attulit mortem 13
(res per se salutaris perniciem mihi attulit)? Minime ve-
ro! sed illa peccandi libido, ut pravitas, quae per rem in
se bonam mortem mihi afferebat, in lucem ederetur, ut
pravitas per illam legem quam maxime fieret improba.
Novimus enim, legem proficisci a Spiritu divino (sanctam 14
esse, perfectam), me autem corporis libidinibus esse ob-
noxium, mancipium peccati. Quod enim efficio, nescio; 15
nam non quod volo, hoc facio, sed quod odi, hoc facio.
At si, quod nolo, hoc facio, assentior legi, eam esse bo- 16
nam. Iam vero non amplius ego id facio, sed, quae in 17
me inest, peccandi libido. Novi enim, in me, id est in 18
corpore meo (imbecillo), bonum non inesse; nam voluntas
(recte agendi) in me adest, sed perficere honestum non depre-
hendo (non possum). Non enim quod volo, facio bonum, sed 19
quod non volo malum, hoc facio. Sin vero quod ego nolo, hoc 20
facio, non amplius ego id efficio, sed, quae in me inest, peccan-
di libido. Deprehendo igitur, legem illam mihi recte agere 21
volenti adiacere malum (i. e. pravam corporis libidinem). De- 22
lector enim lege illa divina ad hominem internum (ad men-
tem), sed video alteram legem in membris meis (corpore meo),
quae contra legem mentis meaé arma gerit et me captivum 23
abducit legi pravitatis, quae in membris meis inest. O 24
miserum me hominem! quis me eripiet ex corpore huius
mortis (i. e. quis me liberabit ab his corporis cupiditati- 25
bus, quae pietatem et vitam beatam enecant)? Gratias ago
Deo per Iesum Christum dominum nostrum (sc. per quem
me liberavit). Itaque ergo ipse ego mente quidem inser-
vio legi Dei, corpore autem legi vitiositatis.

CAP. VIII.

Iam igitur nihil in cultoribus Christi Iesu deprehen- 1
ditur, quod condemnetur, (qui non corporis libidinibus in-
dulgent, sed Spiritu reguntur divino). Nam lex illa Spi- 2
ritus divini, quae valet ad vitam beatam per Christum Ie-
sum consequendam, me in libertatem vindicavit a lege vi-
tiositatis et quae valet ad mortem (miseriam maximam).
Quod enim lex efficere non potuit propterea, quod per 3
corporis libidines vi erat destituta, Deus suum ipsius filium

---

ad cognitionem peccatorum perducit, per se quidem bona erat, sed ob imbecillitatem naturae, corporis cupiditates ac vitiositatem, qua omnes laborant ita, ut meliora quidem probent, at deteriora sequantur, efficere non potuit veram salutem, quae

ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε
4 τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου
πληρωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν,
5 ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες τὰ τῆς
σαρκὸς φρονοῦσιν, οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα τὰ τοῦ πνεύμα-
6 τος. Τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς θάνατος, τὸ δὲ φρό-
7 νημα τοῦ πνεύματος ζωὴ καὶ εἰρήνη. Διότι τὸ φρόνημα
8 τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς θεόν· τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ
ὑποτάσσεται, οὐδὲ γὰρ δύναται· οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες
9 θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται. Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί,
ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Εἰ
δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ.
10 Εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν δι' ἁμαρ-
11 τίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. Εἰ δὲ τὸ
πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν,
ὁ ἐγείρας τὸν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει καὶ τὰ
θνητὰ σώματα ὑμῶν διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα
ἐν ὑμῖν.

12 Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, ὀφειλέται ἐσμὲν οὐ τῇ σαρκὶ
13 τοῦ κατὰ σάρκα ζῇν. Εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε
14 ἀποθνήσκειν, εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος
θανατοῦτε, ζήσεσθε. Ὅσοι γὰρ πνεύματι θεοῦ ἄγονται,
15 οὗτοί εἰσιν υἱοὶ θεοῦ. Οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας
πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ
16 κράζομεν· Ἀββᾶ, ὁ πατήρ! Αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρ-
17 τυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα θεοῦ. Εἰ δὲ
τέκνα, καὶ κληρονόμοι· κληρονόμοι μὲν θεοῦ, συγκληρο-
νόμοι δὲ Χριστοῦ, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συν-
δοξασθῶμεν.

18 Λογίζομαι γάρ, ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν
καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς
19 ἡμᾶς. Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν

VIII, 10. al. διὰ τὴν ἁμαρτίαν. 11. al. διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος †. 13. al. pro τ. σώματος l. τῆς σαρκός †. 14. al. υἱοὶ θεοῦ εἰσιν s. υἱοί εἰσι θεοῦ.

simili, quo peccari solet, corpore indutum et de peccato
(tollendo) misit et per corpus peccandi libidinem condem-
navit (sustulit), ut perfecta pietas, quam lex postulat, 4
absolveretur in nobis, qui non corporis libidinibus indulge-
remus, sed Spiritu regeremur divino. Nam qui corporis 5
cupiditatem sequuntur, ea cogitant, quae corporis cupiditas
efflagitat, sed qui Spiritum sanctum ducem sequuntur, ea,
quae Spiritus sanctus iubet. Studium enim, quod excitat 6
corpus, mors est, (perniciem affert,) sed studium, quod
excitat Spiritus divinus, vita et tranquillitas animi. Qua- 7
propter studium a corpore profectum adversatur Deo; legi
enim divinae se non submittit; nam ne potest quidem; qui 8
vero corporis cupiditatibus ducuntur, Deo placere non
possunt. At vos non corporis libidinibus ducimini, sed 9
Spiritu divino, siquidem Spiritus divinus in vobis inest.
Sin vero quis Spiritum Christi non habet, hic ad eum
non pertinet. Sin autem Christus in vobis est, corpus 10
quidem mortuum propter peccatum, sed mens vita frui-
tur beata propter pietatem. Sin vero Spiritus eius, qui 11
Iesum e mortuis in vitam revocavit, in vobis inest, is,
qui Christum in vitam revocavit e mortuis, etiam mortua
vestra corpora vita donabit propter Spiritum eius, qui vo-
bis inest.

Itaque ergo, fratres, debitores sumus non corporis libi- 12
dinibus adstricti, ut ad corporis libidines vitam conforme-
mus. Nam si ad corporis libidines vitam conformatis, mo- 13
rituri estis, sed si Spiritu divino actiones corporis ene-
catis, vita fruemini (beata). Quotquot enim Spiritu du- 14
cuntur divino, hi sunt filii Dei (Deo probati). Non enim 15
accepistis Spiritum, qui sensu servili vos impleat iterum-
que in metum vos coniiciat, sed accepistis Spiritum, qui
inest in filiis, per quem clamamus: Abba, pater! Is ipse 16
Spiritus cum mente nostra testatur, nos esse filios Dei.
Sin vero filii, etiam haeredes; haeredes quidem Dei, sed 17
cohaeredes Christi, siquidem simul cum eo mala perpeti-
mur, ut etiam cum eo ad beatitudinem pertingamus.

Arbitror enim, mala huius vitae non aequiparanda 18
esse ornamentis beatitudinis, quae certissime nobis pate-
fiet. Nam sollicita naturae exspectatio patefactionem (glo- 19

---

tantum per Christum contigit, qui nos ab imperio libidinum li-
beravit, gratiam attulit div. ac vitam beatam, in quibus maxima
illa Dei cernuntur beneficia ac laetissima piorum spes. VII, 1—25.
VIII, 1—17. Cum tantae beatitudinis ornamentis haud compa-

20 τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ ἀπεκδέχεται. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ
κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα,
21 ἐπ' ἐλπίδι, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ
τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης
22 τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις
23 συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Οὐ μόνον δὲ,
ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, καὶ
ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν υἱοθεσίαν ἀπεκδεχό-
24 μενοι τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. Τῇ γὰρ
25 ἐλπίδι ἐσώθημεν. Ἐλπὶς δὲ βλεπομένη οὐκ ἔστιν ἐλπίς·
ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; Εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν,
26 ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα. Ὡσαύτως δὲ καὶ
τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν· τὸ
γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ
τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλή-
27 τοις. Ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας οἶδε τί τὸ φρόνημα
τοῦ πνεύματος, ὅτι κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων.
28 Οἴδαμεν δὲ, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ
29 εἰς ἀγαθὸν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. Ὅτι οὓς
προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ
αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελ-
30 φοῖς. Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε· καὶ οὓς
ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τού-
31 τους καὶ ἐδόξασε. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; Εἰ ὁ
32 θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὅςγε τοῦ ἰδίου υἱοῦ
οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν·
33 πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; Τίς
34 ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ; Θεὸς ὁ δικαιῶν. Τίς ὁ
κατακρίνων; Χριστὸς ὁ ἀποθανών· μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερ-
θεὶς, ὃς καὶ ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει
35 ὑπὲρ ἡμῶν. Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ
Χριστοῦ; Θλίψις ἢ στενοχωρία ἢ διωγμὸς ἢ λιμὸς ἢ
γυμνότης ἢ κίνδυνος ἢ μάχαιρα, καθὼς γέγραπται·

VIII, 20. al. ἡ κτίσις — οὐ θέλουσα. 21. διότι καὶ αὐτή. 23. Codd. miro modo variant. al. ἡμεῖς αὐτοὶ, τ. ἀπ. τ. πν. ἔχοντες, καὶ αὐτοὶ s. αὐτοὶ ἡμεῖς κ. τ. λ. ib. al. συστενάζομεν. 26. al. τῇ ἀσθενείᾳ †. ib. al. προσευξόμεθα †. 28. al. εἰς τὸ ἀγαθόν. 32. al. ὅς οὐδὲ υἱοῦ ἰδίου. 34. al. ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν.

riosae beatitudinis) filiorum Dei cupide exspectat. Vani- 20
tati enim rerum natura subiecta est, non sponte sua, sed
propter eum, qui eam subiecit, sub spe, fore, ut et ipsa 21
rerum natura a servitute perniciei (necessitate moriendi,
pereundi) in libertatem gloriosae filiorum Dei conditionis
vindicetur. Novimus enim, universam rerum naturam si- 22
mul ingemiscere ac partus sentire dolores ad hoc usque
tempus. At non solum (haec), sed etiam ipsi, qui primi- 23
tias habent Spiritus divini, nos quoque ipsi nobiscum in-
gemiscimus conditionem filiorum (absolutam beatitatem) ex-
spectantes, liberationem corporis nostri. Spe enim (al. in 24
spem) servati sumus. Spes autem, quae oculis usurpatur,
non est spes (i. e. id, quo utimur, non amplius speratur),
quod quis enim videt, quid etiam speret? Sin autem quod 25
non videmus, speramus, patienter exspectamus. Eodem 26
modo vero etiam Spiritus ille imbecillitatibus nostris suc-
currit; nam quid precemur, quemadmodum fas est, nesci-
mus, sed ipse ille spiritus tacitis suspiriis causam nostram
agit. At animorum perscrutator scit id, quod Spiritus ille 27
desideret, quod apud Deum causam agat eorum, qui ei
consecrati sunt. Novimus autem, Deum amantibus omnia 28
conferre ad bonum augendum, iis, qui ex decreto (divino
ad vitam beatam per Chr. obtinendam) vocati sunt. Nam 29
quos praescivit, etiam destinavit similes esse ei filii sui,
ut primogenitus esset inter multos fratres. Quos vero de- 30
stinavit, hos etiam vocavit; et quos vocavit, his etiam
veniam peccatorum concessit; quibus vero veniam pecca-
torum concessit, hos etiam beatitudine ornavit. Quid igi- 31
tur dicemus ad haec? Si Deus a partibus nostris stat, quis
nobis adversetur? Qui quidem suo ipsius filio non peper- 32
cit, sed pro nobis omnibus eum tradidit; quomodo non
etiam cum eo omnia nobis benigne concedet? Quis Dei 33
electos in ius vocabit? Deus est, qui insontes declarat.
Quis est, qui condemnet? Christus est, qui mortem subiit, 34
magis vero etiam, qui ab inferis excitatus est, qui etiam
maiestate divina fruitur, qui etiam causam nostram agit.
Ecquis nos disiunget ab amore Christi? Calamitas sive 35
angustiae sive persecutio sive fames sive nuditas (egestas)
sive periculum sive gladius, quemadmodum scriptum est:

---

randae sunt vitae humanae calamitates, sed aequo animo ferendae. Quamquam omnia hisce in terris imperfecta sunt ac nihil non melioris conditionis ducitur desiderio; tamen cultores Christi amore fruuntur Dei, qui etiam precibus eorum annuit, et

36 „Ὅτι ἕνεκα σοῦ θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθη-
37 μεν ὡς πρόβατα σφαγῆς;“ Ἀλλ᾽ ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνι-
38 κῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι
οὔτε θάνατος οὔτε ζωὴ οὔτε ἄγγελοι οὔτε ἀρχαὶ οὔτε
39 ἐνεστῶτα οὔτε μέλλοντα οὔτε δυνάμεις οὔτε ὕψωμα οὔτε
βάθος οὔτε τὶς κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι
ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ
κυρίῳ ἡμῶν.

ΚΕΦ. ΙΧ.

1 Ἀλήθειαν λέγω, ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρ-
τυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου, ἐν πνεύματι ἁγίῳ,
2 ὅτι λύπη μοι ἐστὶ μεγάλη καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ
3 καρδίᾳ μου. Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι
ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν συγγενῶν
4 μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία
καὶ ἡ δόξα καὶ αἱ διαθῆκαι καὶ ἡ νομοθεσία καὶ ἡ λα-
5 τρεία καὶ αἱ ἐπαγγελίαι, ὧν οἱ πατέρες καὶ ἐξ ὧν ὁ
Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογη-
6 τὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Οὐχ οἷον δὲ, ὅτι ἐκπέπτω-
κεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. Οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ,
7 οὗτοι Ἰσραὴλ, οὐδ᾽ ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραὰμ, πάντες
8 τέκνα, ἀλλ᾽· „ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα,“ τοῦτ᾽
ἔστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ θεοῦ,
ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα.
9 Ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος· „Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ-
10 τον ἐλεύσομαι καὶ ἔσται τῇ Σάῤῥᾳ υἱός.“ Οὐ μόνον δὲ,
ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα, Ἰσαὰκ τοῦ
11 πατρὸς ἡμῶν. Μήπω γὰρ γεννηθέντων μηδὲ πραξάντων
τὶ ἀγαθὸν ἢ κακὸν, (ἵνα ἡ κατ᾽ ἐκλογὴν πρόθεσις τοῦ
θεοῦ μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ καλοῦντος,)
12 ἐῤῥήθη αὐτῇ· „Ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι·“
13 καθὼς γέγραπται· „Τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἡσαῦ

VIII, 36. al. ἕνεκα †. 37. al. διὰ τὸν ἀγαπήσαντα. 38. al. οὔτε δυνάμεις οὔτε ἐνεστῶτα οὔτε μέλλοντα †. IX, 3. al. ἀνάθεμα εἶναι αὐτὸς ἐγὼ †. 4. al. ἡ ἐπαγγελία. 5. al. κατὰ σάρκα. Ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τ. αἰῶνας s. κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων. Θεὸς εὐλογητὸς κτλ. alii aliter. 11. al. ἀγαθὸν ἢ φαῦλον †. ib. al. τοῦ θεοῦ πρόθεσις †.

„tua causa interficimur totum per diem, ut pecudes ma- 36
ctationi destinatae habemur?“ At in hisce omnibus longe 37
superiores discedimus, per eum, qui nos amavit. Mihi 38
enim persuasum habeo, fore, ut neque mors neque vita
neque angeli neque regna neque praesentia neque futura 39
neque potestates neque sublime neque profundum neque ulla
alia res creata non disiungere possit ab illo Dei amore, quem
per Christum Iesum dominum nostrum (nobis) exhibuit.

CAP. IX.

Verum dico, per Christum (iuro), non mentior, teste 1
mihi conscientia mea, per Spiritum sanctum (confirmo),
magnam mihi esse tristitiam ac perpetuum animo meo do- 2
lorem. Vellem enim ipse ego homo esse favore divino ex- 3
emtus et poenis obnoxius gravissimis, ut nulla mihi cum
Christo intercederet societas, pro fratribus meis natalibus
mihi cognatis, quippe qui sunt Israelitae, quorum est con- 4
ditio filiorum et gloriosa felicitas et foedera et legislatio
et cultus et promissiones, quorum (sunt) maiores illi et a 5
quibus, quod natales attinet, originem ducit Christus, qui
summus est omnium Deus aeternis celebrandus laudibus.
Profecto. Sed fieri non potest, ut vox illa Dei excidat 6
(promissio illa eventu careat). Neque enim omnes, qui
ab Israele originem ducunt, hi sunt Israelitae, neque quod 7
Abrahami progenies sunt, omnes filii, sed: *) „per Isaacum 8
progenies tibi vocabitur (i. e. per Isaacum continget tibi
progenies et secundum nomen eius vocabitur,),“ hoc est,
non corpore prognati, hi sunt filii Dei, sed ad quos pro-
missio pertinet, pro progenie habentur. Promissionis enim 9
vox est haec: **) hoc tempore veniam et Sarae erit filius.“
At non solum (Sara), verum etiam Rebecca ex uno ute- 10
rum ferens, Isaaco parente nostro. Quum enim nondum 11
nati essent neque boni malive quid fecissent, (ut decretum
Dei maneret liberum, non a factis dependeret, sed ab
eo qui vocat,) ei dictum est: ***) „maior minori serviet;“ 12
quemadmodum scriptum est: „Iacobum amavi, Esavum 13

---

*) Gen. XXI, 11. 12. **) Gen. XVIII, 10. ***) Gen. XXV, 23. Mal. I, 2. 3.

malis huius vitae exantlatis certissima futurae beatitudinis spe erigantur. 18—39.

IX. Quare dolet apostolus ex animo popularium suorum vicem, quibus promissa div. olim contigerint et ex quibus Messias originem duxerit, (quamquam promissa non omnino irrita

14 ἐμίσησα." Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ;
15 Μὴ γένοιτο. Τῷ γὰρ Μωϋσῇ λέγει· „Ἐλεήσω ὃν ἂν
16 ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω." Ἄρα οὖν οὐ τοῦ
θέλοντος οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ.
17 Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ Φαραώ· „Ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο
ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου
18 καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ." Ἄρα
19 οὖν ὃν θέλει, ἐλεεῖ· ὃν δὲ θέλει, σκληρύνει. Ἐρεῖς οὖν
μοι· Τί ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀν-
20 θέστηκε; Μενοῦνγε, ὦ ἄνθρωπε; σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταπο-
κρινόμενος τῷ θεῷ; Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι·
21 Τί με ἐποίησας οὕτως; Ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς
τοῦ πηλοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι ὃ μὲν εἰς
22 τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; Εἰ δὲ θέλων ὁ θεὸς
ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ
ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα
23 εἰς ἀπώλειαν, καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης
24 αὐτοῦ ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν· (οὓς
καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ
25 ἐθνῶν, ὡς καὶ ἐν τῷ Ὠσηὲ λέγει· „Καλέσω τὸν οὐ λαόν
μου λαόν μου· καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην ἠγαπημένην·
26 „καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ οὗ ἐῤῥήθη αὐτοῖς· Οὐ λαός μου
ὑμεῖς·" ἐκεῖ· κληθήσονται υἱοὶ θεοῦ ζῶντος·" Ἡσαΐας
27 δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ· „Ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν
υἱῶν Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα
28 σωθήσεται. Λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δι-
καιοσύνῃ· ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ
29 τῆς γῆς." Καὶ καθὼς προείρηκεν Ἡσαΐας· „Εἰ μὴ κύ-
ριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν
30 ἐγενήθημεν καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν.") — Τί οὖν
ἐροῦμεν; ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην κατέλαβε

IX, 15. al. Μωσῇ †. 16. al. ἐλεῶντος. 19. al. τί οὖν ἔτι. ib. al. τῷ βουλήματι. 27. al. ὡσεὶ ἡ ἄμμος. ib. al. τὸ ἐγκατάλειμμα s. ὑπόλειμμα s. ὑποκατάλειμμα.

odio habui.“ Quid igitur dicemus? num Deus iniustus 14
est? Minime vero. Mosi enim dicit: *) „miserebit me, 15
cuius me miseret, et commiserabor, cuius commiseror.“
Itaque ergo non est eius qui cupit neque eius qui currit, 16
sed eius, quem miseret, Dei. Dicit enim scriptura sacra 17
Pharaoni: **) „hunc ipsum in finem te excitavi, ut in te
potestatem meam declararem et ut nomen meum in toto
orbe terrarum divulgaretur.“ Itaque ergo quem vult, eius 18
miseret; quem vero vult, eum reddit contumacem (al. du-
riter tractat). Dices igitur mihi: quid adhuc vituperat? 19
nam voluntati eius quis restitit? At enim vero, o homo, 20
tu quis es, qui Deum accuses? Num dicet vas fictile ei
qui finxit: quid me sic formasti? An non potestatem habet 21
figulus in argillam, ut ex eadem massa argillari faciat al-
terum vas honestis usibus destinatum, alterum autem in-
honestis? Sin autem Deus, qui iram suam declarare et po- 22
tentiam suam manifestare volebat, cum multa patientia vasa
irae ad perniciem destinata tulit et ut summam suam maie- 23
statem demonstraret in vasa misericordiae, quae ad glo-
riosam beatitudinem destinavit; (quos etiam nos vocavit, 24
non solum e Iudaeis, sed etiam e gentilibus, quemadmo- 25
dum etiam in Hosea dicit: ***) „vocabo, qui non est po-
pulus meus, populum meum, et: quae non est amata, ama-
tam (sponsam)“, atque erit: in loco, ubi dictum est iis: 26
„non populus meus vos (estis);“ ibi (scriptum est): „vo- 27
cabuntur filii Dei vivi:“ Iesaias autem de Israele alta voce
docet: „si numerus Israelitarum esset uti arena maris, re-
liquiae (i. e. pauci) servabuntur.“ Rem (al. iudicium) 28
enim perficit ac decernit cum iustitia (Deus); nam rem
(iudicium), quam decrevit, perficiet in orbe terrarum;“
et quemadmodum praedixit Iesaias: „nisi dominus copia- 29
rum coelestium nobis progeniem reliquisset, ut Sodoma
facti essemus et Gomorrhae similes redditi;“) — Quid igi- 30
tur dicemus? gentes, quae iustitiam non acri expetebant

*) Ex. XXXIII, 19. **) Ex. IX, 16. ***) Hos. II, 1. 25. Ies. X, 22. I, 9. VIII, 14.

sunt, primum quod non simpliciter ad omnes Abrahami poste-
ros, sed ad pios tantum pertinent; tum quia Deus in beneficiis
suis conferendis et negandis liberrimam et sapientissimam, quae
aciem oculorum hominum saepe fugit, sequitur voluntatem cui-
vis demisso animo venerandam; denique quod iam antiquis tem-
poribus e Iudaeis aeque ac gentilibus populum sibi peculiarem
eligere constituit;) quod cum summa animi contumacia salutem
per Christum consequendam repudient. 1—29. Iudaei igitur,

31 δικαιοσύνην, δικαιοσύνην δὲ τὴν ἐκ πίστεως, Ἰσραὴλ δὲ
διώκων νόμον δικαιοσύνης εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ
32 ἔφθασε. Διατί; Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων
νόμου. Προςέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προςκόμματος,
33 καθὼς γέγραπται· „Ἰδοὺ, τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προς-
κόμματος καὶ πέτραν σκανδάλου, καὶ πᾶς ὁ πιστεύων
ἐπ' αὐτῷ οὐ καταισχυνθήσεται."

ΚΕΦ. Χ.

1 Ἀδελφοὶ, ἡ μὲν εὐδοκία τῆς ἐμῆς καρδίας καὶ
ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν εἰς σωτη-
2 ρίαν. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον θεοῦ ἔχου-
3 σιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. Ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ
θεοῦ δικαιοσύνην καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦν-
τες στῆσαι τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑπετάγη-
4 σαν. Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ
5 τῷ πιστεύοντι. Μωϋσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην
τὴν ἐκ τοῦ νόμου· „Ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος
6 ζήσεται ἐν αὐτοῖς." Ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη οὕ-
τω λέγει· „Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἀναβήσε-
ται εἰς τὸν οὐρανόν;" τοῦτ' ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν.
7 Ἤ· „Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον;" τοῦτ' ἔστι
8 Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. Ἀλλὰ τί λέγει; „Ἐγγύς
σου τὸ ῥῆμά ἐστιν, ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ
σου." Τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν.
9 Ὅτι, ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν
καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγει-
10 ρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. (Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς
δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν.)
11 Λέγει γὰρ ἡ γραφή· „Πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ
12 καταισχυνθήσεται." Οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου τε
καὶ Ἕλληνος· ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος πάντων πλουτῶν εἰς
13 πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. „Πᾶς γὰρ ὃς ἂν
14 ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται." Πῶς οὖν
ἐπικαλέσονται, εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσου-

X, 1. al. αὐτῶν τοῦ Ἰσραὴλ †. ib. al. ἐστιν εἰς σωτηρίαν †. 3. al. ἀγνοοῦντες δὲ. ib. al. καὶ τὴν ἰδίαν ζητοῦντες στῆσαι. 5. al. Μωσῆς †. ib. al. ζήσεται ἐν αὐτῇ. 8. al. τί λέγει ἡ γραφή. 11. al. ὅτι πᾶς. 14. al. ἐπικαλέσωνται.

studio, favorem Dei sunt assecutae, sed favorem, qui e
fide oritur, Israelitae autem, qui legem favorem Dei spon- 31
dentem (legem Mos.) acri studio expetunt, legem Dei fa-
vorem afferentem non sunt adepti. Quamnam ob causam? 32
Quoniam non a fide, sed tanquam a factis legi consen-
taneis (favorem Dei pendere opinabantur). Impegerunt
enim lapidi, cui impingunt, quemadmodum relatum legi-
tur: „ecce, pono in Sione lapidem, cui impingunt, et sa- 33
xum, in quo offendunt, et quicunque fiduciam in eo po-
nit, non suffundetur pudore."

CAP. X

Fratres, benevolentia quidem animi mei et preces 1
meae ad Deum pro iis fiunt, ut salus iis contingat. Te- 2
stor enim iis, desiderium Dei eos habere, at prudentiae
non consentaneum. Ignari enim rationis favorem divinum 3
consequendi et ipsorum iustitiam stabilire cupidi ratio-
ni, quam Deus praescripsit ad favorem suum consequen-
dum, se non submiserunt. Finis enim legis est Christus, 4
qui favorem divinum affert ei, quicunque fidem habet.
Moses enim describit rationem Deum propitium sibi red- 5
dendi eam, quae a lege proficiscitur: *) „quicunque homo
iis (i. e. praeceptis legis) satisfecit, per ea vita fruetur."
At illa Dei favorem sibi comparandi ratio, quae a fide profi- 6
ciscitur, sic dicit: „ne apud animum tuum dixeris: quis ad-
scendet in coelum?" hoc est Christum deducere. An: „quis 7
descendet in Orcum?" hoc est Christum e mortuis sursum
ducere. At quid dicit? „Haud procul a te doctrina est, in ore 8
tuo atque in animo tuo." Haec est doctrina de fide, quam
palam tradimus. Quod si ore tuo professus fueris domi- 9
num Iesum atque animo tuo credideris, Deum eum e mor-
tuis excitasse, ad salutem pertinges. (Animo enim cre- 10
dit, ut Deum experiatur propitium; ore autem profitetur,
ut salus ei contingat.) Dicit enim scriptura sacra: „qui- 11
cunque ei fidem habet, non erubescet" Nullum enim est 12
discrimen Iudaeum inter et Graecum; nam idem omnium
dominus, qui opibus abundat ad omnes cultores suos be-
andos. **) Quicunque enim dominum veneratus fuerit, ad 13
salutem perveniet." Quomodo igitur colent, cui fidem non 14
habuerunt? quomodo autem fidem habebunt, quem non au-

---

*) Lev. XVIII, 5. Deut. XXX, 12. 14. **) Ioel III, 5.

quoniam res externas, legem Mosaicam suaque iactant merita et rem chr. spernunt, sua ipsorum culpa gratia div. excidunt et sa-

15 σιν, οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσουσι χωρὶς κηρύσ-
σοντος; πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι, καθὼς
γέγραπται· „Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων
16 εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά!“ Ἀλλ’ οὐ
πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἡσαΐας γὰρ λέγει·
17 „Κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;“ Ἄρα ἡ πίστις
18 ἐξ ἀκοῆς, ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος θεοῦ. Ἀλλὰ λέγω·
Μὴ οὐκ ἤκουσαν; Μενοῦνγε „εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλ-
θεν ὁ φθόγγος αὐτῶν καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης
19 τὰ ῥήματα αὐτῶν.“ Ἀλλὰ λέγω· Μὴ Ἰσραὴλ οὐκ ἔγνω;
Πρῶτος Μωϋσῆς λέγει· „Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ’ οὐκ
ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς.“ Ἡσαΐας δὲ
20 ἀποτολμᾷ καὶ λέγει· „Εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν,
21 ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι.“ Πρὸς δὲ
τὸν Ἰσραὴλ λέγει· „Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς
χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.“

ΚΕΦ. XI.

1 Λέγω οὖν· Μὴ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ;
Μὴ γένοιτο· καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμὶ ἐκ σπέρματος
2 Ἀβραάμ, φυλῆς Βενιαμίν. Οὐκ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν
λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. Ἢ οὐκ οἴδατε ἐν Ἠλίᾳ τί
λέγει ἡ γραφή, ὡς ἐντυγχάνει τῷ θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραήλ·
3 „Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν καὶ τὰ θυσια-
στήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος καὶ
4 ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου;“ Ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρη-
ματισμός; „Κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας,
5 οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ.“ Οὕτως οὖν καὶ ἐν
τῷ νῦν καιρῷ λεῖμμα κατ’ ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν.
6 Εἰ δὲ χάριτι, οὐκέτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκέτι γίνεται
χάρις· εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκέτι ἐστὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον
7 οὐκέτι ἐστὶν ἔργον. Τί οὖν; Ὃ ἐπιζητεῖ Ἰσραήλ, τοῦτο

X, 14. al. ἀκούσωσι et κηρύξωσιν. 19. al. οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ †. ib. al. Μωσῆς †. XI, 2. al. Ἰσραὴλ λέγων †. 6. verba εἰ δὲ ἐξ ἔργων — ἐστὶν ἔργον Vett. excludunt sat multi.

diverunt? quomodo autem audient sine praecone? quomodo 15
autem deferent praeconium, nisi missi fuerint, quemadmodum scriptum legitur: *) „quam pulchri pedes eorum 16
qui laetum de pace perferunt nuntium, qui fausta quaevis annuntiant?" At non omnes laetae obsequuntur doctrinae.
Iesaias enim dicit: **) „domine, quis fidem habuit institutioni nostrae? Fides igitur ex institutione oritur, insti- 17
tutio autem per doctrinam divinam. At dico: Num non 18
audivere? Immo vero ***) „in totam terram vox eorum exiit et ad terminos usque orbis terrarum eorum verba."
At dico: num gens Israelitica non novit? Primus Moses 19
dicit: †) „ego aemulationem vestram excitabo in populum qui non est populus, in gentem insipientem indignationem
vestram provocabo." Iesaias vero audet ac dicit: ††) „re- 20
pertus sum ab iis, qui me non quaerebant (propitium me exhibui iis, qui me non colebant), innotui iis, qui me
non expetebant." Ad Israelitas autem dicit: „per totum 21
diem extendi manus meas adversus populum inobedientem atque adversantem."

CAP. XI.

Dico igitur: num repudiavit Deus populum suum? Ab- 1
sit a me; etenim ego Israelita sum ex stirpe Abrahami, e tribu Beniaminitica. Non repudiavit Deus suum populum, 2
quem praescivit. An non nostis per Eliam (al. in historia Eliae), quid dicit scriptura sacra, quum apud Deum Is-
raelitas accusat: †††) „domine, vates tuos interfecerunt et 3
altaria tua everterunt, et ego solus superstes sum ac vitae meae struunt insidias?" At quid dicit ei oraculum di- 4
vinum? „Reservavi mihi septem hominum millia, qui Baalem non adorarunt." Sic igitur etiam hoc nostro tem- 5
pore pauci relicti sunt secundum electionem, quae a gratia
proficiscitur. Sin vero gratia fit, non amplius (fit) 6
ob facta (legi Mos. consentanea), siquidem gratia non amplius esset gratia; sin vero ob facta (legi Mos. congrua), non amplius esset gratia; siquidem factum non
amplius esset factum. Quid igitur? Quod studiose quae- 7

*) Ies. LII, 7. **) Ies. LIII, 1. ***) Ps. XIX, 5. †) Deut. XXXII, 21. ††) Ies LXV, 1. 2. †††) 1 Reg. XIX, 10. 14. 18.

lus, ut iam vates cecinerunt sacri, ad exteras transfertur gentes, quae in Christo spem suam ac fiduciam reponunt; quamquam omnibus hominibus aditus patet ad sacra christiana. 30–33. X, 1–21.

XI. Neque tamen omnes Iudaei spe salutis per Christum obtinendae exciderunt; nam pars Christo nomen dedit; sed contuma-

οὐκ ἐπέτυχεν, ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν· οἱ δὲ λοιποὶ ἐπω-
8 ρώθησαν, (καθὼς γέγραπται· „Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς
πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν καὶ ὦτα
9 τοῦ μὴ ἀκούειν,“) ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Καὶ Δαυὶδ
λέγει· „Γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς
θήραν καὶ εἰς σκάνδαλον καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς·
10 σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν,
11 καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον.“ Λέγω
οὖν· Μὴ ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι; Μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῷ
αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν εἰς τὸ πα-
12 ραζηλῶσαι αὐτούς. Εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος
κόσμου καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν, πόσῳ
13 μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν! Ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνε-
σιν· ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν δια-
14 κονίαν μου δοξάζω, εἴπως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα
15 καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. Εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν
καταλλαγὴ κόσμου· τίς ἡ πρόςληψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νε-
16 κρῶν; Εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα, καὶ εἰ ἡ
17 ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι. Εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξε-
κλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς
καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας
18 ἐγένου, μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων· εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι,
19 οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλ' ἡ ῥίζα σέ. Ἐρεῖς οὖν·
20 Ἐξεκλάσθησαν κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ. Καλῶς·
τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας.
21 Μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ· εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ
φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται.
22 Ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς
πεσόντας ἀποτομίαν, ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμεί-
23 νῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ. Καὶ ἐκεῖνοι
δέ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται·
δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐτούς.
24 Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου καὶ
παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πόσῳ μᾶλλον
οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ!

XI, 7. al. τούτου ἐπέτυχεν †. ib. al. ἐπηρώθησαν. 14. al. τὴν σάρκα μου. 15. al. πρόληψις. 19. al. οἱ κλάδοι. 21. al. φείσηται †. 22. al. ἀποτομία †. ib. al. χρηστότης †. 23. al. καὶ ἐκεῖνοι †.

runt Israelitae, hoc non consecuti sunt, electi autem
sunt consecuti; reliqui vero contumaces facti (omni in-
honesti honestive sensu destituti) sunt, (quemadmodum 8
relatum legitur: *) „dedit iis Deus torporem animi, ocu-
los et aures, quibus non inest videndi et audiendi facul-
tas,“) ad hunc usque diem. Et Davides dicit: „mensa 9
eorum sit iis tenticula et decipula atque offensioni et re-
tributioni: caligine obducantur oculi eorum, ut non vide- 10
ant; et: tergum eorum perpetuo incurvabo.“ Dico igi- 11
tur: num impegerunt, ut caderent? Minime vero; sed pec-
cato eorum salus contigit gentilibus, ut aemulationem eo-
rum excitarent. Sin vero peccatum eorum mundum (i. e. 12
gentiles) locupletavit et deterior eorum conditio opes at-
tulit gentibus: quanto magis fortunatissima eorum condi-
tio! Vobis enim dico gentilibus: quamdiu equidem genti- 13
lium apostolus sum, munus meum illustrabo, an forte aemu- 14
lationem popularium meorum excitem et nonnullos ex iis
servem. Si enim reiectio eorum mundi (gentilium) re- 15
conciliatio; quaenam eorum admissio, nisi vita e mortuis
(i. e. sors felicissima iis continget ac si mortui ex Orco
in lucem essent revocati)? Sin vero primitiae sanctae, 16
etiam massa; et si radix sancta, etiam rami. Sin vero 17
ramorum quidam execti sunt, tu vero oleager iis insitus
es et particeps factus radicis et pinguedinis oleae, ne ma- 18
ligne de ramis glorieris; sin autem maligne gloriaris, non
tu radicem sustines, sed te radix. Dices igitur: avulsi 19
sunt rami, ut ego insererer. Recte: propter fidem de- 20
negatam exscissi sunt, tu vero propter fidem tuam ste-
tisti. Ne superbias, sed caveas tibi; nam si Deus germa- 21
nis ramis non pepercit, ne forte ne tibi quidem parcat.
Vide igitur benignitatem et severitatem Dei: in eos qui- 22
dem, qui peccarunt, severitatem, in te autem benignita-
tem, si in hac benignitate perseveraveris; alioquin tu quo-
que exscinderis. Verum etiam illi, si non perseverave- 23
rint in incredulitate, inserentur; nam Deus eos iterum
potest inserere. Nam si tu ex naturali oleastro exsectus 24
et contra naturam generosae insitus es oleae, quanto ma-
gis hi, qui secundum naturam propriae oleae insiti

---

*) Ies. XXIX, 10. Deut. XXIX, 3. Ps. LXIX, 23. 24.

eos tantummodo, qui in causa fuerunt, ut etiam gentiles (quos vero severissimum illud Dei in Iudaeos iudicium ab omni arrogantia debet avocare,) salutis per Christum partae fierent participes. Nihilominus sperandum est, fore, ut aliquando ad unum

25 Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, τὸ μυστήριον
τοῦτο, (ἵνα μὴ ἦτε παρ᾽ ἑαυτοῖς φρόνιμοι,) ὅτι πώρωσις
ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα
26 τῶν ἐθνῶν εἰςέλθῃ· καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται,
καθὼς γέγραπται· „Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος καὶ ἀπο-
27 στρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. Καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ᾽
ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν..“
28 Κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον ἐχθροὶ δι᾽ ὑμᾶς, κατὰ δὲ τὴν
29 ἐκλογὴν ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς πατέρας. Ἀμεταμέλητα γὰρ
30 τὰ χαρίσματα καὶ ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ. Ὥςπερ γὰρ ὑμεῖς
ποτὲ ἠπειθήσατε τῷ θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων
31 ἀπειθείᾳ· οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν, τῷ ὑμετέρῳ
32 ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. Συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς
τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ.
33 Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ! ὡς
ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ
34 αὐτοῦ! Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος
35 αὐτοῦ ἐγένετο; ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθή-
36 σεται αὐτῷ; Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι᾽ αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐ-
τὸν τὰ πάντα· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΚΕΦ. XII.

1 Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν
τοῦ θεοῦ παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν
ἁγίαν εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν,
2 καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορ-
φοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν εἰς τὸ δοκιμάζειν
ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον
3 καὶ τέλειον. Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης
μοι παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ᾽ ὃ δεῖ
φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑκάστῳ ὡς ὁ
4 θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως. Καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώ-
ματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐ-
5 τὴν ἔχει πρᾶξιν· οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν

XI, 25. al. ἐν ἑαυτοῖς s. ἑαυτοῖς †. 28. al. κατὰ μὲν οὖν τὸ εὐαγγ. 29. al. τοῦ θεοῦ καὶ ἡ κλῆσις. 30. al. καὶ ὑμεῖς. ib. al. αὐτοὶ ὕστερον s. πάλιν s. νῦν ἐλεηθῶσι. XII, 2. al. συσχηματίζεσθαι et μεταμορφοῦσθαι †. ib. al. θεοῦ, τί τὸ θέλημ. 3. al. διὰ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ. 4. al. ὥσπερ γάρ. 5. al. οὕτως καὶ.

eruat! Nolo enim vos ignorare, fratres, hoc mysterium, 25
(ne vobis sapientes videamini,) Israelitas quodammo-
do esse contumaces, usque dum, quae est, copia paga-
norum intraverit; et sic omnes Israelitae servabuntur, 26
quemadmodum scriptum est: *) „veniet e Sione servator
atque avertet improbitates a Iacobo. Et hoc cum iis a me 27
(pangetur) foedus, quando peccata eorum abstulero.“ Lae- 28
tam de regno Messiano doctrinam quod attinet, hostes
propter vos, sed quod electionem attinet, probati propter
maiores. Deum enim beneficiorum et vocationis non poe- 29
nitet. Quemadmodum enim vos aliquando obedientiam Deo 30
recusastis, nunc vero horum inobedientia misericordia vo-
bis contigit; sic etiam hi nunc obedientiam recusarunt, ut 31
ipsis quoque eadem, quae vobis, misericordia contingeret.
Commisit enim Deus omnes inobedientiae, ut omnibus mi- 32
sericordiam exhiberet. O profundam, o immensam et sa- 33
pientiam et cognitionem Dei! quam non perscrutanda eius
iudicia et quam non investigandae eius viae! **) „Quis 34
enim mentem domini novit? aut quis ei fuit a consiliis?“
aut quis prior ei dedit, cui remuneratio continget? Nam 35
ex eo (promanant) et per eum (fiunt) et ad eum (redeunt)
omnia; ei maiestas in aeternum (debetur). Profecto! 36

CAP. XII.

Adhortor igitur vos, fratres, per misericordiam Dei, 1
ut corpora vestra offeratis victimam vivam sanctam Deo
acceptam, cultum vestrum mente praestandum, et ne vos 2
conformetis ad genium horum temporum, sed mentis ve-
strae emendatione aliam induimini formam, ut probetis,
quaenam sit illa Dei voluntas bona et accepta perfectaque.
Dico enim per gratiam mihi concessam omni, quicunque 3
inter vos versatur, ne altiores spiritus sumat, quam su-
mere par est, sed cogitet, ita ut sapiat (sapere discat
i. e. ut modeste de se statuat), pro modo fidei, quem
Deus cuique distribuit. Quemadmodum enim in uno cor- 4
pore membra multa habemus, membra autem omnia non
idem habent munus; sic multi unum corpus in Christo 5

---

*) Ies. LIX, 20. 21. Ierem. XXXI, 33. 34. **) Ies. XL, 13.

omnes Iudaei sacra christiana amplectantur gratia div., quae om-
nium saluti prospicit, permoti. 1—36.

Christiani totam vitam Deo dicare debent omnemque colere
virtutem, inprimis modestiam, concordiam mutuumque amorem,

6 Χριστῷ, ὁ δὲ καθεῖς ἀλλήλων μέλη, ἔχοντες δὲ χαρί-
σματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε
7 προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, εἴτε δια-
κονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ,
8 εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει. Ὁ μεταδιδοὺς, ἐν
ἁπλότητι· ὁ προϊστάμενος, ἐν σπουδῇ· ὁ ἐλεῶν, ἐν ἱλα-
9 ρότητι. Ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος, ἀποστυγοῦντες τὸ πονη-
10 ρὸν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ, τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους
11 φιλόστοργοι, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, τῇ σπουδῇ
μὴ ὀκνηροὶ, τῷ πνεύματι ζέοντες, τῷ κυρίῳ δουλεύοντες,
12 τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ θλίψει ὑπομένοντες, τῇ προσ-
13 ευχῇ προσκαρτεροῦντες, ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινω-
νοῦντες, τὴν φιλοξενίαν διώκοντες· εὐλογεῖτε τοὺς διώ-
14 κοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε, χαίρειν μετὰ
15 χαιρόντων καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων· τὸ αὐτὸ εἰς ἀλ-
16 λήλους φρονοῦντες· μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς
ταπεινοῖς συναπαγόμενοι· μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυ-
17 τοῖς· μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες· προνοούμενοι
18 καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων· εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ
19 ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες. Μὴ ἑαυ-
τοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοὶ, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ·
γέγραπται γάρ· „Ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει
20 κύριος.“ Ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν·
ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν. Τοῦτο γὰρ ποιῶν ἄνθρακας
21 πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Μὴ νικῶ ὑπὸ
τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

ΚΕΦ. XIII.

1 Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω.
Οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ὑπὸ
2 θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξου-
σίᾳ τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν, οἱ δὲ ἀνθεστη-
3 κότες ἑαυτοῖς κρίμα λήψονται. Οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ
εἰσὶ φόβος τῶν ἀγαθῶν ἔργων, ἀλλὰ τῶν κακῶν. Θέλεις
δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ

XII, 11. al. τῷ καιρῷ δουλεύοντες †. 13. al. pro χρείαις l. μνείαις. 17. al. ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ πάντων ἀνθρ. s. οὐ μόνον ἐνώπιον τ. Θ., ἀλλὰ καί. 20. al. ἀλλ' ἐὰν s. ἀλλὰ καὶ ἐὰν s. ἐὰν οὖν s. ἐάν. XIII, 1. al. πάσαις ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτάσσεσθε. ib. al. εἰ μὴ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ †. ib. al. αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ †. 3. al. φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ †.

efficimus, singuli alter alterius membra sumus, habentes 6
vero dona pro gratia nobis concessa diversa, sive facul-
tatem vaticinandi pro ratione fidei, sive munus coetum
christianum curandi in munere curandi, sive doctor in do- 7
ctrina quam tradit, sive consolator in consolatione. Qui- 8
cunque stipem erogat, sincero eroget animo; quicunque
(coetui chr.) praeest, diligenter praesit; quicunque misere-
tur (hominum, qui misericordia indigent), lubenti animo
misereatur. Amor vester sit infucatus, impietatem odio 9
habentes, strenue pietatem sectantes, fratrum (christiano- 10
rum) amore tenero affectu vos invicem prosequamini, ho-
nore mutuo alius alium praevenientes, studiis vestris ne 11
sitis segnes, animo ferventes; domino vestro inservien-
tes, spe laeti, calamitati perferendae fortes, precibus as- 12
sidue vacantes, inopiae Christianorum succurrentes, hospi- 13
talitatem sectantes; bene precamini vos vexantibus, bene 14
precamini neque diras imprecamini, laetari cum laetis et 15
lacrymare cum lacrymantibus; mutuae concordiae studen- 16
tes; ne alta spirate, sed cum modestis conversamini; ne
vobismetipsis sapientes esse videamini; nemini malum ma- 17
lo rependite; operam navate iis, quae iudicio omnium ho-
minum honesta sunt; si fieri potest, quantum in vobis est, 18
cum omnibus hominibus concordiam servate. Ne iniurias 19
vobis illatas ipsi ulciscimini, carissimi, sed locum date
irae; nam relatum legitur: *) „mihi vindicta, ego repen-
dam, dicit dominus.“ Si igitur esurit hostis tuus, cibum; 20
si sitit, potum ei praebe. Hoc enim si facis, ardentes
prunas in caput eius cumulabis. Ne vincaris (a) malo 21
(daemone), sed bonitate tua vincas malum.

CAP. XIII.

Quivis magistratibus summis sese submittito. Non 1
enim est magistratus, nisi a Deo; qui vero sunt, a Deo
sunt instituti. Quin quicunque magistratui restitit, con- 2
stitutioni a Deo factae restitit, sed qui restiterunt, sibi
ipsi iudicium (poenas) contrahent. Magistratus enim non 3
recte factis, sed malefactis formidini sunt. Vis autem a
magistratu tibi non metuere, recte age, et laudem ab eo

*) Deut. XXXII, 35.

qui facultates ac dona divinitus concessa in communem con-
fert usum omniumque virtutum fons est. Hortatur ad lenitatem
animique magnitudinem, avocat ab ulciscendi cupiditate ac docet,
etiam hostes esse amandos XII, 1—21.

Magistratibus obsequium esse praestandum: suum cuique tri-

4 ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς· θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστι σοὶ εἰς
τὸ ἀγαθόν. Ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ· οὐ γὰρ
εἰκῆ τὴν μάχαιραν φορεῖ· θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν ἔκδι-
5 κος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. Διὸ ἀνάγκη ὑπο-
τάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν
6 συνείδησιν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε· λειτουρ-
γοὶ γὰρ θεοῦ εἰσιν εἰς αὐτὸ τοῦτο προςκαρτεροῦντες.
7 Ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ τὸν φόρον, τὸν φό-
ρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον·
8 τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν. Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ
μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾷν· ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον νό-
9 μον πεπλήρωκε. Τὸ γάρ· „Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις,
οὐ κλέψεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις,“ καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολὴ,
ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ· „Ἀγαπήσεις
10 τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.“ Ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον
κακὸν οὐκ ἐργάζεται· πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη.
11 Καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρὸν, ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ
ὕπνου ἐγερθῆναι· (νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία ἢ
12 ὅτε ἐπιστεύσαμεν. Ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγι-
κεν·) ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους καὶ ἐνδυσώ-
13 μεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως
περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ
14 ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ, ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύ-
ριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖ-
σθε εἰς ἐπιθυμίας.

ΚΕΦ. XIV.

1 Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προςλαμβάνεσθε, μὴ
2 εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. Ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν
3 πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. Ὁ ἐσθίων τὸν μὴ
ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα
4 μὴ κρινέτω· ὁ θεὸς γὰρ αὐτὸν προςελάβετο. Σὺ τίς εἶ
ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήσει ἢ
πίπτει· σταθήσεται δέ· δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς στῆσαι
5 αὐτόν. Ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει
πᾶσαν ἡμέραν· ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω.
6 Ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν κυρίῳ φρονεῖ, καὶ ὁ μὴ φρονῶν

XIII, 5. al. διὸ ὑποτάσσεσθε †. 8. al. ἀγαπᾷν ἀλλήλους †. 9. al. οὐ κλέψ., οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμ. †. ib. al. τῷ λόγῳ τούτῳ. 10. al. πλήρωμα δὲ. 11. al. ἰδόντες. 12. al. ἀποβαλώμεθα. ib. al. ἐνδυσώμεθα δὲ †. XIV, 3. al. ὁ δὲ μὴ ἐσθίων †. 4. al. δυνατεῖ γὰρ (†.) ὁ κύριος.

percipies; Dei enim minister est in tuum commodum. Sin 4
autem male agis, tibi metue; nam non frustra gladium ge-
stat; Dei enim minister est ad maleficum quemque severis
poenis coercendum. Quare necessitas sese submittendi adest, 5
non solum propter poenas, sed etiam propter conscientiam.
Quare enim etiam tributa annua pendite; nam ministri sunt 6
Dei hoc ipsum assidue curantes. Reddite igitur omnibus ea 7
quae ipsis debentur; cui tributum debetis, tributum; cui
vectigal, vectigal; cui metum (reverentiam), metum; cui
honorem, honorem. Ne ulli quidquam debeatis, nisi mu- 8
tuum amorem; alios enim qui amat, legi satisfecit. Nam
illud: non adulterium, non homicidium, non furtum com-
mittes, non concupisces, et si quod aliud praeceptum,
hac una voce (lege) tanquam summa continentur, hac: 9
„alios amabis ut temetipsum." . Amor alteri nil mali 10
infert; exacta igitur legis observatio amor. Idque (aga- 11
mus) scientes tempus opportunum, horam iam adesse,
ut e somno iam expergiscamur; (nunc enim salus nobis pro-
pior est, quam quum nomen Christo dederimus. Nox pro- 12
cessit (profligata est), sed dies appropinquavit;) depona-
mus igitur facta noctis et arma lucis induamur. Quemad- 13
modum decet luce fruentes (vera rerum div. cognitione im-
butos), honeste vivamus, non commessationibus et compo-
tationibus, non congressibus venereis et lasciviis, non rixae
atque invidiae dediti, at induamini dominum Iesum Christum 14
nec corpus curate ad libidines excitandas.

CAP. XIV.

Fide laborantem leniter tractate, ne temeraria oriantur 1
iudicia. Qui quidem (omnia sine discrimine) comedenda 2
esse credit, omnia; qui vero fide laborat, olera comedat.
Qui quovis cibo utitur, eum, qui non utitur, ne contem- 3
nat; et qui non quovis utitur cibo, eum, qui utitur, ne
iudicet; nam Deus eum benigne tractavit. Tu quis es, qui 4
de alieno servo feras iudicium? suo domino stat aut cadit;
servabitur autem; nam Deus eum erigere potest. Alius 5
diem diei praefert, alius quemvis diem eodem habet numero;
sua quisque mente certo utatur iudicio. Qui diem observat, 6
domino observat, et qui diem non observat, domino non

---

buendum: pristinae vitiositati renuntiandum et omnino vitam Christi re et facto exprimendam. XIII, 1--14.

Superstitiosos comiter esse ferendos; etiam ab licitis rebus in-

τὴν ἡμέραν κυρίῳ οὐ φρονεῖ· καὶ ὁ ἐσθίων κυρίῳ ἐσθίει·
εὐχαριστεῖ γὰρ τῷ θεῷ· καὶ ὁ μὴ ἐσθίων κυρίῳ οὐκ
7 ἐσθίει, καὶ εὐχαριστεῖ τῷ θεῷ. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν ἑαυτῷ
8 ζῇ καὶ οὐδεὶς ἑαυτῷ ἀποθνήσκει. Ἐάν τε γὰρ ζῶμεν,
τῷ κυρίῳ ζῶμεν· ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν, τῷ κυρίῳ ἀπο-
θνήσκομεν. Ἐάν τε οὖν ζῶμεν, ἐάν τε ἀποθνήσκωμεν,
9 τοῦ κυρίου ἐσμέν. Εἰς τοῦτο γὰρ Χριστὸς καὶ ἀπέθανε
10 καὶ ἔζησεν, ἵνα καὶ νεκρῶν καὶ ζώντων κυριεύσῃ. Σὺ δέ,
τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; ἢ καὶ σύ, τί ἐξουθενεῖς τὸν
ἀδελφόν σου; Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι
11 τοῦ Χριστοῦ. Γέγραπται γάρ· „Ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος,
ὅτι ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογή-
12 σεται τῷ θεῷ.“ Ἄρα οὖν ἕκαστος ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ
13 λόγον δώσει τῷ θεῷ. Μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν,
ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα
14 τῷ ἀδελφῷ ἢ σκάνδαλον. Οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν κυρίῳ
Ἰησοῦ, ὅτι οὐδὲν κοινὸν δι᾽ αὐτοῦ, εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ
15 τι κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ κοινόν· εἰ δὲ διὰ βρῶμα ὁ ἀδελ-
φός σου λυπεῖται, οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς. Μὴ
τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς
16 ἀπέθανε. Μὴ βλασφημείσθω οὖν ὑμῶν τὸ ἀγαθόν.
17 Οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ βρῶσις καὶ πόσις,
ἀλλὰ δικαιοσύνη καὶ εἰρήνη καὶ χαρὰ ἐν πνεύματι ἁγίῳ.
18 Ὁ γὰρ ἐν τούτοις δουλεύων τῷ Χριστῷ εὐάρεστος τῷ
19 θεῷ καὶ δόκιμος τοῖς ἀνθρώποις. Ἄρα οὖν τὰ τῆς
εἰρήνης διώκωμεν καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλή-
20 λους. Μὴ ἕνεκεν βρώματος κατάλυε τὸ ἔργον τοῦ θεοῦ.
Πάντα μὲν καθαρά, ἀλλὰ κακὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ διὰ
21 προσκόμματος ἐσθίοντι. Καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέα μηδὲ
πιεῖν οἶνον μηδὲ ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει ἢ σκαν-
22 δαλίζεται ἢ ἀσθενεῖ. Σὺ πίστιν ἔχεις· κατὰ σεαυτὸν ἔχε
ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ
23 δοκιμάζει. Ὁ δὲ διακρινόμενος, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται,
ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως· πᾶν δὲ ὃ οὐκ ἐκ πίστεως ἁμαρτία
ἐστίν.

XIV, 6. al. omisso καὶ l. ὁ ἐσθίων. 8. al. ἀποθνήσκομεν. 9. al. καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἀνέζησε † s. ἔζησε κ. ἀπέθ. κ. ἀνέστη. alii aliter. 10. pro Χριστοῦ l. θεοῦ. 12. al. ἀποδώσει. 14. al. ἑαυτοῦ †. s. αὐτοῦ. 15. al. εἰ γὰρ †. 18. al. τούτῳ †. 19. al. post ἀλλήλ. l. φυλάξωμεν. 23. Hic multi Codd. PP. et verss. addunt cap. XVI. vs. 25—27.

observat: et qui cibo (promiscue) utitur, domino utitur;
gratias enim agit Deo; et qui non cibo (sine discrimine)
utitur, Deo non utitur, et gratias agit Deo. Nemo enim 7
nostrum pro suo arbitrio vivit et nemo pro suo arbitrio mo-
ritur. Sive enim vivamus, domino vivimus; sive moria- 8
mur, domino morimur. Sive igitur vivamus, sive moria-
mur, domino sumus. Hunc enim in finem Christus et mor- 9
tuus est et revixit, ut et mortuorum et vivorum esset do-
minus. Tu vero, quid fratrem tuum (inique) iudicas? aut 10
etiam tu, quid fratrem tuum contemnis? Omnes enim ap-
parebimus coram tribunali Christi. Scriptum enim est: 11
*) „vivo ego (i. e. per vitam meam), inquit dominus; mihi
quodvis genu sese flectet et quaevis lingua celebrabit Deum
(omnes me omnium dominum profitebuntur et venera-
buntur)." Itaque ergo quisque nostrum de se rationem 12
reddet Deo. Ne igitur amplius de nobis invicem iudicium 13
feramus (iniquum), sed hoc potius iudicate, ne irritamen-
tum peccandi fratribus vel offendiculum praebeatis. Scio 14
et persuasum habeo per dominum Iesum, nihil per se esse
profanum, nisi ei, qui profani quid esse statuit, esse pro-
fanum; sin vero propter cibum frater tuus tristitia afficitur, 15
non amplius amori convenienter vivis. Ne ob cibum tuum 16
illum perdas, pro quo Christus mortuus est. Ne igitur bo-
num vestrum (religio chr.) conviciis proscindatur. Non 17
enim est regnum divinum cibus et potus, sed iustitia et
pax et gaudium per Spiritum sanctum effectum. Quicunque 18
enim in his Christo inservit, Deo est acceptus et probatur
hominibus. Itaque ergo quae ad concordiam valent, dili- 19
genter curemus, et quae ad mutuam salutem promovendam.
Ne cibi causa opus Dei evertas. Omnia quidem pura (omnia 20
ciborum genera per se licita sunt), sed malo sunt homini,
quicunque cum (alterius) offensione comedit. Pulcrum est, 21
non edere carnem neque vinum bibere neque (quidquam
facere), quo frater tuus impingit aut offenditur aut vacillat.
Tu fidem habes; seorsim habeas iudice Deo. Beatus, qui 22
in eo, quod exploratum habet, semetipsum non iudicat
(i. e. male de se statuere cogitur. al. qui non fluctuat). Qui 23
vero animo haesitat, si cibo utitur, condemnatus est, quo-
niam non a fide proficiscitur; quodcunque autem non a fide
proficiscitur, peccatum est.

---

*) Ies. XLV, 23.
terdum illorum causa abstinendum nec patiendum, ut imbecil-
liores conscientia repugnante ad aliorum mores sese componant.

ΚΕΦ. XV.

1 Ὀφείλομεν δὲ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν
2 ἀδυνάτων βαστάζειν καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν· ἕκαστος
ἡμῶν τῷ πλησίον ἀρεσκέτω εἰς τὸ ἀγαθὸν πρὸς οἰκοδο-
3 μήν. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν, ἀλλὰ,
καθὼς γέγραπται· „Οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σὲ
4 ἐπέπεσον ἐπ' ἐμέ." Ὅσα γὰρ προεγράφη, εἰς τὴν
ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς
καὶ τῆς παρακλήσεως τῶν γραφῶν τὴν ἐλπίδα ἔχωμεν.
5 Ὁ δὲ θεὸς τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς παρακλήσεως δῴη ὑμῖν
τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦν, ἵνα
6 ὁμοθυμαδὸν ἐν ἑνὶ στόματι δοξάζητε τὸν θεὸν καὶ πα-
7 τέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Διὸ προσλαμ-
βάνεσθε ἀλλήλους, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς προσελάβετο
8 ὑμᾶς εἰς δόξαν θεοῦ. Λέγω δὲ, Ἰησοῦν Χριστὸν διάκο-
νον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ εἰς τὸ
9 βεβαιῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων· τὰ δὲ ἔθνη ὑπὲρ
ἐλέους δοξάσαι τὸν θεὸν, καθὼς γέγραπται· „Διὰ τοῦτο
ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἔθνεσι καὶ τῷ ὀνόματί σου ψαλῶ."
10 Καὶ πάλιν λέγει· „Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ
11 αὐτοῦ." Καὶ πάλιν· „Αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ
12 ἔθνη καὶ ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί." Καὶ πάλιν
Ἡσαΐας λέγει· „Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ καὶ ὁ ἀνιστά-
13 μενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν." Ὁ δὲ
θεὸς τῆς ἐλπίδος πληρώσαι ὑμᾶς πάσης χαρᾶς καὶ εἰρή-
νης ἐν τῷ πιστεύειν εἰς τὸ περισσεύειν ὑμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι
ἐν δυνάμει πνεύματος ἁγίου.
14 Πέπεισμαι δὲ, ἀδελφοί μου, καὶ αὐτὸς ἐγὼ περὶ
ὑμῶν, ὅτι καὶ αὐτοὶ μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, πεπληρω-
μένοι πάσης γνώσεως, δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν.
15 Τολμηρότερον δὲ ἔγραψα ὑμῖν, ἀδελφοὶ, ἀπὸ μέρους,
ὡς ἐπαναμιμνήσκων ὑμᾶς, διὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσάν
16 μοι ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς τὸ εἶναί με λειτουργὸν Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ εἰς τὰ ἔθνη ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ,
ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἡγια-
17 σμένη ἐν πνεύματι ἁγίῳ. Ἔχω οὖν καύχησιν ἐν Χριστῷ

XV, 2. al. ἕκαστος γὰρ (†.) ὑμῶν. 4. al. ἐγράφη † s. προεγράφη. 7. al. προσελαβε ἡμᾶς †. 8. λέγω γὰρ †. 11. al. καὶ πάλιν λέγει. ib. al. πάντα τὰ ἔθνη τὸν κύριον. ib. al. ἐπαινεσάτωσαν. 13. al. πάσῃ χαρᾷ καὶ εἰρήνῃ. 14. al. pro ἀλλήλ. l. ἄλλους †.

CAP. XV.

Debemus autem nos potentes (firmiores) infirmitates 1
impotentium ferre nec nobis ipsis placere; quisque nostrum 2
aliis placeat inserviendo eorum bonis, ut salutem eorum
curet. Etenim Christus non sibi placuit, sed (fecit), quem- 3
admodum scriptum legitur: *) „convicia te convicantium
me obruerunt." Quaecunque enim antea literis consignata 4
sunt, in nostram disciplinam antea literis consignata sunt,
ut per patientiam et solatium, quae libri sacri suppeditant,
spem haberemus. Deus autem patientiae et solatii auctor 5
det vobis, ut ex mente Iesu Christi mutuam concordiam 6
alatis, ut uno animo unoque ore Deum et patrem domini
nostri Iesu Christi celebretis. Quare mutuis vos obsequiis 7
excipite, quemadmodum Christus quoque benigne vos tracta-
vit ad Deum illustrandum. Dico autem, Iesum Christum 8
ministrum extitisse Iudaeorum ad veritatem divinam decla-
randam, ut promissa maioribus data rata fierent; gentiles 9
autem propter misericordiam laudibus celebrare Deum,
quemadmodum scriptum legitur: **) hanc ob causam te
profitebor inter gentes tuumque nomen efferam carminibus."
Iterumque dicit: „gaudete gentes cum eius populo.". Atque 10
iterum: „laudate dominum omnes gentes eiusque laudes ce- 11
lebrate omnes populi." Et iterum Iesaias dicit: „surculus 12
prodibit e stirpe Iessaea et qui surgit, ut gentibus imperet;
in eo gentes spem suam habebunt." Deus autem spei auctor 13
in profitenda religione christiana omni laetitia et tranquilli-
tate vos impleat, ut spe, quam fovetis, vi Spiritus sancti
abundetis.

Verum et ipse ego persuasum mihi habeo, fratres mei, 14
vos et ipsos plenos esse integritatis, omni repletos scientia,
valentes etiam vos invicem admonere. Audacius autem 15
scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vo-
bis revocans propter gratiam a Deo mihi concessam, ut mi- 16
nister essem Iesu Christi inter gentes, qui laetam de regno
Messiano doctrinam administrarem, ut oblatio gentilium
accepta redderetur, sancta per Spiritum sanctum. Habeo 17
igitur gloriandi materiam per Christum Iesum in rebus divi-

---

*) Ps. LXIX, 10. **) Ps. XVIII, 50. Deut. XXXII, 43. Ps. CXVII, 1. Ies, XI, 10.

Quod dubitas, ne feceris: mutuum esse debere et Iudaeorum et gentilium, qui sacra chr. amplexi sunt, amorem. XIV, 1—23. XV, 1—13. Caeterum excusat apostolus suam in castigando severitatem; exponit de itineris sui ad Romanos impedimentis ac de

18 Ἰησοῦ τὰ πρὸς τὸν Θεόν· οὐ γὰρ τολμήσω λαλεῖν τι ὧν
οὐ κατειργάσατο Χριστὸς δι᾽ ἐμοῦ εἰς ὑπακοὴν ἐθνῶν,
19 λόγῳ καὶ ἔργῳ, ἐν δυνάμει σημείων καὶ τεράτων, ἐν
δυνάμει πνεύματος ἁγίου ὥστε με ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ
κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκέναι τὸ εὐαγγέλιον
20 τοῦ Χριστοῦ· οὕτω δὲ φιλοτιμούμενον εὐαγγελίζεσθαι,
οὐχ ὅπου ὠνομάσθη Χριστὸς, ἵνα μὴ ἐπ᾽ ἀλλότριον θε-
21 μέλιον οἰκοδομῶ, ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται· „Οἷς οὐκ
ἀνηγγέλη περὶ αὐτοῦ, ὄψονται, καὶ οἳ οὐκ ἀκηκόασι,
22 συνήσουσι.“ Διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν
23 πρὸς ὑμᾶς. Νυνὶ δὲ μηκέτι τόπον ἔχων ἐν τοῖς κλίμασι
τούτοις, ἐπιποθίαν δὲ ἔχων τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ἀπὸ
24 πολλῶν ἐτῶν, ὡς ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλ-
πίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς καὶ ὑφ᾽ ὑμῶν προ-
πεμφθῆναι ἐκεῖ, ἐὰν ὑμῶν πρῶτον ἀπὸ μέρους ἐμπλησθῶ.
25 Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἁγίοις.
26 Εὐδόκησαν γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινωνίαν τινὰ
ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἁγίων τῶν ἐν Ἱερου-
27 σαλήμ. Εὐδόκησαν γὰρ καὶ ὀφειλέται αὐτῶν εἰσιν. Εἰ
γὰρ τοῖς πνευματικοῖς αὐτῶν ἐκοινώνησαν τὰ ἔθνη, ὀφεί-
28 λουσι καὶ ἐν τοῖς σαρκικοῖς λειτουργῆσαι αὐτοῖς. Τοῦτο
οὖν ἐπιτελέσας καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν
29 τοῦτον ἀπελεύσομαι δι᾽ ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν. Οἶδα δὲ,
ὅτι ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς ἐν πληρώματι εὐλογίας τοῦ εὐ-
30 αγγελίου τοῦ Χριστοῦ ἐλεύσομαι. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς,
ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ
τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος συναγωνίσασθαί μοι ἐν ταῖς
31 προσευχαῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Θεὸν, ἵνα ῥυσθῶ ἀπὸ
τῶν ἀπειθούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ ἵνα ἡ διακονία μου
32 ἡ εἰς Ἱερουσαλὴμ εὐπρόσδεκτος γένηται τοῖς ἁγίοις, ἵνα
ἐν χαρᾷ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς διὰ θελήματος Θεοῦ καὶ συνα-
33 ναπαύσωμαι ὑμῖν. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης μετὰ πάντων
ὑμῶν. [Ἀμήν.]

XV, 18. al. τι λαλεῖν s. τι εἰπεῖν. 19. al. πν. Θεοῦ †. s. πνεύματος simpliciter. 24. al. ὡς ἂν οὖν πορεύομαι. ib. al. εἰς τὴν Σπανίαν ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς· ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος †. 25. al. διακονήσων s. διακονῆσαι. 29. al. ἐν πληροφορίᾳ. ib. al. εὐλογίας Χριστοῦ ἐλεύσομαι. 33. al. ἤτω μετὰ πάντων ὑμῶν.

nis; non enim sustinebo dicere quidquam eorum, quae 18
Christus per me non effecerit, ut gentes ad religionem chri-
stianam adducerentur, verbis et factis, vi miraculorum et
prodigiorum, vi Spiritus sancti, ita ut ab Hierosolymis et 19
regione circumiacente ad Illyrium usque laetam de Messia
doctrinam absolverim; sic autem summopere annitebar in 20
laeto de regno Messiano nuntio perferendo, non ubi Christus
nominabatur, ne alieno fundamento superstruerem, sed, 21
quemadmodum relatum legitur: *) „quibus nihil de eo erat
nuntiatum, videbunt, et qui nihil audiverunt, intelligent.“
Quare etiam multis modis impediebar, quominus ad vos 22
venirem. Iam vero quum in his regionibus non amplius 23
locum habeam, desiderio autem ad vos veniendi multis ab
annis flagrem, ut si in Hispaniam proficiscar, spero, fore, 24
ut transeundo vos videam et a vobis illuc deducar, quan-
do vestra primum consuetudine quodammodo fuero satia-
tus. Nunc vero Hierosolyma proficiscor, ut eleemosynis 25
colligendis christianorum, qui ibi sunt, inopiae succur-
ram. Placuit enim Macedoniae et Achaiae societatem 26
quandam inire ad egenos christianorum, qui Hierosolymis
vivunt, sublevandos. Placuit enim iis eorumque sunt de- 27
bitores. Si enim gentiles in communionem animi bonorum
cum iis venerunt, etiam in rebus externis iis opem ferre
debent. Quo igitur confecto negotio et hoc fructu tuto 28
ad eos perlato, per vos proficiscar in Hispaniam. Novi 29
autem, me ad vos venientem cum omni bonorum copia,
quae inest in laeta Christi doctrina, esse venturum. Hor- 30
tor autem vos, fratres, per dominum nostrum Iesum Chri-
stum et per amorem Spiritus sancti, ut in precibus pro
me ad Deum fundendis mecum concertetis, ut e manibus eo- 31
rum qui in Iudaea obedientiam (rel. ch.) recusant, eri-
piar et ut eleemosynae Hierosolyma a me deportandae chri-
stianis illis reddantur gratae, ut laeto animo ad vos Deo 32
volente veniam atque animum vobiscum recreem. Deus 33
autem pater concordiae omnibus vobis adsit.

---

*) Ies. LII, 15.

stipe, quam e coetibus chr. Europaeis Hierosolyma sit collaturus: ad eandem liberalitatem Romanos exercendam provocat ac bona vota pro se apud Deum ut suscipiant, eos hortatur. 14—33.

ΚΕΦ. XVI.

1 Συνίστημι δὲ ὑμῖν Φοίβην τὴν ἀδελφὴν ἡμῶν, οὖ-
2 σαν διάκονον τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κεγχρεαῖς, ἵνα αὐτὴν
προσδέξησθε ἐν κυρίῳ ἀξίως τῶν ἁγίων καὶ παραστῆτε
αὐτῇ ἐν ᾧ ἂν ὑμῶν χρῄζῃ πράγματι· καὶ γὰρ αὐτὴ προ-
3 στάτις πολλῶν ἐγενήθη καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. Ἀσπάσασθε
Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν τοὺς συνεργούς μου ἐν Χριστῷ
4 Ἰησοῦ, οἵτινες ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τὸν ἑαυτῶν τράχη-
λον ὑπέθηκαν, οἷς οὐκ ἐγὼ μόνος εὐχαριστῶ, ἀλλὰ καὶ
5 πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τῶν ἐθνῶν, καὶ τὴν κατ᾽ οἶκον αὐτῶν
6 ἐκκλησίαν. Ἀσπάσασθε Ἐπαίνετον τὸν ἀγαπητόν μου,
ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀσίας εἰς Χριστόν. Ἀσπάσασθε
7 Μαριάμ, ἥτις πολλὰ ἐκοπίασεν εἰς ἡμᾶς. Ἀσπάσασθε
Ἀνδρόνικον καὶ Ἰουνίαν τοὺς συγγενεῖς μου καὶ συναι-
χμαλώτους μου, οἵτινές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀποστόλοις,
8 οἳ καὶ πρὸ ἐμοῦ γεγόνασιν ἐν Χριστῷ. Ἀσπάσασθε
9 Ἀμπλίαν τὸν ἀγαπητόν μου ἐν κυρίῳ. Ἀσπάσασθε
Οὐρβανὸν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ καὶ Στάχυν
10 τὸν ἀγαπητόν μου. Ἀσπάσασθε Ἀπελλῆν τὸν δόκιμον
ἐν Χριστῷ. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου.
11 Ἀσπάσασθε Ἡρωδίωνα τὸν συγγενῆ μου. Ἀσπάσασθε
12 τοὺς ἐκ τῶν Ναρκίσσου τοὺς ὄντας ἐν κυρίῳ. Ἀσπά-
σασθε Τρύφαιναν καὶ Τρυφῶσαν τὰς κοπιώσας ἐν κυρίῳ.
Ἀσπάσασθε Περσίδα τὴν ἀγαπητήν, ἥτις πολλὰ ἐκοπία-
13 σεν ἐν κυρίῳ. Ἀσπάσασθε Ῥοῦφον τὸν ἐκλεκτὸν ἐν
14 κυρίῳ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ ἐμοῦ. Ἀσπάσασθε
Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν καὶ
τοὺς σὺν αὐτοῖς ἀδελφούς. Ἀσπάσασθε Φιλόλογον καὶ
15 Ἰουλίαν, Νηρέα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ καὶ Ὀλυμπᾶν
16 καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς πάντας ἁγίους. Ἀσπάσασθε ἀλλή-
λους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι
πᾶσαι τοῦ Χριστοῦ.
17 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς τὰς
διχοστασίας καὶ τὰ σκάνδαλα παρὰ τὴν διδαχὴν ἣν
18 ὑμεῖς ἐμάθετε ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ᾽ αὐτῶν. Οἱ
γὰρ τοιοῦτοι τῷ κυρίῳ ἡμῶν Χριστῷ οὐ δουλεύουσιν,
ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ
19 εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. Ἡ γὰρ

XVI, 2. al. pro αὐτῇ l. αὐτη †. 3. al. Πρίσκιλλαν †. 5. al. ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας †. 6. al. εἰς ὑμᾶς † s. ἐν ὑμῖν. 7. al. τοῖς πρὸ ἐμοῦ. 8. Ἀμπλιάτον s. Ἀπλίαν s. Μαπλίαν. 15. al. Νηρέαν. 16. al. simpliciter ἐκκλησίαι. 17. al. ἀσφαλῶς σκοπεῖτε. 18. al. κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ † s. κυρίῳ Χριστῷ ἡμῶν.

CAP. XVI.

Commendo autem vobis Phoeben, sororem nostram, 1
ministram coetus christiani Cenchreensis, ut eam excipia- 2
tis, quoniam Christo nomen dedit, quemadmodum decet
Christianos, eique assistatis, quacunque in re vestra ope
indigeat; nam ipsa quoque multis et mihi ipsi fuit patro-
na. Salutate Priscillam et Aquilam, adiutores meos in re- 3
ligione Christi Iesu propaganda, quippe qui pro vita mea 4
suas ipsorum cervices dederunt, quibus non ego solus gra-
tias ago, sed etiam omnes coetus christiani inter gentiles,
et coetum, qui in aedibus eorum congregatur. Salutate 5
Epaenetum mihi amicissimum, primitias eorum, qui in Asia
Christum professi sunt. Salutate Mariam, quae quidem 6
in nostrum commodum multum laboravit. Salutate Andro- 7
nicum et Iuniam, cognatos meos et captivitatis meae so-
cios, ut qui insignes sunt inter apostolos, qui etiam ante
me Christo nomen dederunt. Salutate Ampliam mihi in 8
domino profitendo amicissimum. Salutate Urbanum, coad- 9
iutorem nostrum in re christiana administranda, et Sta-
chyn mihi carum. Salutate Apellem in rebus christianis 10
probatum. Salutate Aristobuli familiam. Salutate Hero- 11
dionem, cognatum meum. Salutate domesticos Narcissi,
qui religionem domini profitentur. Salutate Tryphaenam 12
et Tryphosam, quae in re christiana elaborarunt. Salu-
tate Persidem dilectam, quae in causa domini multum sus-
cepit laboris. Salutate Rufum, egregium domini culto- 13
rem, eiusque matrem et meam. Salutate Asyncritum, 14
Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermem et, qui cum
illis versantur, fratres. Salutate Philologum et Iuliam, 15
Nereum eiusque sororem, et Olympam omnesque, qui cum
iis versantur, Christianos. Salutate vos invicem osculo 16
sacro. Salutant vos omnes Christi coetus.

Hortor autem vos, fratres, ut caveatis vobis ab iis, 17
qui dissidia et offensiones contra eam, quam vos didici-
stis doctrinam, excitant, et declinate (vos) ab iis. Ta- 18
les enim domino nostro Christo non inserviunt, sed suo
ipsorum ventri, et verborum lenociis atque adulationibus
simplicium hominum animos decipiunt. Vestra enim obe- 19

XVI. Commendat Phoeben; Priscam, Aquilam aliosque multos salutat. 1—16. Monet, ut ab hominibus malevolis, qui dis-

ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο· χαίρω οὖν τὸ ἐφ'
ὑμῖν· θέλω δὲ ὑμᾶς σοφοὺς μὲν εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν,
20 ἀκεραίους δὲ εἰς τὸ κακόν. Ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης συν-
τρίψει τὸν σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑμῶν ἐν τάχει. Ἡ
χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν.
21 Ἀσπάζονται ὑμᾶς Τιμόθεος ὁ συνεργός μου καὶ
Λούκιος καὶ Ἰάσων καὶ Σωσίπατρος οἱ συγγενεῖς μου.
22 Ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν
23 ἐν κυρίῳ. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Γάϊος ὁ ξένος μου καὶ τῆς
ἐκκλησίας ὅλης. Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἔραστος ὁ οἰκονόμος
24 τῆς πόλεως καὶ Κούαρτος ὁ ἀδελφός. Ἡ χάρις τοῦ
κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.
25 Τῷ δὲ δυναμένῳ ὑμᾶς στηρίξαι κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν
μου καὶ τὸ κήρυγμα Ἰησοῦ Χριστοῦ, κατὰ ἀποκάλυψιν
26 μυστηρίου χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου, φανερωθέντος
δὲ νῦν διά τε γραφῶν προφητικῶν, κατ' ἐπιταγὴν τοῦ
αἰωνίου θεοῦ εἰς ὑπακοὴν πίστεως εἰς πάντα τὰ ἔθνη
27 γνωρισθέντος· μόνῳ σοφῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ
ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας! Ἀμήν.

ΠΑΥΛΟΥ
ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ.

ΚΕΦ. I.

1 Παῦλος κλητὸς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελή-
2 ματος θεοῦ καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφὸς τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ
θεοῦ τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ
Ἰησοῦ, κλητοῖς ἁγίοις σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ
ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν παντὶ τόπῳ

XVI, al. συντρίψαι. ib. al. ἡ χάρις usque ad ὑμῶν excludunt. Alii post ὑμῶν addunt Ἀμήν †. 21. al. ἀσπάζεται ὑμᾶς †. 23. al. ὅλης τῆς ἐκκλησίας. 24. al. hunc vs. inducunt. 25. (cf. XIV, 23.) al. τοῦ ἐπουρανίου θεοῦ. 26. al. διὰ γραφῶν. 12. Post hunc vs. alii l. Πρὸς Ῥωμαίους ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας. Alii aliter.

dientia ad omnes penetravit; laetor igitur de rebus ve-
stris; velim autem vos sapientes quidem esse, quod ad ho-
nestum, sed sinistros, quod ad inhonestum attinet. Deus 20
autem, concordiae auctor, Satanam pedibus vestris sub-
iectum cito conteret. Gratia domini nostri Iesu Christi
vobis adsit.
Salutant vos Timotheus, adiutor meus, et Lucius et 21
Iason et Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, 22
qui hanc epistolam scripsi, ex mente domini. Salutat vos 23
Caius, hospes meus et totius ecclesiae. Salutat vos Era-
stus, quaestor huius urbis, et Quartus frater. Gratia do- 24
mini nostri Iesu Christi vobis omnibus adsit. Profecto
(adsit)!
Ei vero, qui vos stabilire potest secundum laetam, 25
quam ego trado, de regno divino doctrinam et praeco-
nium Iesu Christi, secundum manifestationem mysterii post
hominum memoriam silentio pressi, nunc vero in lucem 26
editi per scripta vatum sacrorum, ex mandato aeterni Dei,
quod omnibus gentibus, ut ad fidem in Iesu positam per-
ducerentur, innotuit; soli sapienti Deo, per Iesum Chri- 27
stum, (cui) maxima laus in aeternum contingat! Utique
contingat!

P A U L I

A D C O R I N T H I O S

EPISTOLA PRIMA.

CAP. I.

Paulus, vocatus apostolus Iesu Christi volente Deo, et 1
Sosthenes frater, coetui Dei, qui Corinthi est, consecratis 2
per Christum Iesum, vocatis sanctis cum omnibus, qui do-
minum nostrum Iesum Christum venerantur quovis in loco,

---

sidia spargant, diligenter sibi caveant, ac, iterum salutationibus additis, Deum laudibus celebrat. 17—27.

I. Apostolus fausta quaevis Corinthiis suis apprecatus, 1—3.,

3 αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεο
πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.
4 Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν ἐπὶ τ
5 χάριτι τοῦ θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτ
ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσ
6 γνώσει, καθὼς τὸ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐ
7 ὑμῖν, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματ
ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησο
8 Χριστοῦ· ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνεγκλήτου
9 ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πιστὸ
ὁ θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ υἱοῦ αὐτο
Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν.
10 Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ ὀνόματο
τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα τὸ αὐτὸ λέγητ
πάντες καὶ μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα, ἦτε δὲ κατηρτισμέ
11 νοι ἐν τῷ αὐτῷ νοῒ καὶ ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ. Ἐδηλώθ
γάρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτ
12 ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσι. Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι ἕκαστος ὑμῶ
λέγει· Ἐγὼ μέν εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλὼ, ἐγὼ δ
13 Κηφᾶ, ἐγὼ δὲ Χριστοῦ. Μεμέρισται ὁ Χριστός; μ
Παῦλος ἐσταυρώθη ὑπὲρ ὑμῶν ἢ εἰς τὸ ὄνομα Παύλο
14 ἐβαπτίσθητε; Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ, ὅτι οὐδένα ὑμῶ
15 ἐβάπτισα, εἰ μὴ Κρίσπον καὶ Γάϊον, ἵνα μή τις εἴπῃ
16 ὅτι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐβάπτισα. Ἐβάπτισα δὲ καὶ τὸ
Στεφανᾶ οἶκον· λοιπὸν οὐκ οἶδα, εἴ τινα ἄλλον ἐβάπτισα.
17 Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγ-
γελίζεσθαι· οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυ-
18 ρὸς τοῦ Χριστοῦ. Ὁ λόγος γὰρ ὁ τοῦ σταυροῦ τοῖς μὲν
ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶ, τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν δύνα-
19 μις θεοῦ ἐστι. Γέγραπται γάρ· „Ἀπολῶ τὴν σοφίαν
τῶν σοφῶν καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω.“
20 Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος
τούτου; Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου
21 τούτου; Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ θεοῦ οὐκ ἔγνω ὁ
κόσμος διὰ τῆς σοφίας τὸν θεὸν, εὐδόκησεν ὁ θεὸς διὰ
τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος σῶσαι τοὺς πιστεύοντας.
22 Ἐπειδὴ καὶ Ἰουδαῖοι σημεῖα αἰτοῦσι καὶ Ἕλληνες σοφίαν
ζητοῦσιν· ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον
23 Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν· αὐτοῖς δὲ

I, 6. al. τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ. 8. al. ἐν τῇ παρουσίᾳ. 13. al. μὴ μεμέρισται. 15. al. ἐβαπτίσθητε s. ἐβαπτίσθη s. ὅτι εἰς τὸ ὄνομα Π. ἐβαπτίσθην.

et suo et nostro s. d. Gratia vobis et pax a Deo patre nostro 3
et domino Iesu Christo (contingat).

Gratias ago Deo meo nunquam non de vobis propter 4
gratiam Dei per Christum Iesum vobis concessam, quoniam 5
omnibus rebus ditati estis per eum, omni doctrina omnique
scientia, quemadmodum illud Christi testimonium in vobis 6
confirmatum est, ita ut vos nullo careretis beneficio appari- 7
tionem exspectantes domini nostri Iesu Christi, qui etiam 8
vos confirmabit usque ad finem, ut sitis inculpati die domini
nostri Iesu Christi. Fidelis est Deus, per quem ad socie- 9
tatem filii eius Iesu Christi, domini nostri, vocati estis.

Adhortor autem vos, fratres, auctoritate domini nostri 10
Iesu Christi, ut idem dicatis omnes, et ne inter vos dissidia
sint, sed eandem mentem eandemque foventes sententiam
sitis perfecti. Patefactum est enim mihi de vobis, fratres 11
mei, a Chloes domesticis, rixas esse inter vos. Dico au- 12
tem hoc, quemvis vestrum dicere: equidem sum Pauli, ego
vero Apollonii, ego Cephae, ego Christi sectator. Estne 13
Christus divisus? num Paulus pro vobis in crucem actus est
an lotione sacra Paulo estis obstricti? Gratias ago Deo 14
meo, quod neminem vestrum sacro immersi lavacro, nisi
Crispum et Caium, ne quis diceret, me mihi sacro obligasse 15
lavacro. Verum etiam Stephani domum lotione sacra imbui: 16
caeterum non novi, si quem alium sacra lotione imbui.

Non enim Christus me misit, ut aqua immergerem, 17
sed ut laetum de regno Messiano nuntium perferrem; non
cum dicendi solertia, ne crux Christi vi sua destitueretur.
Doctrina enim de cruce iis quidem, qui beatitudine Messiana 18
excidunt, stultitia est, iis vero, qui beatitudine Messiana
potiuntur, nobis, vis est divina. Nam scriptum est: *) 19
„perdam sapientiam sapientium atque intelligentiam intelli-
gentium reddam vanam.“ Ubinam sapiens, ubinam legis 20
peritus, ubinam sophista huius seculi? Nonne Deus sa-
pientiam huius mundi insipientiam reddidit? Quandoqui- 21
dem enim in Dei sapientia mundus per suam sapientiam
Deum non novit, placuit Deo per stultitiam, quae in prae-
conio nostro iis inesse videtur, eos, qui fidem habent, ser-
vare. Quandoquidem et Iudaei miracula expetunt et Graeci 22
sapientiam quaerunt; nos autem praedicamus Christum in
crucem actum, Iudaeis quidem offendiculum, Gentilibus 23

*) Ies. XXIX, 14.

Deoque gratiis actis de rerum div., qua eos imbuerat, cogni-
tione, 4—9., hortatur ad concordiam alendam, vituperat cum

καθ᾽ ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥςτε ἐξαπο-
9 ρηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν· ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ
ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες
ὦμεν ἐφ᾽ ἑαυτοῖς, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς
10 νεκρούς, ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐῤῥύσατο ἡμᾶς καὶ
11 ῥύεται· εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται, συνυπουρ-
γούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν
προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ
ὑπὲρ ἡμῶν.

12 Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστί, τὸ μαρτύριον τῆς
συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ θεοῦ,
οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ᾽ ἐν χάριτι θεοῦ ἀνεστράφη-
13 μεν ἐν τῷ κόσμῳ, περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς. Οὐ γὰρ
ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ᾽ ἢ ἃ ἀναγινώσκετε ἢ καὶ ἐπι-
γινώσκετε· ἐλπίζω δέ, ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε,
14 καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους· ὅτι καύχημα
ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ
15 κυρίου Ἰησοῦ. Καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς
16 ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, ἵνα δευτέραν χάριν ἔχητε, καὶ δι᾽
ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν καὶ πάλιν ἀπὸ Μακεδονίας
ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑφ᾽ ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν
17 Ἰουδαίαν. Τοῦτο οὖν βουλευόμενος μήτι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ
ἐχρησάμην, ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι,
18 ἵνα ᾖ παρ᾽ ἐμοὶ τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ οὒ οὔ; Πιστὸς δὲ ὁ
θεός, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο ναὶ
19 καὶ οὔ. Ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἐν ὑμῖν
δι᾽ ἡμῶν κηρυχθείς, δι᾽ ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμο-
θέου, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν,
20 (ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ναὶ καὶ ἐν αὐτῷ
21 τὸ ἀμήν,) τῷ θεῷ πρὸς δόξαν δι᾽ ἡμῶν. Ὁ δὲ βεβαιῶν
22 ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν καὶ χρίσας ἡμᾶς θεός· ὁ καὶ
σφραγισάμενος ἡμᾶς καὶ δοὺς τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύ-
23 ματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν
θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχήν, ὅτι φειδόμενος
24 ὑμῶν οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον, οὐχ ὅτι κυριεύομεν

I, 8. al. περὶ τῆς θλίψεως †. ib. al. ὑπὲρ δύναμιν ἐβαρήθ. 12. al. pro ἐν ἁπλότητι l. ἐν ἁγιότητι †. 15. al. τὸ πρότερον †. ib. al. pro χάριν l. χαράν. 16. al. ἀπελθεῖν †. 17. al. βουλόμενος †. 18. al. ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἔστι †. 19. al. τοῦ θεοῦ γὰρ υἱὸς †.

quemadmodum in calamitatibus, sic etiam in solatio esse
socios. Nolumus enim vos, ignorare, fratres, de calami- 8
tate nostra, quae accidit nobis in Asia, eam vires nostras
longe superasse, ita ut vel ad vitae desperationem adducere-
mur; at ipsi apud animum nostrum morti nos devovimus, 9
ut omnis mihi non in me, sed in Deo, qui mortuos excitat,
(vitae) posita esset spes, qui e tali (tanta) morte nos eripuit 10
atque eripit; quem etiam in posterum erepturum esse spera-
mus, vobis quoque pro nobis precibus vestris opem ferenti- 11
bus, ut pro beneficio multos per homines in nos collato a
multis (Deo) agantur gratiae de nobis.

Gloria enim nostra est haec, testimonium conscientiae 12
nostrae, nos cum animi simplicitate et candore, qui Deo
placet, non vi sapientiae humanae, sed gratiae Dei, in hoc
mundo esse versatos, satis superque autem apud vos. Ne- 13
que enim alia ad vos scribimus, nisi ea, quae legitis aut
etiam cognoscitis; spero autem, vos etiam ad vitae finem
usque (al. perpetuo) cognituros esse, quemadmodum etiam
cognovistis nos ex parte, nos vobis, quemadmodum etiam 14
vos nobis, gloriandi materiem praebere die illo domini nostri
Iesu. Qua spe fretus prius ad vos venire volebam, ut se- 15
cundum haberetis beneficium, et per vos pervenire in Mace- 16
doniam iterumque a Macedonia venire ad vos et in Iudaeam
a vobis deduci. Hoc igitur deliberans num forte itaque 17
levitate quadam usus sum, an quae delibero, cupide deli-
bero, ut modo affirmem modo negem? (al. modo velle
modo nolle dicam?) At Deus est fidus (al. Deum testor), 18
doctrinam nostram vobis traditam non fuisse inconstantem;
nam filius Dei Iesus Christus inter vos per nos alta voce 19
nuntiatus, per me et Silvanum et Timotheum, non exstitit
res sibi non constans, sed per eum rata facta est (doctrina 20
mea de Chr.) (quotquot enim mandata Dei, per eum certa
sunt et per eum firma,) in Dei gloriam per nos. Qui vero 21
nos vobiscum ad Christum profitendum confirmat nosque
inauguravit, Deus est, qui etiam nos obsignavit (certos 22
reddidit) et pignus Spiritus divini animis nostris indidit.
Ego autem testem Deum contra animam meam invoco, me, 23
ut parcerem vobis, nondum venisse Corinthum; non quod 24
fidei vestrae imperamus, sed adiutores sumus laetitiae ve-

---

chr. fortiter superatas Deum celebrat laudibus: 4—11. animi sui simplicitatem et gravitatem contra levitatis atque inconstantiae crimen obtrectatorum suorum defendit seque metu tristitiae pa-

ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν·
τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε.

ΚΕΦ. II.

1 Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐν λύπῃ
2 πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν. Εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς
ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ;
3 Καὶ ἔγραψα ὑμῖν τοῦτο αὐτὸ, ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην ἔχω
ἀφ' ὧν ἔδει με χαίρειν· πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς, ὅτι
4 ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστιν. Ἐκ γὰρ πολλῆς θλί-
ψεως καὶ συνοχῆς καρδίας ἔγραψα ὑμῖν διὰ πολλῶν
δακρύων, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα
γνῶτε, ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς.

5 Εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ
6 μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, πάντας ὑμᾶς. Ἱκανὸν τῷ
7 τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων, ὥστε
τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι καὶ παρακαλέσαι,
8 μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. Διὸ
9 παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην· — εἰς τοῦτο
γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς
10 πάντα ὑπήκοοί ἐστε. Ὧι δέ τι χαρίζεσθε, καὶ ἐγώ· καὶ
γὰρ ἐγὼ ὃ κεχάρισμαι, εἴ τι κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς ἐν
11 προσώπῳ Χριστοῦ· — ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ
σατανᾶ. Οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν.

12 Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν Τρωάδα εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ
Χριστοῦ καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν κυρίῳ οὐκ ἔσχηκα
ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου τῷ μὴ εὑρεῖν με Τίτον τὸν
13 ἀδελφόν μου, ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς ἐξῆλθον εἰς
Μακεδονίαν.

14 Τῷ δὲ θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς
ἐν τῷ Χριστῷ καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανε-
15 ροῦντι δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ· ὅτι Χριστοῦ εὐωδία
ἐσμὲν τῷ θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυ-
16 μένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὀσμὴ

II, 2. al. ἐλθεῖν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς †. 3. al. λύπην ἐπὶ λύπην (al. ἐπὶ λύπῃ) ἔχω †. 10. al. εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι — ᾧ κεχάρ., εἴ τι κεχάρ. †. 12. al. διὰ τοῦ εὐαγγελίου. 14. al. αὐτοῦ. 16. al. ἐκ θανάτου, ἐκ ζωῆς.

strae (in societatem — venimus); nam in fide constantes
fuistis.

CAP. II.

Iudicatum est autem mihi hoc, non iterum cum tristitia 1
ad vos venire. Si enim ego tristitia afficio vos, ecquis est 2
qui me exhilaret, nisi is qui a me tristitia afficitur? Et hoc 3
ipsum scripsi vobis, ut ne, quum venissem, tristitiam per-
ciperem ab iis, a quibus gaudium percipere debebam; per-
suasum mihi habens de vobis omnibus, meum gaudium vobis 4
omnibus esse commune. Multis enim pressus angustiis et
sollicitudine scripsi ad vos multis cum lacrymis, non, ut
tristitia afficeremini, sed amorem ut cognosceretis, quo ego
in vos abundo.
Sin autem quis tristitia affecit, non me tristitia affecit, 5
sed quodammodo, ne quid gravius adiiciam, vos omnes.
Sufficit tali homini haec poena a plerisque inflicta, ita ut 6. 7
contra vos potius condonetis et consolatione eum erigatis,
ne eiusmodi homo nimia tristitia conficiatur. Quare hortor 8
vos, ut amorem ei comprobetis; nam hunc in finem etiam 9
scripsi, ut vos probatos cognoscerem, an omni ex parte
dicto audientes essetis. Cui vero aliquid condonatis, ego 10
quoque (huic — condono); etenim ego quod condonavi, si
condonavi, vestra causa ex mente Christi (al. per Christum
iuro); ne Satanae succumberemus. Non enim cogitata eius 11
ignoramus.
Quum vero Troadem venissem ad laetum de Christo 12
nuntium perferendum et opportunitas (docendi) mihi data
esset per dominum, animo tranquillo esse non potui, pro-
pterea quod Titum fratrem meum non inveni, sed valedixi 13
iis meque in Macedoniam contuli.
At Deo ego gratias, qui nunquam non triumphum no- 14
bis per Christum (al. in causa Christi) concedit et suavem
cognitionis ipsius odorem per nos in quovis loco diffundit;
nam suave Christi suffimentum sumus Deo inter eos qui 15
servantur (beatitudine regni Messiani potiuntur), et inter
eos qui perduntur; illis quidem odor mortis (funestus), his 16

---

andae absterritum Corinthios nondum revisisse: 12—II, 4. ho-
mini ob incestum male multato, sed iam frugi facto ut dent
veniam, precatur ac sperat, quum ingens inait dolorum leni-
mentum et incrementum rei chr.: 5—11. de fervido suo studio
nes sacrorum chr. Troade atque in Macedonia prorogandi bre-
viter exponit et in sinceritatis, qua docuerit semper et obtrecta-

17 ζωῆς εἰς ζωήν. Καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; Οὐ γάρ
ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ,
ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ θεοῦ κατενώπιον
τοῦ θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν.

ΚΕΦ. III.

1 Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν ἢ μὴ χρήζο-
μεν, ὥς τινες, συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς ἢ ἐξ
2 ὑμῶν συστατικῶν; Ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε ἐγγε-
γραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν γινωσκομένη καὶ ἀνα-
3 γινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων· φανερούμενοι, ὅτι
ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγε-
γραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι θεοῦ ζῶντος, οὐκ
ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις.
4 Πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ πρὸς
5 τὸν θεόν, οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαι
τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ θεοῦ,
6 ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ
γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος· τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει,
7 τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου
ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις ἐγενήθη ἐν δόξῃ,
ὥστε μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ
πρόσωπον Μωϋσέως διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ
8 τὴν καταργουμένην· πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ
9 πνεύματος ἔσται ἐν δόξῃ; Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κα-
τακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία
10 τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ. Καὶ γὰρ οὐ δεδόξασται τὸ
δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλού-
11 σης δόξης. Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον διὰ δόξης, πολλῷ
12 μᾶλλον τὸ μένον ἐν δόξῃ. Ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα
13 πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα· καὶ οὐ, καθάπερ Μωϋσῆς
ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ πρὸς τὸ μὴ
ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργου-
14 μένου. Ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν· ἄχρι γὰρ
τῆς σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς

II, 17. al. ὡς λοιποί. ib. al. κατέναντι τ. θεοῦ. III, 1. al. pro ἢ μὴ l. εἰ μή. 3. al. καρδίαις. 7. al. Μωσέως †. 9. al. δόξα ἐστιν s. ἐν δόξῃ ἐστιν s. ἦν. 10. al. οὐδὲ δεδόξ. †. 14. al. ἐν τῇ ἀναγνώσει. ib. al. ὅ, τι ἐν Χ. Ἰ. †.

valet ad mortem, his autem odor vitae (salutaris), qui valet
ad vitam. Et ad haec quisnam idoneus? Non enim sumus, 17
ut reliqui, caupones doctrinae divinae, sed cum animi sinceritate, sed uti a Deo iubetur, sub auspiciis Dei ex mente Christi verba facimus.

CAP. III.

Iterum nosmetipsi commendare incipiamus an non in- 1
digemus, ut quidam, literis commendaticiis apud vos aut
a vobis commendaticiis? Epistola nostra vos estis animo 2
nostro inscripta, quae legitur et recitatur ab omnibus homi-
nibus; manifestum est, vos esse epistolam Christi a nobis 3
consignatam (administratam), inscriptam non atramento,
sed ope Spiritus Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in
tabulis animi corporeis. Eiusmodi autem persuasionem 4
(np. nos non egere aliorum hominum commendatione) habe-
mus per Christum ratione habita Dei; non quod ipsi idonei 5
simus ad aliquid excogitandum, tanquam a nobismetipsis
profectum, sed idoneos nos esse, Deo debetur, qui etiam 6
nos idoneos novi foederis ministros reddidit, non legis Mo-
saicae, sed doctrinae Christianae; nam lex Mosaica inter-
ficit, (al. supplicia minatur) doctrina autem Christiana
(Spiritus) vitam largitur aeternam. Sin autem munus mor- 7
tis (i. e. lex Mos., quae supplicia minatur) literis consigna-
tum in lapidibus incisum gloriosum fuit, ut Israelitae vul-
tum Mosis recta intueri non possent propter hunc ipsum
vultus splendorem, qui tamen evanuit: quomodo non munus 8
Spiritus sancti gloriosius erit? Si enim munus condemna- 9
tionis gloriosum, munus favorem exhibens divinum multo
gloriosius est. Etenim non collustratum est id quod collu- 10
stratum est in hac parte (i. e. ut per splendorem in vultu
Mosis illustraretur) propter nimium splendorem. Si enim 11
id quod irritum redditur per splendorem (al. quod caducum
erat i. e. munus Mosis, gloriosum fuit), multo gloriosius id
quod durat. Talem igitur spem habentes multa libertate 12
utimur, et non, quemadmodum Moses faciem suam circum- 13
dabat velamine, ne Israelitae finem (muneris) eius quod ca-
ducum erat, intentis oculis adspicerent (cognoscerent). At 14
obtusae sunt eorum mentes; nam ad hodiernum usque

---

tores suos vanae laudis quaestusque cupidos vicerit, et religionis chr., quae longe praestantior est mosaica, beatos reddit homines nec ullo tempore interitura, excurrit laudes: 12 — III, 18. exponit,

παλαιᾶς διαθήκης μένει μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν
15 Χριστῷ καταργεῖται· ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγι-
νώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν
16 κεῖται· ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιαιρεῖται
17 τὸ κάλυμμα. Ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν· οὗ δὲ τὸ
18 πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακε-
καλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι
τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν,
καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος.

ΚΕΦ. IV.

1 Διὰ τοῦτο ἔχοντες τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς
2 ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν· ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ
τῆς αἰσχύνης μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ μηδὲ δο-
λοῦντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς
ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν
3 ἀνθρώπων ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμ-
μένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ
4 κεκαλυμμένον, ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλω-
σε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς
τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ,
5 ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ. Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν,
ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν κύριον· ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν
6 διὰ Ἰησοῦν. Ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμ-
ψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν πρὸς φωτισμὸν
τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ
7 Χριστοῦ. Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακί-
νοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ
8 καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν· ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενο-
9 χωρούμενοι· ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι· διω-
κόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι, καταβαλλόμενοι,
10 ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι· πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ
ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ ἐν
11 τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ. Ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες
εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ἰησοῦν, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ

III, 15. al. ἀναγινώσκηται †. IV, 1. al. ἐγκακοῦμεν. 2 al. συνιστάντες. 4. al. εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τ. φωτ. †. ib. al. τ. θεοῦ τοῦ ἀοράτου †. 6. al. τῆς δόξης αὐτοῦ †. 10. al. τὴν νέκρωσιν τοῦ κυρίου Ἰ.

diem idem velamen in recitatione antiqui foederis permanet, quod non retegatur, quoniam per Christum (solum)
removetur (removeri potest); sed ad hunc usque diem, 15
quando recitatur Moses, velamen animo eorum impositum
est; quando vero sese converterit (animus eorum) ad do- 16
minum, circumcirca velamen illud removetur. Dominus 17
vero est Spiritus; ubi autem Spiritus domini, ibi libertas.
Nos vero omnes velo a facie remoto splendorem domini 18
per speculum videntes in eandem permutamur imaginem,
(ita ut haec permutatio) a splendore (incipiat et) in splendorem (desinat), quemadmodum a domino Spiritus divini (exspectari licet).

CAP. IV.

Propterea, quod hanc provinciam habemus, quemad- 1
modum benevolentiam Dei sumus experti, non sumus inertes; sed occultam turpitudinem repudiamus, non fraudu- 2
lenter agimus nec temeramus doctrinam divinam, sed aperiunda vera doctrina omnium hominum conscientiae nos
commendamus Deum intuentes. Sin autem vel laeta no- 3
stra de regno Messiano doctrina velamine obducta est, in
iis qui beatitudine Messiana excidunt, velamine est obducta, in quibus Deus huius seculi mentes occaecavit, ut 4
fidem denegarent, ne illustris laetae de regno Messiano doctrinae, quae Christum, qui imaginem Dei refert, illustrat, splendor iis affulgeret. Non enim nosmetipsos alta 5
voce praedicamus, sed Iesum Christum dominum; nosmetipsos autem ministros propter Iesum. Nam Deus, qui e 6
tenebris lucem exsplendescere iussit, (est is,) qui in animis vestris lucem accendit, ut illustrem redderemus cognitionem splendoris divini in vultu Iesu Christi (al. Christum intuiti.) Habemus autem hunc thesaurum in vasis 7
argillariis, ut eximia illa vis esset Dei neque a nobis;
omni modo affligimur, at non angimur; in angustiis ver- 8
samur, at non prorsus desperamus; persecutionibus pre- 9
mimur, at non deserimur; prosternimur, at non perdimur; semper mortem Iesu in corpore nostro circumferi- 10
mus, ut vita quoque Iesu in corpore nostro manifestetur.
Semper enim nos vivi morti tradimur propter Iesum, ut 11

---

se a laude per malas artes sibi paranda alienissimum id modo spectare, ut Deo probetur, quamquam hominum caecitas id non videat: IV, 1—6. malis acerbissimis obnoxium, animum tamen

12 τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν. Ὥστε
ὁ [μὲν] θάνατος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν.
13 Ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως κατὰ τὸ γε-
γραμμένον· „Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα·“ καὶ ἡμεῖς πι-
14 στεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν εἰδότες, ὅτι ὁ ἐγείρας τὸν
κύριον Ἰησοῦν καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ καὶ παραστή-
15 σει σὺν ὑμῖν. Τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς, ἵνα ἡ χάρις
πλεονάσασα διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν περισσεύ-
σῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ.

16 Διὸ οὐκ ἐκκακοῦμεν· ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄν-
θρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσωθεν ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ
17 καὶ ἡμέρᾳ. Τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως
ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης
18 κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα,
ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόςκαιρα,
τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.

ΚΕΦ. V.

1 Οἴδαμεν γάρ, ὅτι, ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ
σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν
2 ἀχειροποίητον αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ γὰρ ἐν
τούτῳ στενάζομεν τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ
3 ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες. Εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι οὐ
4 γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. Καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει
στενάζομεν βαρούμενοι· ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι,
ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς
5 ζωῆς. Ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, θεός,
6 ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ πνεύματος. Θαῤ-
ῥοῦντες οὖν πάντοτε καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ
7 σώματι ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου· (διὰ πίστεως γὰρ
8 περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους·) θαῤῥοῦμεν δὲ καὶ εὐδο-
κοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος καὶ ἐνδημῆσαι
9 πρὸς τὸν κύριον. Διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα εἴτε ἐνδη-
10 μοῦντες εἴτε ἐκδημοῦντες εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. Τοὺς
γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βή-

IV, 12. al. ὁ μὲν θάνατος †. 16. al. ὁ ἔσω ἀνακ. 17. al. πρόςκαιρον καὶ ἐλαφρον. V, 1. al. ὅτι οἰκοδομὴν. 3. al. εἴπερ καὶ ἐκδυσάμενοι †. 4. al. ἐν τῷ σκήνει τούτῳ †. 6. al. ἐκδημ. ἀπὸ τοῦ θεοῦ.

vita quoque Iesu manifestetur in corpore nostro mortali.
Quin mors quidem in nobis vim suam exserit, sed vita 12
in vobis. Eodem fiduciae sensu imbuti ad illam V. T. 13
vocem: fiduciam habui, quare locutus sum;“ nos quoque
fiducia utimur, propterea etiam loquimur persuasum ha- 14
bentes, eum, qui dominum Iesum excitavit, nos quoque
esse excitaturum per Iesum ac vobiscum salvos praestiturum.
Omnia enim propter vos, ut eximium illud beneficium pro- 15
pter gratias a pluribus actas ad gloriam Dei redundet.

Quapropter non sumus inertes; sed etiamsi externus 16
noster homo (corpus meum) pervertitur, sed internus (ani-
mus) in dies renovatur. Nam illa, quae subito transit, 17
calamitatis nostrae levitas supra omnem, qui fingi potest,
modum aeternum gloriosae beatitudinis pondus (molem)
nobis efficit, qui non attendimus ad ea quae in oculos in- 18
currunt, sed ad ea quae aciem oculorum fugiunt; nam quae
in oculos incurrunt, durant ad tempus, sed quae aciem ocu
lorum fugiunt, sunt aeterna.

CAP. V.

Scimus enim, si haec terrena nostra tentorii domus 1
fuerit destructa, a Deo nos habere aedificium, domum non
manu factam aeternam in coelis. Etenim in hoc (corpore 2
al. hac de causa) lugemus domicilium nostrum coeleste il-
lud superinduere gestientes. Quandoquidem etiam (super-?) 3
induti non nudi deprehendemur. Etenim in hoc versan- 4
tes tentorio suspiramus male nos habentes; propterea non
volumus exuere, sed superinduere, ut mortale absumatur
a vita. Is vero, qui in hunc ipsum finem nos formavit, 5
est Deus, qui etiam pignus Spiritus divini nobis dedit.
Bono igitur animo semper sumus, etiamsi scimus, nos, 6
dum huius corporis utimur hospitio, peregre abesse a do-
mino; (nam (nunc) vivimus ita, ut speremus, non, ut 7
usurpemus oculis;) sed bono sumus animo et desidera- 8
mus emigrare ex huius corporis hospitio et apud domi-
num nostrum patriam habere sedem. Quare etiam omnem 9
operam navamus, ut sive in patria sede collocati sive
peregrinantes bene ei placeamus. Nos enim omnes appa- 10
rere oportet coram tribunali Christi, ut quisque facta cor-

---

se non abiicere, quum a Deo Corinthiis servari sciat et proposi-
tam esse aeternam beatitudinem. Quamquam ad immortalitatem
pertingere velit, tamen in votis se habere ardentissimis, ut domini
adventum manere liceat Deoque aliquando probari; 7—V, 10.

ματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ
σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακόν.

11 Εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ κυρίου ἀνθρώπους πεί-
θομεν, θεῷ δὲ πεφανερώμεθα· ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς
12 συνειδήσεσιν ὑμῶν πεφανερῶσθαι. Οὐ γὰρ πάλιν ἑαυ-
τοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν
καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ
13 καυχωμένους καὶ οὐ καρδίᾳ. Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, θεῷ·
14 εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ
συνέχει ἡμᾶς κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων
ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· καὶ ὑπὲρ πάντων
15 ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ
16 ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι. Ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ
τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκα-
μεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν.
17 Ὥστε εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλ-
18 θεν, ἰδοὺ, γέγονε καινὰ τὰ πάντα. Τὰ δὲ πάντα ἐκ
τοῦ θεοῦ τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ
Χριστοῦ καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς·
19 ὡς ὅτι θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ
μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν καὶ θέ-
20 μενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. Ὑπὲρ Χριστοῦ
οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι᾽ ἡμῶν.
21 Δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ· καταλλάγητε τῷ θεῷ· τὸν γὰρ
μὴ γνόντα ἁμαρτίαν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα
ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ.

ΚΕΦ. VI.

1 Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν
2 τὴν χάριν τοῦ θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς· (λέγει γάρ· „Καιρῷ
δεκτῷ ἐπήκουσά σου καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά
3 σοι.“ Ἰδοὺ, νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ, νῦν ἡμέρα
σωτηρίας!) μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν, ἵνα

V, 10. al. ἃ διὰ s. τὰ ἴδια s. διά. ib. al. εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον †. 12. al. καὶ μὴ καρδίᾳ. 14. al. ἡ γὰρ ἀγάπη τ. θεοῦ. 16. al. εἰ καὶ s. καὶ εἰ s. εἰ δὲ. ib. al. γιγνώσκομεν κατὰ σάρκα. 19. ἐν ἡμῖν τοῦ εὐαγγελίου. 20. al. ὂν ὑπὲρ Χριστοῦ. VI, 1. al. παρακαλοῦντες.

pore durante peracta sibi auferat ad ea, quae fecit, sive
bonum sive malum.
Cognito igitur timore domini hominibus persuademus, 11
Deo vero manifesti sumus; sed spero vestris quoque me
animis esse manifestum. Nam non iterum nosmetipsos vo- 12
bis commendamus, sed ansam vobis damus gloriandi de
nobis, ut habeatis adversus eos qui per speciem glorian-
tur neque ex animo. Sive enim mentis non compotes 13
sumus, Deo; sive modesti sumus, vobis. Nam amor Chri- 14
sti nos continet hoc arbitratos: si unus pro omnibus mor-
tuus est, ergo omnes mortui sunt; et pro omnibus mor- 15
tuus est, ut viventes non amplius sibimetipsis viverent,
sed ei qui pro iis mortuus est et in vitam revocatus.
Quin nos ab hoc inde tempore nullum novimus (al. aestu- 16
mamus) secundum conditionem externam; verum etiamsi
novimus (aestimavimus) secundum externam conditionem
Christum, at nunc non amplius noscimus (i. e. sic de eo
statuimus). Quin si quis in Christo est (Christum profi- 17
tetur), recens natus; antiqua praeterierunt, en, nova om-
nia facta. Quae omnia a Deo effecta sunt, qui nos sibi- 18
metipse per Iesum Christum reconciliavit et nobis provin-
ciam huius reconciliationis (docendae) dedit; Deus, in- 19
quam, erat, qui per Christum mundum sibi ipse reconci-
liavit peccata eorum iis non imputando et doctrinam de
reconciliatione nobis exhibendo. Christi igitur legatione 20
fungimur, quasi Deo per nos hortante. Christi nomine
rogamus: in gratiam cum Deo redite; nam qui peccatum 21
non noverat, pro nobis tanquam peccatorem tractavit, ut
nos per eum favorem divinum consequeremur.

CAP. VI.

Verum munere legati divini (cum aliis) fungentes et- 1
iam hortamur, ne incassum hoc Dei beneficium acceperi-
tis; (dicit enim: *) „tempore opportuno tibi aures praebui 2
et die salutis tibi sum opitulatus.“ En, nunc tempus ad-
est acceptum, en, nunc dies salutis! (— hortamur, in- 3
quam, nos,) qui nulli ulla in re offensioni sumus, ne mu-

*) Ies. XLIX, 8.

docet, vitae suae sanctitatem Corinthiis praebere et gloriandi materiem et id quod externarum rerum iactatoribus opponant. Scilicet hac lege Chr. esse mortuum, ut omnes nova et sancta vita favorem div. appeterent. Quare et Corinthios, ut pii sint ac integri, hortatur: 11–21. declarat, se, ne muneri apostolico

4 μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία· ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυ-
τοὺς ὡς θεοῦ διάκονοι ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν,
5 ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς,
ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστεί-
6 αις, ἐν ἁγνότητι, ἐν γνώσει, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρη-
7 στότητι, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ, ἐν
λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει θεοῦ, διὰ τῶν ὅπλων τῆς
8 δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, διὰ δόξης καὶ
ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας· ὡς πλάνοι, καὶ
9 ἀληθεῖς· ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι· ὡς ἀπο-
θνήσκοντες, καὶ, ἰδού! ζῶμεν· ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ
10 θανατούμενοι· ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες· ὡς
πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες· ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ
11 πάντα κατέχοντες. Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς,
12 Κορίνθιοι, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. Οὐ στενοχω-
ρεῖσθε ἐν ἡμῖν· στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις
13 ὑμῶν. Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, (ὡς τέκνοις λέγω,)
14 πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπί-
15 στοις· τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ
κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ
16 πρὸς Βελίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; τίς δὲ
συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετὰ εἰδώλων; Ὑμεῖς γὰρ ναὸς
θεοῦ ἐστε ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ θεός· „Ὅτι ἐνοικήσω
ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεὸς
17 καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐ-
τῶν καὶ ἀφορίσθητε, λέγει κύριος, καὶ ἀκαθάρτου μὴ
18 ἅπτεσθε, κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς
πατέρα καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας,
λέγει κύριος παντοκράτωρ.“

ΚΕΦ. VII.

1 Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοί, κα-
θαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ
πνεύματος ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ.

VI, 3. al. ἡ διακονία ἡμῶν. 4. al. συνιστάντες s. συνιστάνοντες †. 9. al. ὡς πειραζόμενοι. 14. al. ἢ τίς κοινωνία † s. ἢ τίς δὲ. 15. al. συμφωνία. ib. al. Βελίαλ †. 16. al. λέγει γὰρ ὁ θεός. 17. al. ἐξέλθατε.

nus nostrum in vituperationem incurrat; sed omnibus in re- 4
bus ut Dei ministros nosmetipsos comprobamus (quod cerni-
tur) in patientia multa, in calamitatibus in necessitatibus,
in angustiis, in vulneribus, in vinculis, in rerum perturba- 5
tionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in animi sin- 6
ceritate, in cognitione, in animi mansuetudine, in benig-
nitate, in Spiritu sancto, in amore infucato, in docenda 7
veritate, in potestate Dei, per arma iustitiae ad dextram
et sinistram, per gloriam et ignominiam, per bonam fa- 8
mam et malam famam; (quibus affecti sumus) tanquam
plani, et veraces; tanquam obscuri, atque illustres; tan- 9
quam morientes, et, ecce! vivimus; ut castigati, et non
enecti; ut moerore affecti, sed semper laetantes; ut paupe- 10
res, sed multos ditantes; ut nihil habentes, et omnia possi-
dentes. Os nostrum ad vos aperuimus, Corinthii, animus 11
noster amplus est (amoris capax, uti ex ante dictis patet.
al. fusius dixi, animum meum explicui). Non exiguum vo- 12
bis spatii in nobis (animo nostro) concessum est (i. e. haud
exiguo erga vos flagro amore); sed vos angusti estis animo
in mei amore (vos me non valde amatis). Verum ad eandem 13
remunerationem (tanquam ad liberos loquor,) (i. e. ad eandem
rem, quae est remuneratio = amorem) animum extendite
et vos. Nolite alienum profanorum hominum iugum tra- 14
here; nam quaenam societas probitati cum improbitate?
sed ecquae communio luci cum tenebris? sed ecquae con- 15
spiratio Christo cum Beliare? aut ecquid commercii fidem
habenti cum fidem repudiante (Christiano cum homine non
christiano)? sed ecquis consensus templo Dei cum simula- 16
cris Deorum? Vos enim templum Dei estis vivi, quemad-
modum Deus dixit: *) „inter eos habitabo cumque iis ver-
sabor, et Deus eorum ero et ipsi mihi erunt populus.
**) Quapropter egredimini e medio eorum et separate vos, 17
inquit dominus, et: impurum ne tangite, et ego vos re-
cipiam, ***) et ero vobis pater et vos mihi eritis filii et 18
filiae, inquit dominus omnipotens."

CAP. VII.

Has igitur quum habemus promissiones, carissimi, 1
nosmetipsos ab omni corporis animique labe purgemus
sanctimoniam reverentia Dei ducti perficiendo.

---

*) Levit. XXVI, 11. 12. **) Ies. LII, 11. ***) Ezech. XXXVI, 28.

noceat, omni virtuti studere, eosque amore plenus a flagitiis gentilium ac sordibus ad vitae integritatem et honestatem revocat: VI—VII, 1. superioris epist. severitatem mitigat profitendo,

2 Χωρήσατε ἡμᾶς· οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθεί-
3 ραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. Οὐ πρὸς κατάκρισιν
λέγω· προείρηκα γάρ, ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε
4 εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν. Πολλή μοι παῤῥησία
πρὸς ὑμᾶς, πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν· πεπλήρω-
μαι τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ
5 τῇ θλίψει ἡμῶν. Καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακε-
δονίαν οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν
6 παντὶ θλιβόμενοι· ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. Ἀλλ'
ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ θεὸς
7 ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου· οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ
αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει ᾗ παρεκλήθη ἐφ'
ὑμῖν, ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν
ὀδυρμόν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ, ὥστε με μᾶλλον
8 χαρῆναι. Ὅτι εἰ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, οὐ
μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην· βλέπω γὰρ ὅτι ἡ ἐπι-
9 στολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς. Νῦν
χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς με-
τάνοιαν· ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ θεόν, ἵνα ἐν μηδενὶ ζη-
10 μιωθῆτε ἐξ ἡμῶν. Ἡ γὰρ κατὰ θεὸν λύπη μετάνοιαν
εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ
11 κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται. Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ
τοῦτο τὸ κατὰ θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς πόσην κατειργά-
σατο ὑμῖν σπουδήν, ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν,
ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλ' ἐκδί-
κησιν! Ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν
12 τῷ πράγματι. Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ
ἀδικήσαντος οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' εἵνεκεν
τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν
13 πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Διὰ τοῦτο παρακεκλήμε-
θα ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν· περισσοτέρως δὲ μᾶλλον
ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦ-
14 μα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν· ὅτι εἴ τι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν
κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην, ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ
ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου
15 ἀλήθεια ἐγενήθη καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως
εἰς ὑμᾶς ἐστιν ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπα-

VII, 3. al. ἀποθανεῖν. 10. al. ἐργάζεται. 12. al. τ. σπουδὴν ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν †. 13. al. παρακεκλήμεθα· ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ὑμῶν (s. ἡμῶν) περισσοτέρως μᾶλλον. 14. al. πρὸς Τίτον. 16. al. Χαίρω οὖν †.

Locum nobis date (al. admittite adhortationes meas); 2
neminem affecimus iniuria, neminem perdidimus, neminem
defraudavimus. Non condemnandi causa dico; nam ante 3
declaravi, vos medullis meis ita inhaerere, ut vobiscum
moriar et vobiscum vivam. Multa mihi libertas apud vos 4
(al. optima quaeque de vobis spero), multa mihi gloria-
tio de vobis; repletus sum solatio, in omnibus nostris ca-
lamitatibus gaudio exsulto. Etenim quum in Macedoniam 5
venissemus, nullam habuit requietem corpus nostrum, sed
omnibus calamitatibus eramus immersi; extrinsecus gladii,
intus timores. At qui consolatur homines animo demisso, 6
consolatus est nos Deus praesentia Titi; verum non so- 7
lum eius praesentia, sed etiam solatio, quo de vobis re-
creatus sum, quum nuntiaret nobis vestrum desiderium,
vestrum dolorem, vestram de me aemulationem, ita ut
magis laetarer. Nam etiamsi per illam epistolam tristitia 8
vos affeci, me non poenitet, etiamsi poenitebat; video enim,
epistolam illam, etsi ad tempus, tristitia vos affecisse.
Nunc laetor, non quod tristitia estis affecti, sed quod tri- 9
stitia estis affecti ad mentem mutandam; tristitia enim
estis affecti ex mente Dei, ut nulla in re damnum a no-
bis vobis infligeretur. Haec enim ex mente Dei tristitia 10
efficit poenitentiam, quae valet ad salutem, cuius neminem
poenitet; sed mundi (ex mente vulgi) tristitia mortem (perni-
ciem) efficit. Nam, ecce! hoc ipsum, ex mente Dei tristitia 11
vos esse affectos, quantum vobis excitavit studium, sed de-
fensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium,
sed aemulationem, sed vindicationem! Omni ex parte vos
hac in re insontes praestitistis. Itaque etiamsi ad vos scri- 12
psi, neque is qui iniuria affecit neque qui affectus est
in causa fuit, sed ut nostrum vestrae salutis studium vo-
bis significarem Deum intuens. Quapropter de vestra con- 13
solatione recreati sumus solatio, longe maxime autem su-
mus laetati de laetitia Titi, quoniam animus eius a vobis
omnibus recreatus est; quod, si quid apud eum de vobis 14
gloriatus sum, non sum pudore suffusus, sed, quemadmo-
dum omnia vere ad vos loquuti sumus, sic etiam haec no-
stra apud Titum gloriatio rata facta est (verax comperta
est) eiusque amor (uberius) ad vos redundat, si in memo- 15
riam sibi revocat vestram omnium obedientiam, quum eum

---

se Tito de ipsorum moribus laeta quaevis referente magnum percepisse gaudium seque non nisi piis honestisque sensibus eos imbuere voluisse: 2—16. egregio Macedonum exemplo ad pauper-

16 κοὴν, ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν.
Χαίρω, ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.

ΚΕΦ. VIII.

1 Γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοὶ, τὴν χάριν τοῦ θεοῦ
2 τὴν δεδομένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Μακεδονίας· ὅτι
ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν,
καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν
3 πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν· ὅτι κατὰ δύναμιν (μαρ-
4 τυρῶ,) καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι, μετὰ πολλῆς πα-
ρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν
5 τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, καὶ οὐ, καθὼς ἠλπί-
σαμεν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ κυρίῳ καὶ ἡμῖν
6 διὰ θελήματος θεοῦ εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς Τίτον,
ἵνα, καθὼς προενήρξατο, οὕτω καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς
7 καὶ τὴν χάριν ταύτην. Ἀλλ' ὥςπερ ἐν παντὶ περισσεύε-
τε, πίστει καὶ λόγῳ καὶ γνώσει καὶ πάσῃ σπουδῇ καὶ
τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι
8 περισσεύητε, οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων
σπουδῆς καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων·
9 (γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ
10 ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε·) καὶ γνώμην ἐν τούτῳ
δίδωμι. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ
ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι·
11 νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε, ὅπως καθάπερ ἡ
προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτω καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ
12 ἔχειν. Εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ [τις],
13 εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει. Οὐ γὰρ, ἵνα ἄλλοις
ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις· ἀλλ' ἐξ ἰσότητος, ἐν τῷ νῦν
14 καιρῷ τὸ ὑμῶν περίσσευμα εἰς τὸ ἐκείνων ὑστέρημα, ἵνα
καὶ τὸ ἐκείνων περίσσευμα γένηται εἰς τὸ ὑμῶν ὑστέρη-
15 μα, ὅπως γένηται ἰσότης, καθὼς γέγραπται· „Ὁ τὸ
πολὺ οὐκ ἐπλεόνασε καὶ ὁ τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησε.“
16 Χάρις δὲ τῷ θεῷ τῷ διδόντι τὴν αὐτὴν σπουδὴν ὑπὲρ
17 ὑμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ Τίτου, ὅτι τὴν μὲν παράκλησιν ἐδέ-
ξατο, σπουδαιότερος δὲ ὑπάρχων αὐθαίρετος ἐξῆλθε πρὸς

VIII, 1. al. γνωρίζω. 3. al. παρὰ δύναμιν. 4. al. εἰς τ. ἁγίους δέξασθαι ὑμᾶς †. 7. al. ἐξ ἡμῶν ἐν ὑμῖν †. 9. al. ὅτι δι' ἡμᾶς. 16. al. δόντι †.

metu ac tremore (al. cum summa (cura ac) reverentia) ex-
cepistis. Laetor, quod omnibus in rebus de vobis bono 16
animo sum (i. e. optima quaeque sperare possum).

CAP. VIII.

Significamus autem vobis, fratres, benevolentiam Dei 1
in Macedoniae coetibus datam; nam in multa calamitatum 2
exploratione eximia fuit eorum laetitia, et magna ad quam
detrusi sunt paupertas redundavit in divitias, quibus li-
beralitas eorum sese exseruit; nam pro viribus (testor,) 3
et ultra vires ipsi sua sponte, multis precibus a nobis pe- 4
tentes gratiam et societatem muneris in usum Christiano-
rum suscepti nec, quemadmodum speravimus (np. dederunt), 5
sed semetipsos dederunt primum domino et nobis Deo volen-
te, ita ut exhortaremur Titum, ut, quemadmodum antea 6
inceperat, sic etiam (ad vos usque pergeret et) inter vos
hoc beneficium absolveret. Sed sicuti in omnibus excellitis, 7
fide, doctrina, cognitione, studio omni et vestro erga nos
amore, — ut etiam in hac benevolentia excellatis, non ex 8
mandato dico, sed per aliorum studium vestri quoque amo-
ris generositatem explorans; (nostis enim benevolentiam 9
domini nostri Iesu Christi, eum propter vos pauperem esse
factum, quum esset dives, ut vos illius paupertate ditare-
mini;) et consilium do hac in re. Hoc enim vos decet, qui 10
non solum rem facere (pecuniam colligere), sed etiam iterum
facere iam pridem antea inceperitis; nunc vero etiam factis 11
ratam faciundo voluntatem perficite, ut, quemadmodum
prompta erat voluntas, sic etiam rem pro facultatibus ve-
stris perficiatis. Si enim voluntas adest, pronti quis ha- 12
buerit, probatus est, non prouti non habet. Non enim 13
(volo), ut aliis relaxatio, vobis autem calamitas sit, sed
ex aequilibritate, hoc tempore vestra abundantia illorum 14
succurrat inopiae, ut etiam illorum abundantia vestrae in-
opiae succurrat, ut exoriatur aequilibritas, quemadmodum 15
relatum est: *) „qui multum collegerat, non plus habuit,
et qui exiguum, non habuit minus.“ Gratias autem Deo, 16
qui idem de vobis studium animo Titi indit, quod preces 17
quidem meas admisit, studiosior autem (vestri) factus

*) Exod. XVI, 18.

tatem Hierosolymitanorum chr. sublevandam eos impellit; com-
mendat iis Titum eiusque comites, quibus rem mandaverit; com-
memorat, quam honorifice de ipsorum liberalitate ad Macedo-

18 ὑμᾶς. Συνεπέμψαμεν δὲ μετ᾽ αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν, οὗ ὁ
19 ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν· οὐ
μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν
συνέκδημος ἡμῶν σὺν τῇ χάριτι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ
ὑφ᾽ ἡμῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ τοῦ κυρίου δόξαν καὶ προθυ-
20 μίαν ἡμῶν· στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται
21 ἐν τῇ ἁδρότητι ταύτῃ τῇ διακονουμένῃ ὑφ᾽ ἡμῶν· προ-
νοούμενοι καλὰ οὐ μόνον ἐνώπιον κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἐνώ-
22 πιον ἀνθρώπων. Συνεπέμψαμεν δὲ αὐτοῖς τὸν ἀδελφὸν
ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν ἐν πολλοῖς πολλάκις σπουδαῖον
ὄντα, νυνὶ δὲ πολὺ σπουδαιότερον πεποιθήσει πολλῇ τῇ
23 εἰς ὑμᾶς. Εἴτε ὑπὲρ Τίτου, κοινωνὸς ἐμὸς καὶ εἰς ὑμᾶς
συνεργός· εἴτε ἀδελφοὶ ἡμῶν, ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν, δόξα
24 Χριστοῦ. Τὴν οὖν ἔνδειξιν τῆς ἀγάπης ὑμῶν καὶ ἡμῶν
καυχήσεως ὑπὲρ ὑμῶν εἰς αὐτοὺς ἐνδείξασθε εἰς πρόσω-
πον τῶν ἐκκλησιῶν.

ΚΕΦ. ΙΧ.

1 Περὶ μὲν γὰρ τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους
2 περισσόν μοι ἐστὶ τὸ γράφειν ὑμῖν. Οἶδα γὰρ τὴν
προθυμίαν ὑμῶν, ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι Μακεδό-
σιν, ὅτι Ἀχαΐα παρεσκεύασται ἀπὸ πέρυσι καὶ ὁ ἐξ
3 ὑμῶν ζῆλος ἠρέθισε τοὺς πλείονας. Ἔπεμψα δὲ τοὺς
ἀδελφοὺς, ἵνα μὴ τὸ καύχημα ἡμῶν τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κε-
νωθῇ ἐν τῷ μέρει τούτῳ, ἵνα, καθὼς ἔλεγον, παρεσκευα-
4 σμένοι ἦτε, μήπως ἐὰν ἔλθωσι σὺν ἐμοὶ Μακεδόνες καὶ
εὕρωσιν ὑμᾶς ἀπαρασκευάστους, καταισχυνθῶμεν ἡμεῖς
5 (ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς) ἐν τῇ ὑποστάσει ταύτῃ. Ἀναγ-
καῖον οὖν ἡγησάμην παρακαλέσαι τοὺς ἀδελφοὺς, ἵνα
προέλθωσιν εἰς ὑμᾶς καὶ προκαταρτίσωσι τὴν προκατηγ-
γελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην ἑτοίμην εἶναι, οὕτως
6 ὡς εὐλογίαν καὶ μὴ ὡς πλεονεξίαν. Τοῦτο δέ· ὁ σπεί-
ρων φειδομένως φειδομένως καὶ θερίσει καὶ ὁ σπείρων
7 ἐπ᾽ εὐλογίαις ἐπ᾽ εὐλογίαις καὶ θερίσει. Ἕκαστος καθὼς
προαιρεῖται τῇ καρδίᾳ, μὴ ἐκ λύπης ἢ ἐξ ἀνάγκης·
8 „ἱλαρὸν γὰρ δότην ἀγαπᾷ ὁ θεός.“ Δυνατὸς δὲ ὁ θεὸς
πᾶσαν χάριν περισσεῦσαι εἰς ὑμᾶς, ἵνα ἐν παντὶ πάντοτε

VIII, 19. al. ἐν τῇ χάριτι †. ib. al. bis pro ἡμῶν l. ὑμῶν. 21. al. προνοοῦμεν γὰρ †. 24. al. ἐνδεικνύμενοι. ib. al. καὶ εἰς πρόσωπον †. IX, al. ἐν τ. ὑποστ. ταύτῃ τῆς καυχήσεως †. 5. al. πρὸς ὑμᾶς. ib. al. προεπηγγελμένην †. ib. al. ὥσπερ πλεονεξίαν †. 7. al. προήρηται.

sponte sua ad vos egressus est. Misimus autem cum eo 18
illum, quem nostis, fratrem, qui est vir per omnes coetus
de laeta de regno Messiano doctrina celebratus; neque so- 19
lum (celebratus), sed etiam a coetibus suffragio comes iti-
neris nobis electus cum beneficio quod a nobis administratur
ad eiusdem domini gloriam nostramque voluntatem iuvan-
dam; veriti, ne quis nos vituperaret in largo hoc, quod a 20
nobis administratur, beneficio; operam dantes honestati non 21
solum in oculis domini, sed etiam in oculis hominum. Mi- 22
simus autem simul cum iis fratrem nostrum, quem multis
in rebus saepe diligentem sumus experti, sed quem nunc
multo diligentiorem fore (confido) ob multam, quam in vo-
bis reposuit, fiduciam. Sive de Tito quaeratur, socius est 23
meus et quoad vos adiutor; sive de fratribus nostris, legati
sunt coetuum, ornamentum Christi. Igitur amorem ve- 24
strum nostramque de vobis gloriationem iis comprobate, ut
coetus videant (al. coram coetibus reliquis).

CAP. IX.

Nam de stipe quidem in Christianos illos eroganda vobis 1
scribere est superfluum. Novi enim promptam vestram 2
voluntatem, qua de vobis erga Macedones glorior,
Achaiam iam anno superiori fuisse paratam et studium a vo-
bis profectum plures ad aemulationem provocasse. Fratres 3
autem illos misi, ne nostra de vobis gloriatio hac in re vana
redderetur, ut, quemadmodum dicebam, parati essetis, ne 4
forte, quum Macedones mecum venerint ac vos haud prae-
paratos deprehenderint, nos (ne dicamus vos) in hac confi-
dentia pudore suffunderemur. Necessarium igitur duxi, 5
fratres illos hortari, ut ante ad vos venirent atque praepara-
rent beneficium, quod paratum esse ante nuntiavi, (al. prae-
dictum. al. de quo pluribus dixi) sic ut beneficium nec ut
habendi cupiditas esse videretur. Hoc autem (scitote): *) 6
„qui serit parce, parce etiam metet et qui serit large, large
etiam metet." Quisque quemadmodum animo suo praeme- 7
ditatus est, non tristi animo vel coactus: **) „nam hilarem
largitorem amat Deus." Potest autem Deus quaevis bona 8
vobis largiri, ut omnibus, quae quidem sufficiant, quovis

*) Proverb. XI, 24. 25. **) ibid. XXII, 8.

nes dixerit et, ut a mendacii labe apost. liberum reddant, pe-
tit, inprimis tantis liberalitatis praemiis a Deo propositis et com-
modis rei chr. inde futuris: VIII–IX, 15. declarat, turpiter falli,

πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες περισσεύητε εἰς πᾶν ἔργον
9 ἀγαθόν· καθὼς γέγραπται· „Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς
πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα.“
10 Ὁ δὲ ἐπιχορηγῶν σπέρμα τῷ σπείροντι καὶ ἄρτον εἰς
βρῶσιν χορηγήσαι καὶ πληθύναι τὸν σπόρον ὑμῶν καὶ
11 αὐξήσαι τὰ γενήματα τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν· ἐν παντὶ
πλουτιζόμενοι εἰς πᾶσαν ἁπλότητα, ἥτις κατεργάζεται δι'
12 ἡμῶν εὐχαριστίαν τῷ θεῷ. Ὅτι ἡ διακονία τῆς λειτουρ-
γίας ταύτης οὐ μόνον ἐστὶ προσαναπληροῦσα τὰ ὑστερή-
ματα τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ περισσεύουσα διὰ πολλῶν
εὐχαριστιῶν τῷ θεῷ διὰ τῆς δοκιμῆς τῆς διακονίας ταύ-
13 της, δοξάζοντες τὸν θεὸν ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας
ὑμῶν εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁπλότητι τῆς
14 κοινωνίας εἰς αὐτοὺς καὶ εἰς πάντας, καὶ αὐτῶν δεήσει
ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπιποθούντων ὑμᾶς διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν
15 χάριν τοῦ θεοῦ ἐφ' ὑμῖν. Χάρις δὲ τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ
ἀνεκδιηγήτῳ αὐτοῦ δωρεᾷ.

ΚΕΦ. Χ.

1 Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς
πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ, ὃς κατὰ πρόσω-
πον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαῤῥῶ εἰς ὑμᾶς·
2 δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι τῇ πεποιθήσει, ᾗ λο-
γίζομαι τολμῆσαι ἐπί τινας τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς ὡς
3 κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦν-
4 τες οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα (τὰ γὰρ ὅπλα τῆς
στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ πρὸς
5 καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων,) λογισμοὺς καθαιροῦντες καὶ
πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ θεοῦ καὶ
αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χρι-
6 στοῦ καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν,
7 ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή. Τὰ κατὰ πρόσωπον
βλέπετε; Εἴ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο

IX, 10. al. σπόρον. ib. al. χορηγήσει — πληθυνεῖ — αὐξήσει †
ib. al. γεννήματα †. 11. al. δι' ὑμῶν. X. 6. al. παράβασιν κα
παρακοήν. 7. al. Χριστοῦ δοῦλος. ib. al. ἡμεῖς Χριστοῦ †.

tempore instructi quaevis inde beneficia abunde dare pos-
sitis; quemadmodum perscriptum est: *) „largiter distri- 9
buit, dedit pauperibus: iustitia eius (al. liberalitas) manet
in aeternum.“ Qui vero semen suppeditat serenti et pa- 10
nem ad comedendum, (is vobis) suppeditare et largiri se-
mentem vestram atque augere liberalitatis vestrae proven-
tus, ut omni modo locupletes sitis ad omnem beneficen- 11
tiam (exercendam), quae per vos efficit, ut gratiae Deo
agantur. Nam munus huius beneficii publici curandi non 12
solum (illorum Christianorum) supplebit inopiam; sed etiam
multas multorum gratiarum actiones Deo eliciet, per spe- 13
ctatam huius muneris (i. e. beneficii) indolem (al. quum
propter illam beneficentiam spectatam Deum celebrent pro
obsequio, quod praestatis etc.), quum celebrent Deum pro-
pter obsequium doctrinae Christi, quam profitemini, prae-
stitum et propter opes et liberalem cum ipsis et omnibus
bonorum communicationem, eorumque preces de vobis, qui 14
vestri desiderio flagrant (al. qui vos magnopere adamant)
propter eximiam Dei, quae vobis contigit, gratiam. Gra- 15
tiae autem (debentur) Deo de ineffabili eius beneficio.

CAP. X.

1 Ipse vero ego Paulus hortor (obsecro?) vos per illam
mansuetudinem et lenitatem Christi, qui praesens quidem de-
misso animo sum inter vos, sed absens fiducia in vos utor;
(al. multum auctoritatis vindico) rogo autem, ne praesens ea 2
utar fiducia, qua audacter uti mihi animus est in quosdam,
qui nos corporis cupiditatibus regi arbitrantur. Quam- 3
quam enim corpore induti mortali vivimus, non sub libi-
dinum militamus imperio (nam nostrae militiae arma non 4
a corpore petuntur, (invalida sunt), sed valida per
Deum (al. iudice Deo) ad munitiones destruendas, teme- 5
rarias evertendo opiniones (subtiles ratiocinationes?) et
omne castellum, quod extollitur contra cognitionem Dei,
et captivam abducendo omnem mentem, ut Christo obse-
quium praestet; et parati (quum simus) ad omnem reni- 6
sum ulciscendum, quando vestrum obsequium omnibus
numeris est absolutum. Res externas respicitis? Si quis 7
persuasum sibi habeat, se esse Christi legatum, hoc ite-

---

*) Ps. CXII, 9.

qui ipsum ad quosvis rei chr. adversarios impugnandos semper
paratum habeant ignavum hominemque duplicem personam susti-

λογιζέσθω πάλιν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ,
8 οὕτω καὶ ἡμεῖς. Ἐάν τε γὰρ καὶ περισσότερόν τι καυ-
χήσωμαι περὶ τῆς ἐξουσίας ἡμῶν, ἧς ἔδωκεν ὁ κύριος
ἡμῖν εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν ὑμῶν, οὐκ
9 αἰσχυνθήσομαι. Ἵνα μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ
10 τῶν ἐπιστολῶν· — ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαί, φησί, βαρεῖαι
καὶ ἰσχυραί, ἡ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενὴς καὶ ὁ
11 λόγος ἐξουθενημένος· — τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος,
ὅτι οἷοί ἐσμεν τῷ λόγῳ δι᾽ ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι
12 καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ. Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρῖναι ἢ
συγκρῖναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοὺς συνιστανόντων·
ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες καὶ συγκρί-
13 νοντες ἑαυτοὺς ἑαυτοῖς, οὐχὶ εἰς τὰ ἄμετρα καυχησόμεθα,
ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ
14 θεὸς μέτρου, ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν· (οὐ γὰρ ὡς μὴ
ἐφικνούμενοι εἰς ὑμᾶς ὑπερεκτείνομεν ἑαυτούς· ἄχρι γὰρ
καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ·)
15 οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι ἐν ἀλλοτρίοις κόποις,
ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν ἐν
ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισ-
16 σείαν, εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι, οὐκ ἐν
17 ἀλλοτρίῳ κανόνι εἰς τὰ ἕτοιμα καυχήσασθαι. Ὁ δὲ καυ-
18 χώμενος ἐν κυρίῳ καυχάσθω. Οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν,
ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ᾽ ὃν ὁ κύριος συνίστησιν.

ΚΕΦ. XI.

1 Ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ! Ἀλλὰ
2 καὶ ἀνέχεσθέ μου. Ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ· ἡρμο-
σάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι
3 τῷ Χριστῷ· φοβοῦμαι δέ, μήπως ὡς ὁ ὄφις Εὔαν ἐξη-
πάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ τὰ νοή-
ματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν.
4 Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει ὃν οὐκ
ἐκηρύξαμεν, ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε ὃ οὐκ ἐλάβετε,

X, 8. al. περισσόν. 12. et 13. al. ἑαυτοῖς, οὐ συνιοῦσιν. Ἡμεῖς δὲ οὐχὶ κτλ. 18. al. συνιστάνων. XI, 1. al. ἠνείχεσθε †. ib. al. τι τῆς ἀφροσύνης † a. τι ἀφροσύνης.

rum ex semetipso colligat; quemadmodum ipse Christi est
legatus, sic nos quoque esse. Nam etiamsi plus gloriatus 8
sim de potestate nostra, quam dominus nobis concessit ad
salutem vestram augendam et non destruendam, non suf-
fundar pudore. Ut ne videar per epistolas vos in metum 9
coniicere; (nam epistolae quidem, inquit, (adversarius), 10
graves et fortes, sed corpore praesens est imbecillis et
abiecta oratio); talis hoc secum reputato, nos, quales su- 11
mus verbis per epistolas absentes, tales quoque praesen-
tes re et facto. Non enim a nobis impetramus, ut in il- 12
lorum numerum nos inferamus iisque nos conferamus, qui
se ipsi commendant; sed ex nostro nos modulo metien- 13
tes nobisque nos conferentes non praeter modum, sed ad
modum spatii ita a Deo nobis praefiniti, ut ad vos usque
perveniremus, gloriabimur; non enim, (dum affirmamus, 14
nos ad vos pervenisse, probe scientes) nos non perve-
religionem chr. augendam valuisse, quamquam in ea propaganda non omnes honesto ducantur sensu: ipsum haud reformidare mortem, quamquam Philippensium caussa diutius in vivis esse velit: 12—26. hortatur eos, ut vitam rel. chr. dignam gerant,

ΚΕΦ. II.

1 Εἴ τις οὖν παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύ-
θιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλάγ-
2 χνα καὶ οἰκτιρμοὶ, πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν, ἵνα τὸ
αὐτὸ φρονῆτε, τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες, σύμψυχοι,
3 τὸ ἓν φρονοῦντες, μηδὲν κατὰ ἐρίθειαν ἢ κενοδοξίαν,
ἀλλὰ τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχον-
4 τας ἑαυτῶν, μὴ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος σκοποῦντες, ἀλλὰ
5 καὶ τὰ ἑτέρων ἕκαστος. Τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν
6 ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων
7 οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν
ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων
8 γενόμενος καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος ἐταπείνω-
σεν ἑαυτὸν γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου
9 δὲ σταυροῦ. Διὸ καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσε καὶ ἐχα-
10 ρίσατο αὐτῷ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνό-
ματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων
11 καὶ καταχθονίων καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι
12 κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. Ὥστε,
ἀγαπητοί μου, καθὼς πάντοτε ὑπηκούσατε, μὴ ὡς ἐν
τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ νῦν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ
ἀπουσίᾳ μου μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτη-
13 ρίαν κατεργάζεσθε· ὁ θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν
14 καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Πάντα
15 ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν, ἵνα γένησθε
ἄμεμπτοι καὶ ἀκέραιοι, τέκνα θεοῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ
γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης, ἐν οἷς φαίνεσθε ὡς
16 φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, εἰς καύχημα
ἐμοὶ εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, ὅτι οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον οὐδὲ
17 εἰς κενὸν ἐκοπίασα. Ἀλλ' εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ
καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω

II, 1. al. εἴ τις παραμυθία — — εἴ τις σπλάγχνα †. 3. al. μηδὲ κατὰ κενοδοξίαν †. 4. al. σκοπεῖτε †. ib. al. ἕκαστος †. 5. al. φρονεῖτε †. 9. al. αὐτῷ ὄνομα. 11. al. ἐξομολογήσεται. 13. al. εὐδοκίας αὐτοῦ s. ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας cum vs. sequenti iungunt. 15. al. μέσον †.

CAP. II.

Si qua igitur cohortatio Christi nomine facta, si quid 1
solatii amoris, si qua Spiritus divini communio (al. ani-
morum coniunctio), si quis tenuior animus et misericor-
dia, plenum reddite gaudium meum, ut idem sentiatis, eun- 2
dem amorem habentes, eodem ducti sensu, concordes, ne- 3
que rixandi aut vanae laudis studio abrepti quidquam (fa-
ciatis), sed animo demisso alter alterum semetipso prae-
stantiorem esse ducat, non sua quisque commoda spectantes, 4
sed etiam aliorum quisque commoda. Is enim sensus (senti- 5
endi ratio) insit in vobis, qui etiam fuit in Christo, qui, 6
quamquam imaginem Dei referebat, parem esse Deo non
rapinam (rem cupide arripiendam) esse duxit, sed semet- 7
ipsum humilem gessit, forma (conditione) ministri sumta,
similis factus hominibus et habitu deprehensus ut homo 8
(universa conditione externa hominibus par) se ipse de-
misit obediens usque ad mortem, ad mortem autem crucis
(al. ita obediens, ut adeo mortem subiret, supplicium cru-
cis). Quapropter etiam Deus eum in altum evexit eique 9
dignitatem quavis dignitate superiorem benigne concessit,
ut hanc Iesu dignitatem intuiti (al. hac dign. conspicuum 10
Iesum) genua flecterent omnes qui in coelo et in terra
et inferis in locis versantur, et uno ore in Dei patris ho- 11
norem, dominum esse Iesum Christum, profiterentur. Quin, 12
carissimi mei, quemadmodum semper audivistis, non so-
lum me praesente, sed nunc multo magis me absente cum
metu et tremore (i. e. cum summa religione) vestrae sa-
luti consulite; nam Deus est qui in vobis et voluntatem 13
et vires pro benevolentia sua efficit. Omnia facite sine 14
indignatione et disceptatione, ut irreprehensi sitis atque 15
integri, filii Dei omnis labis expertes medios inter pravos
ac perversos huius aetatis homines, inter quos splendetis
tanquam lumina in mundo, doctrinam, quae vitam largi-
tur (beatam), prae vobis ferentes, ut gloriandi materiem 16
habeam in diem (adventus) Christi, quod non in vanum
cucurri neque in vanum laboravi. Sed etiamsi fundor 17
veluti libamen in victimam et sacrificium fidei vestrae (i. e.
etiamsi mors mihi subeunda est propter vos rel. chr. pro-
fitentes), laetor et laetor vobiscum omnibus (al. congratu-

---

concordes, alieni a lucri studio, intuiti exemplum Christi, qui sponte sua humillimam subiit conditionem, quo vita beata possint potiri: 27—II, 1—18. laudat Timotheum quam primum ad

18 πᾶσιν ὑμῖν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ὑμεῖς χαίρετε καὶ συγχαί-
ρετέ μοι.
19 Ἐλπίζω δὲ ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ Τιμόθεον ταχέως πέμψαι
20 ὑμῖν, ἵνα κἀγὼ εὐψυχῶ γνοὺς τὰ περὶ ὑμῶν. Οὐδένα
γὰρ ἔχω ἰσόψυχον, ὅστις γνησίως τὰ περὶ ὑμῶν μεριμνή-
21 σει· οἱ πάντες γὰρ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Ἰησοῦ
22 Χριστοῦ. Τὴν δὲ δοκιμὴν αὐτοῦ γινώσκετε, ὅτι ὡς
πατρὶ τέκνον σὺν ἐμοὶ ἐδούλευσεν εἰς τὸ εὐαγγέλιον.
23 Τοῦτον μὲν οὖν ἐλπίζω πέμψαι, ὡς ἂν ἀπίδω τὰ περὶ
24 ἐμὲ, ἐξαυτῆς· πέποιθα δὲ ἐν κυρίῳ, ὅτι καὶ αὐτὸς ταχ-
25 χέως ἐλεύσομαι. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην, Ἐπαφρόδιτον
τὸν ἀδελφὸν καὶ συνεργὸν καὶ συστρατιώτην μου, ὑμῶν
δὲ ἀπόστολον καὶ λειτουργὸν τῆς χρείας μου πέμψαι
26 πρὸς ὑμᾶς, ἐπειδὴ ἐπιποθῶν ἦν πάντας ὑμᾶς καὶ ἀδη-
27 μονῶν, διότι ἠκούσατε ὅτι ἠσθένησε. Καὶ γὰρ ἠσθένησε
παραπλήσιον θανάτῳ, ἀλλ' ὁ θεὸς αὐτὸν ἠλέησεν, οὐκ
αὐτὸν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπην
28 σχῶ. Σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτὸν, ἵνα ἰδόντες
29 αὐτὸν πάλιν χαρῆτε κἀγὼ ἀλυπότερος ὦ. Προσδέχεσθε
οὖν αὐτὸν ἐν κυρίῳ μετὰ πάσης χαρᾶς καὶ τοὺς τοιού-
30 τους ἐντίμους ἔχετε, ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι
θανάτου ἤγγισε παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ, ἵνα ἀνα-
πληρώσῃ τὸ ὑμῶν ὑστέρημα τῆς πρός με λειτουργίας.

ΚΕΦ. III.

1 Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί μου, χαίρετε ἐν κυρίῳ· τὰ αὐτὰ
γράφειν ὑμῖν ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές.
2 Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέ-
3 πετε τὴν κατατομήν. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομὴ οἱ
πνεύματι θεῷ λατρεύοντες καὶ καυχώμενοι ἐν Χριστῷ
4 Ἰησοῦ καὶ οὐκ ἐν σαρκὶ πεποιθότες· καίπερ ἐγὼ ἔχων
πεποίθησιν καὶ ἐν σαρκί. Εἴ τις δοκεῖ ἄλλος πεποιθέναι
ἐν σαρκὶ, ἐγὼ μᾶλλον, περιτομῇ ὀκταήμερος, ἐκ γένους
5 Ἰσραὴλ, φυλῆς Βενιαμὶν, Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, κατὰ
6 νόμον Φαρισαῖος, κατὰ ζῆλον διώκων τὴν ἐκκλησίαν,

II, 21. al. τὰ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ †. 23. al. ἀφίδω. 27. al. ἐπὶ λύπῃ †. 30. al. παραβουλευσάμενος †. III, 3. θεοῦ † a. θεῷ. 6. al. περιτομή.

lor vobis omnibus); de eadem re autem vos quoque lae- 18
tamini et laetamini mecum.
Spero autem domino Iesu adiuvante Timotheum quam 19
primum ad vos mittere, ut ego quoque bono sim animo
certior factus de vestris rebus. Neminem enim habeo 20
pari affectum animo, quippe qui generoso animo res ve-
stras curabit; nam omnes suis ipsorum commodis inservi- 21
unt, non commodis Iesu Christi. Verum probatum eius 22
animum nostis, quod ut patrem filius me in laeta doctri-
na adiuvit. Hunc quidem igitur statim spero mittere, si- 23
mul ac cognovero rerum mearum eventum; sed persua- 24
sum mihi habeo ope domini, me et ipsum brevi esse ven-
turum. Necessarium vero duxi, Epaphroditum fratrem et 25
adiutorem et commilitonem meum, vestrum vero aposto-
lum et necessitatibus meis succurrentem mittere ad vos,
quandoquidem desiderio erga vos omnes flagrabat atque an- 26
gebatur propterea quod aegrotare eum audivistis. Etenim 27
aegrotavit fere ad mortem, at Deus eius est misertus,
sed non eius solum, verum etiam mei, ne tristitia tristi-
tiae mihi adderetur. Celerius igitur eum misi, ut eo ite- 28
rum conspecto laetaremini et ego tranquilliore essem ani-
mo. Excipite igitur eum, ut dominus vult, cum omni 29
laetitia et eiusmodi viros in honore habete; nam propter 30
Christi opus mortis periculum subiit vitae suae prodigus,
ut quae vestra erga me officia deerant, compensaret.

CAP. III.

Reliquum, fratres mei, laetamini tanquam domini 1
cultores; eadem vobis scribere mihi quidem nullam mole-
stiam, vobis autem constantiam affert. Videte canes illos, 2
videte malos illos operarios, videte concisionem illam (Iu-
daeos s. circumcisionis laudatores, nempe, ut ab iis cavea-
tis). Nos enim sumus circumcisio illa (circumcisi), qui 3
animo Deum colimus et de Christo Iesu gloriamur nec
conditioni confidimus externae; quamquam ego externae 4
quoque conditioni cur confidam, habeo. Si quis alius ex-
ternae conditioni confidere posse videtur, ego magis, octa-
vo die circumcisus, e gente Israelitica, tribu Beniamini, 5
Hebraeus ex Hebraeis, secundum legem Pharisaeus, secun- 6

---

eos mittendum, misso interim Epaphrodito, cuius mora excusa-
tur et suum ipsius adventum mox futurum significat: 19—30.
docet, fugiendos esse doctores ritus Iudaicos christianis suaden-

κατὰ δικαιοσύνην τὴν ἐν νόμῳ γενόμενος ἄμεμπτος.
7 Ἀλλ' ἅτινα ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χρι-
8 στὸν ζημίαν. Ἀλλὰ μὲν οὖν καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν
εἶναι διὰ τὸ ὑπερέχον τῆς γνώσεως Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ
κυρίου μου, δι' ὃν τὰ πάντα ἐζημιώθην καὶ ἡγοῦμαι
9 σκύβαλα εἶναι, ἵνα Χριστὸν κερδήσω καὶ εὑρεθῶ ἐν
αὐτῷ μὴ ἔχων ἐμὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ νόμου, ἀλλὰ
τὴν διὰ πίστεως Χριστοῦ, τὴν ἐκ θεοῦ δικαιοσύνην ἐπὶ
10 τῇ πίστει· τοῦ γνῶναι αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἀνα-
στάσεως αὐτοῦ καὶ τὴν κοινωνίαν τῶν παθημάτων αὐτοῦ
11 συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, εἴπως καταντήσω
12 εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον
ἢ ἤδη τετελείωμαι, διώκω δὲ εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ
13 καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ. Ἀδελφοὶ, ἐγὼ ἐμαυτὸν
14 οὐ λογίζομαι κατειληφέναι· ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλαν-
θανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος κατὰ
σκοπὸν διώκω ἐπὶ τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως τοῦ
15 θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρο-
νῶμεν, καὶ εἴ τι ἑτέρως φρονεῖτε, καὶ τοῦτο ὁ θεὸς ὑμῖν
16 ἀποκαλύψει. Πλὴν εἰς ὃ ἐφθάσαμεν, τῷ αὐτῷ στοιχεῖν
17 κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν. Συμμιμηταί μου γίνεσθε,
ἀδελφοὶ, καὶ σκοπεῖτε τοὺς οὕτω περιπατοῦντας, καθὼς
18 ἔχετε τύπον ἡμᾶς. Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν, οὓς πολ-
λάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν δὲ καὶ κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς
19 τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ
θεὸς ἡ κοιλία καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, οἱ τὰ
20 ἐπίγεια φρονοῦντες. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρα-
νοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα κύριον
21 Ἰησοῦν Χριστὸν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς τα-
πεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ,
κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι
ἑαυτῷ τὰ πάντα.

III, 8. al. μενοῦνγε †. 10. al. συμμορφιζόμενος †. 11. al. τὴν ἐκ τῶν νεκρῶν †. 12. al. τοῦ Χρ. Ἰησ. †. 14. al. εἰς τὸ βραβεῖον. 16. al. excl. κανόνι, τὸ αὐτὸ φρονεῖν †. 21. εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον †.

dum fervorem rerum sacrarum persecutor ecclesiae, se-
cundum iustitiam, quam lex efflagitat, irreprehensus. At 7
quaecunque mihi lucro erant, haec propter Christum duxi
iacturam. Immo igitur etiam omnia iacturam esse duco 8
propter eximiam Christi Iesu domini mei cognitionem,
propter quem omnium (illarum rerum) iacturam feci eas-
que sordium loco habeo, ut lucrer Christum et (al. con- 9
iunctissimus ei deprehendar) eo iudice deprehendar non
urgens pietatem, quae mihi quidem probatur, illam a lege
profectam, sed illam, quae per fidem Christo habitam ef-
ficitur, probitatem, quae a Deo datur propter fidem (i. e.
in quam imputatur a Deo fides in Iesu collocata); ut eum 10
cognoscam et vim resurrectionis eius et societatem cala-
mitatum eius imaginem mortis eius referens, si forte re- 11
surrectionem mortuorum consequar. Non ac si iam cepe- 12
rim aut iam rem absolverim, sed contendo, an etiam oc-
cupem; quo etiam consilio Christus me occupavit (suum
fecit). Fratres, ego ipse non videor mihi metam assecu- 13
tus esse; unum autem (ago) oblitus eorum quae post me 14
sunt et ad ea quae ante me sunt enitens, ad metam
contendo ad palmam quam in coelis Deus per Iesum Chri-
stum mihi promisit. Quotquot igitur perfecti, id sentia- 15
mus, et si ulla in re secus sentitis, hoc quoque Deus vo-
bis revelabit (perverse vos statuere). Sed quod assecuti 16
sumus, ad eandem normam vitam nostram conformare, idem
sentire. Imitamini me, fratres, et respicite eos qui hoc 17
modo vitam suam componunt, quemadmodum nos habetis
exemplar. Multi enim vivunt, quos saepe vobis dicebam, 18
nunc autem vel lacrymans dico, hostes crucis Dei, quo-
rum finis pernicies, quorum Deus venter et honor in tur- 19
pitudine eorum, qui rebus student terrenis. Nostra enim 20
civitas in coelo est, ex quo etiam servatorem exspecta-
mus dominum Iesum Christum, qui humile nostrum cor- 21
pus transformabit, ita ut simile reddatur splendido eius
corpori (e quo splendor eius s. dignitas refulget), pro po-
tentia qua omnia vel sibimetipsi subiiciendi facultatem
habet.

---

tes et in sola, quae Christo habeatur, fide acquiescendum; res terrenas esse contemnendas et afflictis sublimiorem in coelis spe-

ΚΕΦ. IV.

1 Ὥστε, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ καὶ ἐπιπόθητοι, χαρὰ
καὶ στέφανός μου, οὕτω στήκετε ἐν κυρίῳ, ἀγαπητοί!

2 Εὐοδίαν παρακαλῶ καὶ Συντύχην παρακαλῶ, τὸ
3 αὐτὸ φρονεῖν ἐν κυρίῳ· καὶ ἐρωτῶ καὶ σέ, σύζυγε γνήσιε,
συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλη-
σάν μοι μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν
4 μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. Χαίρετε ἐν κυρίῳ
5 πάντοτε· πάλιν ἐρῶ, χαίρετε! Τὸ ἐπιεικὲς ὑμῶν γνω-
6 σθήτω πᾶσιν ἀνθρώποις. Ὁ κύριος ἐγγύς· μηδὲν μερι-
μνᾶτε, ἀλλ' ἐν παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετὰ
εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν
7 θεόν, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν
φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν
8 Χριστῷ Ἰησοῦ. Τὸ λοιπόν, ἀδελφοί, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ,
ὅσα σεμνά, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνά, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα
εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογί-
9 ζεσθε· ἃ καὶ ἐμάθετε καὶ παρελάβετε καὶ ἠκούσατε καὶ
εἴδετε ἐν ἐμοί, ταῦτα πράσσετε· καὶ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης
ἔσται μεθ' ὑμῶν.

10 Ἐχάρην δὲ ἐν κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθά-
λετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐφρονεῖτε, ἠκαι-
11 ρεῖσθε δέ. Οὐχ ὅτι καθ' ὑστέρησιν λέγω· ἐγὼ γὰρ
12 ἔμαθον, ἐν οἷς εἰμι, αὐτάρκης εἶναι. Οἶδα καὶ ταπει-
νοῦσθαι, οἶδα καὶ περισσεύειν· ἐν παντὶ καὶ ἐν πᾶσι
μεμύημαι, καὶ χορτάζεσθαι καὶ πεινᾷν, καὶ περισσεύειν
13 καὶ ὑστερεῖσθαι· πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με.
14 Πλὴν καλῶς ἐποιήσατε συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει.
15 Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ
εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι
ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ
16 μὴ ὑμεῖς μόνοι· ὅτι καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ ἅπαξ καὶ
17 δὶς εἰς τὴν χρείαν μοι ἐπέμψατε. Οὐχ ὅτι ἐπιζητῶ τὸ
δόμα, ἀλλ' ἐπιζητῶ τὸν καρπὸν τὸν πλεονάζοντα εἰς
18 λόγον ὑμῶν. Ἀπέχω δὲ πάντα καὶ περισσεύω· πεπλή-
ρωμαι δεξάμενος παρὰ Ἐπαφροδίτου τὰ παρ' ὑμῶν,

IV, 3. al. καὶ ἐρωτῶ †. 10. al. ἀνεθάλλετε s. ἐνεθάλετε s. ἐθάλετε. 12. οἶδα δὲ †. 13. al. post με addunt Χριστῷ †.

CAP. IV.

Quia, fratres mei dilectissimi et desideratissimi, gau- 1
dium et corona mea, sic constantes permanete pulcopas
domini, dilectissimi!
Evodiam admoneo ac Syntychen admoneo, ut idem 2
sentiant ex voluntate domini; profecto te quoque rogo, 3
collega generose, opem fer iis, quippe quae in laeta do-
ctrina una mecum pugnarunt et cum Clemente et reliquis
muneris mei sociis, quorum nomina in libro vitae sunt
(consignata). Laetamini de domino semper: iterum dico, 4
laetamini! Lenitas vestra innotescat omnibus hominibus. 5
Dominus prope adest; nihil solliciti estote, sed quovis 6
tempore precibus vestris ac suppliciis cum gratiarum actio-
ne desideria vestra significate Deo, et illa Dei tranquilli- 7
tas quae omnem mentem excedit animos vestros et men-
tes vestras in necessitudine cum Christo Iesu servabit.
Ceterum, fratres, quaecunque vera sunt, quaecunque ho- 8
nesta, quaecunque proba, quaecunque sancta, quaecunque
grata, quaecunque boni nominis, si qua virtus et si qua
laus, his studete; quae et didicistis et accepistis et audi- 9
stis et vidistis in me, haec facite; et Deus (auctor) con-
cordiae vobiscum erit.
Impense autem de domino gavisus sum, quod iam 10
aliquando reviruistis ad curam mei habendam, quem in
finem etiam curam habebatis, sed occasio deerat. Non 11
propterea, quod inopia laboro, dico; ego enim didici, ea
qua utor sorte esse contentum. Scio et rerum tenuita- 12
tem et abundantiam scio; omnibus omnino vitae casibus
initiatus sum, scio saturitatem perferre et inediam, et ab-
undare et laborare inopia; omnia possum per eum qui 13
mihi vires largitur. Attamen recte fecistis, quod in so- 14
cietatem calamitatum mearum venistis. Sed etiam vos, 15
Philippenses, scitis, ab initio laeti de Messia nuntii, quum
Macedonia essem egressus, nullum coetum rationes dati
et accepti mecum iniisse, nisi vos solos; nam et Thessa- 16
lonicae semel iterumque in usum meum mihi misistis. Non 17
(propterea dico) quod expetam donum vestrum, immo ex-
peto fructum in vestram rationem redundantem. Tota 18
vero habeo omnia et abundo; impletus sum acceptis ab

---

ctandam beatitatem: III, 1—IV, 2. in re chr. ut constantes sint
et quemcunque appetant virtutem, eos excitat; laudat eorum in
se beneficentiam et in salutem iis apprecando desinit. 3—23.

ὀσμὴν εὐωδίας, θυσίαν δεκτήν, εὐάρεστον τῷ θεῷ·
19 Ὁ δὲ θεός μου πληρώσει πᾶσαν χρείαν ὑμῶν κατὰ τὸν
20 πλοῦτον αὐτοῦ ἐν δόξῃ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Τῷ δὲ θεῷ
καὶ πατρὶ ἡμῶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων!
Ἀμήν.
21 Ἀσπάσασθε πάντα ἅγιον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἀσπά-
22 ζονται ὑμᾶς οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοί· ἀσπάζονται ὑμᾶς πάν-
τες οἱ ἅγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας.
23 Ἡ χάρις τοῦ κυρίου [ἡμῶν] Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάν-
των ὑμῶν. [Ἀμήν.]

ΠΑΥΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΠΡΟΣ ΚΟΛΟΣΣΑΕΙΣ.

ΚΕΦ. Ι.

1 Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος
2 θεοῦ καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς τοῖς ἐν Κολοσσαῖς ἁγίοις
καὶ πιστοῖς ἀδελφοῖς ἐν Χριστῷ. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη
ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν.
3 Εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ πάντοτε περὶ ὑμῶν προσευχόμενοι,
4 ἀκούσαντες τὴν πίστιν ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ καὶ τὴν
5 ἀγάπην τὴν εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, διὰ τὴν ἐλπίδα τὴν
ἀποκειμένην ὑμῖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἣν προηκούσατε ἐν
6 τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας τοῦ εὐαγγελίου τοῦ παρόντος εἰς
ὑμᾶς καθὼς καὶ ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ, καὶ ἔστι καρπο-
φορούμενον καὶ αὐξανόμενον καθὼς καὶ ἐν ὑμῖν, ἀφ'
ἧς ἡμέρας ἠκούσατε καὶ ἐπέγνωτε τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἐν
7 ἀληθείᾳ· καθὼς καὶ ἐμάθετε ἀπὸ Ἐπαφρᾶ τοῦ ἀγαπη-

IV, 19. al. πληρώσαι †. ib. al. τὸ πλοῦτος †. 23. al. μετὰ τοῦ πνεύματος πάντων †. ib. in fin. addunt: πρὸς Φιλιππησίους ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης δι' Ἐπαφροδίτου † a. ἐτελέσθη πρὸς Φιλιππησίους.
I, 2. al. Κολασσαῖς †; ib. al. post πατρὸς ἡμῶν l. καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ †. 3. al. ὑπὲρ ὑμῶν. 4. al. ἀγάπην ἣν ἔχετε εἰς πάντας †. 6. al. excl. καὶ αὐξανόμενον.

Epaphrodito vestris donis, quae sacrificium sunt suavis
odoris, oblatio accepta, probata Deo. Deus vero meus 19
omne id, quo indigetis, pro splendidis, quas habet, di-
vitiis abunde largietur per Christum Iesum. Deo autem et 20
patri nostro laus qua dignus est in perpetuum tribuatur!
Utique!
Salutate quemque per Christum Iesum consecratum. 21
Salutant vos, qui mecum sunt, fratres; salutant vos omnes 22
Deo consecrati, inprimis autem Caesaris domestici. Gratia 23
domini nostri Iesu Christi vobiscum omnibus. Utique.

EPISTOLA PAULI

AD COLOSSENSES.

CAP. I.

Paulus apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei constitu- 1
tus et Timotheus frater hominibus, qui Colossis versantur, 2
Deo sacris fidisque in Christo profitendo fratribus s. d.
Gratia vobis et pax a Deo patre nostro contingat.
Gratias agimus Deo et patri domini nostri Iesu Christi 3
quovis tempore pro vobis precantes, fide vestra in Christo 4
Iesu profitendo audita vestroque erga omnes Christianos
amore, ob spem repositam vobis in coelis, quam ante audi- 5
vistis in vera, quae laetum de regno Messiano continet nun-
tium, doctrina, quae inter vos traditur quemadmodum 6
etiam in universo mundo, et quae fructus fert et incremen-
ta capit quemadmodum etiam in vobis, a quo inde die au-
divistis et benevolentiam Dei vere cognovistis; quemadmo- 7

Salute suo et Timothei nomine dicta, Colossensium fidem et amorem atque institutionem Epaphrae laudat iisque de piis in

τοῦ συνδούλου ἡμῶν, ὅς ἐστι πιστὸς ὑπὲρ ὑμῶν διάκονος
8 τοῦ Χριστοῦ, ὁ καὶ δηλώσας ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἀγάπην ἐν
9 πνεύματι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἠκούσα-
μεν, οὐ παυόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενοι καὶ αἰτού-
μενοι, ἵνα πληρωθῆτε τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ θελήματος αὐ-
10 τοῦ ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ συνέσει πνευματικῇ, περιπατῆ-
σαι ἀξίως τοῦ κυρίου εἰς πᾶσαν ἀρέσκειαν, ἐν παντὶ
ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες καὶ αὐξανόμενοι εἰς τὴν
11 ἐπίγνωσιν τοῦ θεοῦ, ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι κατὰ
τὸ κράτος τῆς δόξης αὐτοῦ, εἰς πᾶσαν ὑπομονὴν καὶ
12 μακροθυμίαν μετὰ χαρᾶς, εὐχαριστοῦντες τῷ πατρὶ τῷ
ἱκανώσαντι ἡμᾶς εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων
13 ἐν τῷ φωτὶ, ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ
σκότους καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ υἱοῦ τῆς
14 ἀγάπης αὐτοῦ, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν, τὴν ἄφε-
15 σιν τῶν ἁμαρτιῶν· ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου,
πρωτότοκος πάσης κτίσεως· ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ
16 πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ
ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι εἴτε κυριότητες εἴτε
ἀρχαὶ εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι᾽ αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν
17 ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων καὶ τὰ πάντα ἐν
18 αὐτῷ συνέστηκε· καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος,
τῆς ἐκκλησίας· ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νε-
19 κρῶν, ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων· ὅτι ἐν
20 αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι καὶ δι᾽ αὐ-
τοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας
διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, δι᾽ αὐτοῦ, εἴτε τὰ
21 ἐπὶ τῆς γῆς εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ ὑμᾶς ποτὲ
ὄντας ἀπηλλοτριωμένους καὶ ἐχθροὺς τῇ διανοίᾳ ἐν τοῖς
22 ἔργοις τοῖς πονηροῖς, νυνὶ δὲ ἀποκατήλλαξεν ἐν τῷ σώ-
ματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ διὰ τοῦ θανάτου, παραστῆσαι
ὑμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους καὶ ἀνεγκλήτους κατενώπιον
23 αὐτοῦ, εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ
ἑδραῖοι καὶ μὴ μετακινούμενοι ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ
εὐαγγελίου οὗ ἠκούσατε, τοῦ κηρυχθέντος ἐν πάσῃ τῇ
κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, οὗ ἐγενόμην ἐγὼ Παῦλος
διάκονος.

1, 7. al. ὑπὲρ ἡμῶν †. 10. al. περιπατῆσαι ὑμᾶς †. ib. al. αὐξαν. τῇ (s. ἐν τῇ) ἐπιγνώσει †. 14. al. τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ †. 15. al. πρωτοτόκος. 18. al. ἀπαρχή. 19. al. ηὐδόκησε. 20. al. εἰς αὐτόν. 21. al. ἀποκαταλλαγέντες. 22. al. τῆς σαρκὸς αὐτοῦ.

Eum etiam didicistis ab Epaphra dilecto (muneris mei) socio,
qui in vestrum usum fidelis est Christi minister et vestrum 8
amorem a Spiritu divino profectum nobis patefecit. Quare 9
etiam nos, a quo die audivimus, non desinimus pro vobis
precari et rogare, ut copiose instruamini voluntatis eius
cognitione, quae cernitur in omni sapientia atque intelli-
gentia a Spiritu divino profecta, ut vitam agatis domino 10
vestro dignam omnino probandam (al. qua quovis modo ei
probemini); in quovis recte facto fructum edentes et pro-
ficientes in Deo cognoscendo; pro potentia magnificentiae 11
eius (pro eximia eius potentia) omni vi corroborati ad sum-
mam constantiam et patientiam cum laetitia exhibendam;
gratias agentes patri, qui nos, ut participes fiamus vitae 12
Christianorum beatae, per lucem illam divinam idoneos red-
didit, qui ex imperio tenebrarum nos sibi eripuit et transtulit 13
in regnum filii sui dilectissimi, per quem liberatio, venia 14
peccatorum, nobis contigit; qui imaginem Dei invisibilis 15
refert, primogenitus omnium rerum; nam per eum omnia 16
creata sunt, quae in coelis sunt atque in terris, quae in
oculos incurrunt et quae non incurrunt, sive throni sive
dominatus sive imperia sive potestates, rerum universitas
per eum et, ut redeat ad eum, condita est; et ipse omnibus 17
prior est et rerum universitas per eum continetur; et ipse 18
corporis, ecclesiae, caput est; qui princeps est, primoge-
nitus e mortuis, ut in omnibus ipse primas partes teneat;
nam in eo omnium rerum (bonorum) copiam inesse (al. to- 19
tum christianorum coetum contineri) voluit et per eum rerum 20
universitatem sibi reconciliare, per sanguinem eius in cruce
effusum, per eum, inquam, concordia facta inter ea quae
sive in terris sive in coelis versentur. Vos quoque alieno 21
olim et hostili (erga Deum) animo in male factis, nunc vero
reconciliavit corpore eius naturali per mortem (al. per mor- 22
tem, quam in corpore, quod nostro simile erat, perpessus
est,) ut sanctos vos et irreprehensos et culpae expertes co-
ram se sisteret, siquidem permansistis in fide bene fundati 23
et constantes nec dimoti ab illa spe laetae, quam audivistis,
doctrinae, omnibus, quae sub coelo sunt, rebus creatis
(i. e. omnibus hominibus), palam annuntiatae, cuius ego
Paulus doctor sum constitutus.

---

eorum salutem precibus ad Deum persuadet magnum Iesu, quem creatorem et rectorem omnium sive in sensus cadant sive sensus fugiant rerum et gentilium divinum describit doctorem, illustrat beneficia: I, 1—24. apostolum se Christi auctoritate consti-

24 Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασιν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ
ἀνταναπληρῶ τὰ ὑστερήματα τῶν θλίψεων τοῦ Χριστοῦ
25 ἐν τῇ σαρκί μου ὑπὲρ τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ
ἐκκλησία, ἧς ἐγενόμην ἐγὼ διάκονος κατὰ τὴν οἰκονομίαν
τοῦ θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι εἰς ὑμᾶς, πληρῶσαι τὸν
26 λόγον τοῦ θεοῦ, τὸ μυστήριον τὸ ἀποκεκρυμμένον ἀπὸ
τῶν αἰώνων καὶ ἀπὸ τῶν γενεῶν, νυνὶ δὲ ἐφανερώθη
27 τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, οἷς ἠθέλησεν ὁ θεὸς γνωρίσαι, τίς ὁ
πλοῦτος τῆς δόξης τοῦ μυστηρίου τούτου ἐν τοῖς ἔθνεσιν,
28 ὅς ἐστι Χριστὸς ἐν ὑμῖν, ἡ ἐλπὶς τῆς δόξης· ὃν ἡμεῖς
καταγγέλλομεν νουθετοῦντες πάντα ἄνθρωπον καὶ διδά-
σκοντες πάντα ἄνθρωπον ἐν πάσῃ σοφίᾳ, ἵνα παραστή-
29 σωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ, εἰς ὃ καὶ
κοπιῶ ἀγωνιζόμενος κατὰ τὴν ἐνέργειαν αὐτοῦ τὴν ἐνερ-
γουμένην ἐν ἐμοὶ ἐν δυνάμει.

ΚΕΦ. II.

1 Θέλω γὰρ ὑμᾶς εἰδέναι, ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω περὶ
ὑμῶν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ καὶ ὅσοι οὐχ ἑωράκασι τὸ
2 πρόσωπόν μου ἐν σαρκί, ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι
αὐτῶν, συμβιβασθέντες ἐν ἀγάπῃ καὶ εἰς πάντα πλοῦτον
τῆς πληροφορίας τῆς συνέσεως, εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ μυ-
3 στηρίου τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ
εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως
4 ἀπόκρυφοι. Τοῦτο δὲ λέγω, ἵνα μή τις ὑμᾶς παραλο-
5 γίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. Εἰ γὰρ καὶ τῇ σαρκὶ ἄπειμι,
ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι χαίρων καὶ βλέπων
ὑμῶν τὴν τάξιν καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν
6 πίστεως ὑμῶν. Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν
7 τὸν κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε ἐῤῥιζωμένοι καὶ ἐποικο-
δομούμενοι ἐν αὐτῷ καὶ βεβαιούμενοι ἐν τῇ πίστει, κα-
θὼς ἐδιδάχθητε, περισσεύοντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ.
8 Βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλο-
σοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀν-
θρώπων, κατὰ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου καὶ οὐ κατὰ
9 Χριστόν. Ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς

I, 24. al. παθήμασί μου †. 27. al. ὅ ἐστι Χριστός. 28. al. ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ †. II, 1. al. ὑπὲρ ὑμῶν. 2. al. συμβιβασθέντων †. ib. al. καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ excludunt aut variant. 4. al. ἵνα μηδείς †.

Nunc laetor de meis in commodum vestrum calamitati- 24
bus et suppleo, quae restant e malis Christi causa perferen-
dis, per corpus meum pro eius corpore, quod est ecclesia
(coetus divinus), cuius ego minister factus sum pro Dei 25
munere mihi in vos collato, ut doctrinam Dei absolverem,
doctrinam, inquam, ab antiquissimis inde temporibus et 26
post hominum memoriam reconditam, nunc vero patefactam
sanctis eius cultoribus, quibus Deus declarare voluit, (al. 27
quam eximia sit huius doctrinae inter gentiles antea incogni-
tae praestantia s. quam gloriosa beneficentia inter ipsos
gentiles haec doctrina gaudeat,) quam egregia sit ubertas
huius doctrinae antea incognitae inter gentiles, quae est
Christus in vobis, spes illa beatitudinis, quem (Christum) 28
nos adnuntiamus quemvis hominem adhortando et summa
sapientia quemvis hominem imbuendo, ut quemvis hominem
perfectum Christi cultorem (Deo) sistamus, quem in finem 29
etiam laboro certando pro vi quae in me potenter operatur.

CAP. II.

Volo enim vos scire, quantam certamen habeo de vobis 1
et Laodicensibus et quotquot me corpore praesentem non vi-
derunt, ut animi eorum, mutuo amore et ad maximam co- 2
piam uberrimae scientiae sibi comparandam coniuncti, exci-
tentur ad cognitionem ignotae antea doctrinae Dei et patris
et Christi, in quo omnes thesauri sapientiae et scientiae re- 3
conditi sunt. Hoc vero dico, ne quis oratione ad persua- 4
dendum apta vos decipiat. Nam etiamsi corpore absum, 5
sed mente vobiscum sum laetus ac videns res vestras bene
institutas et constantiam vestrae in Christum fidei. Quem- 6
admodum igitur Christum Iesum dominum accepistis, ex
mente eius vitam agite radicibus in eo muniti eique super- 7
structi (i. e. ita, ut vitam vestram componatis ad normam,
quae certissima Chr. institutione innititur) et confirmati in
fide, quemadmodum estis edocti, grato animo in ea profi-
cientes. Videte, ne quis vos spoliet per philosophiam et 8
(quidem) inanes fallacias (philosophiae) secundum placita
hominum ore tradita, secundum elementa religionis homi-
nibus huius seculi accommodatae (i. e. imperfectioris) et non
secundum Christum. Nam in eo inest omnis divinitatis 9

---

tutum professus et a vinculis rei christianae causa eiusque cul-
torum, etiam eorum qui oculis eum non usurpaverint, susceptis
orsus eos hortatur, ut in ea religione, quam acceperint, tuenda

10 θεότητος σωματικῶς, καὶ ἐστὲ ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι,
11 ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας, ἐν ᾧ καὶ
περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει
τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ,
12 συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι, ἐν ᾧ καὶ συνηγέρ-
θητε διὰ τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τοῦ θεοῦ τοῦ ἐγεί-
13 ραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Καὶ ὑμᾶς νεκροὺς ὄντας ἐν
τοῖς παραπτώμασι καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ τῆς σαρκὸς ὑμῶν
συνεζωοποίησεν ὑμᾶς σὺν αὐτῷ χαρισάμενος ἡμῖν πάντα
14 τὰ παραπτώματα· ἐξαλείψας τὸ καθ᾿ ἡμῶν χειρόγραφον
τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, καὶ αὐτὸ ἦρκεν
15 ἐκ τοῦ μέσου προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ· ἀπεκδυσά-
μενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤ-
16 ῥησίᾳ θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς
κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νεου-
17 μηνίας ἢ σαββάτων, ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ
18 σῶμα Χριστοῦ. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων ἐν
ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ μὴ ἑώρα-
κεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρ-
19 κὸς αὐτοῦ καὶ οὐ κρατῶν τὴν κεφαλὴν, ἐξ οὗ πᾶν τὸ
σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ
20 συμβιβαζόμενον αὔξει τὴν αὔξησιν τοῦ θεοῦ. Εἰ ἀπε-
21 θάνετε σὺν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί
22 ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε· „Μὴ ἅψῃ μηδὲ
γεύσῃ μηδὲ θίγῃς!“ ἅ ἐστι πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀπο-
χρήσει κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας τῶν ἀνθρώ-
23 πων; ἅτινά ἐστι λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελοθρη-
σκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν
τιμῇ τινι, πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός.

ΚΕΦ. III.

1 Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε,
2 οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ καθήμενος· τὰ
3 ἄνω φρονεῖτε, μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀπεθάνετε γὰρ καὶ
ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ θεῷ.

II, 11. al. τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν †. 12. al. τῶν νεκρῶν †. 13. al. καὶ ἐν τῇ ἀκροβ. ib. al. ἐζωοποίησεν. ib. al. χαρισ. ὑμῖν †. 15. al. ἐν αὐτῷ †. s. ἐν τῷ ξύλῳ s. σταυρῷ. 17. al. σῶμα τοῦ Χρ. †. 20. al. εἰ οὖν ἀπεθάνετε σὺν τῷ Χριστῷ †. 21. al. μὴ θίγῃς. 23. al. ἐν θρησκείᾳ.

copia, ita, ut oculis usurpari possit, (ab omnis cultorum
Chr. copia eo tanquam corpore continetur s. in quo omnia
beneficia Dei continentur) et per eum omnibus numeris estis 10
absoluti; qui caput est omnis imperii et potestatis; per quem 11
etiam circumcisio vobis contigit non manu facta, corpore,
quod cupiditatibus indulget, exuendo, (sed) circumcisio
Christi, per lotionem sacram cum eo sepulti, cuius ope etiam 12
simul excitati estis per fidem positam in efficacissima poten-
tia Dei, qui eum e mortuis excitavit. Vos quoque mortuos 13
in peccatis vestris et praeputio corporis libidinosi — vos
simul cum eo reddidit vivos, condonatis nobis omnibus pec-
catis, expuncta syngrapha nobis adversa suis placitis, quae 14
(syngrapha) nobis adversabatur et quam cruci suae affixam
e medio sustulit, exutis imperiis et potestatibus, acto de ipsis 15
(qui illa insignia imperii habebant) per eum triumpho pu-
blicas eos ignominias exposuit. Ne igitur quis vos iudicet 16
in cibo sive in potu sive festis diebus sive noviluniis sive
sabbatis agendis, quae umbra (adumbrationes) sunt rerum 17
futurarum, sed corpus est Christi. Ne quis vos palma 18
defraudet, qui animo submisso (i. e. specie animi demissi)
delectatur et cultu angelorum, quae non vidit (nec vide-
re potest) investigando temere inflatus mente, quae a cor-
poris cupiditatibus regitur nec petitur capite (constanter 19
profitetur eum, qui caput est, — Christum), ex quo to-
tum corpus, quod per iuncturas et vincula adiuvatur et
copulatur, incrementa capit divina. Si mortui estis cum 20
Christo elementari illi religioni, quid tanquam ad eam vi- 21
ventes sectamini dogmata: „ne tangas neque gustes neque
contrectes!“ quae omnia valent ad perniciem abusu se- 22
cundum praecepta et placita hominum? quippe quae spe- 23
ciem quidem sapientiae prae se ferunt (quae cernitur) in
cultu Dei voluntario et modestia (simulata) et duritie cor-
poris, non in re quadam honesta, ut corporis libidinibus
satisfiat.

CAP. III.

Si igitur simul cum Christo resuscitati estis, subli- 1
miora adspirate, ubi Christus est ad dextram Dei collo-
catus; sublimiora cogitate, ne terrestria (cogitate). Nam 2.3
mortui estis et vita vestra (beata) cum Christo apud Deum.

---

perseverent et falsos caveant doctores: 24—II, 12. docet, ipsis per
lotionem sacram cum Iesu quasi sepultis vanas stultasque homi-
num opiniones omnino esse mittendas; ad sublimiora quaeren-

4 ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς
σὺν αὐτῷ φανερωθήσεσθε ἐν δόξῃ.
5 Νεκρώσατε οὖν τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορ-
νείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν καὶ τὴν
6 πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, δι᾽ ἃ ἔρχεται ἡ
7 ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας, ἐν οἷς καὶ
8 ὑμεῖς περιεπατήσατε ποτὲ, ὅτε ἐζῆτε ἐν αὐτοῖς· νυνὶ δὲ
ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν,
9 βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν· μὴ
ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄν-
10 θρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν
νέον τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν κατ᾽ εἰκόνα τοῦ
11 κτίσαντος αὐτὸν, ὅπου οὐκ ἔνι Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος,
περιτομὴ καὶ ἀκροβυστία, βάρβαρος, Σκύθης, δοῦλος,
12 ἐλεύθερος, ἀλλὰ τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσι Χριστός. Ἐνδύ-
σασθε οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ θεοῦ ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι,
σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην,
13 πραότητα, μακροθυμίαν, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων καὶ χαρι-
ζόμενοι ἑαυτοῖς, ἐάν τις πρός τινα ἔχῃ μομφήν· καθὼς
14 καὶ ὁ Χριστὸς ἐχαρίσατο ὑμῖν, οὕτω καὶ ὑμεῖς· ἐπὶ
πᾶσι δὲ τούτοις τὴν ἀγάπην, ὅ ἐστι σύνδεσμος τῆς τε-
15 λειότητος, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς
καρδίαις ὑμῶν, εἰς ἣν καὶ ἐκλήθητε ἐν ἑνὶ σώματι, καὶ
16 εὐχάριστοι γίνεσθε. Ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν
ὑμῖν πλουσίως, ἐν πάσῃ σοφίᾳ διδάσκοντες καὶ νουθε-
τοῦντες ἑαυτοὺς, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευμα-
τικαῖς ἐν χάριτι ᾄδοντες ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν τῷ θεῷ,
17 καὶ πᾶν ὅ,τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν
ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ εὐχαριστοῦντες τῷ θεῷ καὶ πατρὶ
δι᾽ αὐτοῦ.
18 Αἱ γυναῖκες, ὑποτάσσεσθε τοῖς ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν
19 ἐν κυρίῳ. Οἱ ἄνδρες, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας καὶ μὴ
20 πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς. Τὰ τέκνα, ὑπακούετε τοῖς γο-
νεῦσι κατὰ πάντα· τοῦτο γὰρ εὐάρεστόν ἐστιν ἐν κυρίῳ.
21 Οἱ πατέρες, μὴ ἐρεθίζετε τὰ τέκνα ὑμῶν, ἵνα μὴ ἀθυ-
22 μῶσιν. Οἱ δοῦλοι, ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ

III, 4. al. ἡ ζωὴ ὑμῶν †. 7. al. ἐν τούτοις †. 11. al. οὐκ ἔνι ἄρσεν καὶ θῆλυ, Ἕλλην καὶ Ἰουδαῖος, περιτ. καὶ ἀκροβ., βαρβ. καὶ Σκύθης, δοῦλος καὶ ἐλεύθ. 12. al. οἰκτιρμῶν †. 14. al. ἥτις ἐ. ὅς ἐστι συνδ. †. 15. al. εἰρήνη τοῦ θεοῦ †. 16. al. τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ †. 18. al. τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν †. 20. al. τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον τῷ κυρίῳ †. 21. al. παροργίζετε τὰ τέκνα †.

recondita; quando Christus apparuerit, vita vestra, tum 4
vos quoque cum eo splendore insignes apparebitis.
Enecate igitur membra vestra terrena, (quae ad res 5
feruntur terrenas) scortationem, impuritatem, animi per-
turbationem (al. libidinem), libidinem pravam et habendi
cupiditatem, quippe qui est simulacrorum cultus, propter 6
quae ira Dei immorigeros supervenit homines; quibus de- 7
diti vos quoque aliquando vixistis, quum inter eos (gen-
tiles) viveretis; nunc autem vos quoque haec omnia depo- 8
nite, iram, iracundiam, malitiam, calumniam, turpe dicta
ex ore vestro missa; ne mendaciis vos invicem fallite, 9
exuto vetere illo homine cum factis ei congruis atque induti 10
novum illum, qui efformatur ad cognitionem (i. e. normam
accuratae rerum div. cognitionis) ad imaginem eius, qui
eum creavit, ubi non valet Graecus et Iudaeus, circumci- 11
sio et praeputium, barbarus, Scytha, servus, ingenuus,
sed omnia (omnis rerum, quae ad vitam beatam valent,
copia) atque in omnibus Christus. Induite igitur vobis, 12
ut homines Dei electi, sancti et adamati, tenerrimum mi-
sericordiae sensum, benevolentiam, modestiam, lenitatem,
patientiam, vos invicem ferentes vobisque ipsi condonan- 13
tes (peccata), si quis de aliquo conquerendi habuerit ma-
teriem; quemadmodum etiam Christus vobis condonavit, sic
etiam vos; prae his omnibus autem amorem, qui est vin- 14
culum (et fons) perfectionis (al. perfectissimum); et illa 15
Christi concordia in animis vestris regnet, ad quam etiam
vocati estis, ut unum efficeretis corpus; et grato sitis
animo (al. liberales). Doctrina Christi larga vobis insit 16
(al. amplo ambitu inter vos domicilium suum figat) cum
summa prudentia vosmet ipsis edocentibus et admonenti-
bus, psalmis et hymnis et carminibus a Spiritu divino pro-
fectis grate animis vestris Deo canentibus, et quidquid aga- 17
tis verbis factisve, omnia (agite) nomine domini Iesu gra-
tes Deo et patri per eum dicentes.
Vos, mulieres, submittite vos maritis, ut aequum est, 18
ex mente domini. Vos, viri, amate uxores vestras neque 19
acerbe eas tractate. Vos, liberi, obedite parentibus ve- 20
stris omnibus in rebus; hoc enim Deo iudice valde pro-
batur. Vos, patres, ne ad iram vestros provocate liberos, 21
ne animum abiiciant. Vos, servi, obedite omnino domi- 22

---

esse adspirandum, ita ut tota vita exemplari a Christo proposito respondeat et inprimis morum integritati, sinceritati, clementiae ac lenitati navent operam: 13—III, 18. mutua coniugum, paren-

σάρκα κυρίοις, μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείαις ὡς ἀνθρωπά-
ρεσκοι, ἀλλ᾽ ἐν ἁπλότητι καρδίας φοβούμενοι τὸν κύριον,
23 καὶ πᾶν ὅ,τι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ
24 κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις, εἰδότες, ὅτι ἀπὸ κυρίου ἀπο-
λήψεσθε τὴν ἀνταπόδοσιν τῆς κληρονομίας· τῷ γὰρ κυ-
25 ρίῳ Χριστῷ δουλεύετε. Ὁ δὲ ἀδικῶν κομιεῖται ὃ ἠδίκη-
σε· καὶ οὐκ ἔστι προσωποληψία.

ΚΕΦ. IV.

1 Οἱ κύριοι, τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις
παρέχεσθε, εἰδότες, ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε κύριον ἐν οὐρανοῖς.
2 Τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ
3 ἐν εὐχαριστίᾳ, προσευχόμενοι ἅμα καὶ περὶ ἡμῶν, ἵνα
ὁ θεὸς ἀνοίξῃ ἡμῖν θύραν τοῦ λόγου, λαλῆσαι τὸ μυ-
4 στήριον τοῦ Χριστοῦ, δι᾽ ὃ καὶ δέδεμαι, ἵνα φανερώσω
5 αὐτὸ, ὡς δεῖ με λαλῆσαι. Ἐν σοφίᾳ περιπατεῖτε πρὸς
6 τοὺς ἔξω τὸν καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι. Ὁ λόγος ὑμῶν
πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ
ὑμᾶς ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι.
7 Τὰ κατ᾽ ἐμὲ πάντα γνωρίσει ὑμῖν Τύχικος ὁ ἀγα-
πητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος καὶ σύνδουλος ἐν
8 κυρίῳ, ὃν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνῷ
9 τὰ περὶ ὑμῶν καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν, σὺν
Ὀνησίμῳ τῷ πιστῷ καὶ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ὅς ἐστιν ἐξ
10 ὑμῶν· πάντα ὑμῖν γνωριοῦσι τὰ ὧδε. Ἀσπάζεται ὑμᾶς
Ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου καὶ Μάρκος ὁ ἀνεψιὸς
Βαρνάβα, περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολάς (ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς,
11 δέξασθε αὐτόν·) καὶ Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος, οἱ
ὄντες ἐκ περιτομῆς· οὗτοι μόνοι συνεργοὶ εἰς τὴν βασι-
λείαν τοῦ θεοῦ, οἵτινες ἐγενήθησάν μοι παρηγορία.
12 Ἀσπάζεται ὑμᾶς Ἐπαφρᾶς ὁ ἐξ ὑμῶν δοῦλος Χριστοῦ
πάντοτε ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ ὑμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα
στῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ
13 θεοῦ. Μαρτυρῶ γὰρ αὐτῷ, ὅτι ἔχει ζῆλον πολὺν ὑπὲρ
ὑμῶν καὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ καὶ τῶν ἐν Ἱεραπόλει.
14 Ἀσπάζεται ὑμᾶς Λουκᾶς ὁ ἰατρὸς ὁ ἀγαπητὸς καὶ

III, 22. al. ὀφθαλμοδουλείᾳ †. ib. al. φοβούμενοι τὸν Θεόν †. 23. al. ὃ ἐὰν ποιῆτε †. 25. al. ὁ γὰρ ἀδικῶν †. IV, 1. al. παρέχετε. ib. al. ἐν οὐρανῷ. 7. al. Τυχικός. 8. al. γνῶτε (s. γνῷ) τὰ περὶ ὑμῶν †. 10. al. δέξασθαι. 12. al. Χριστοῦ Ἰησοῦ. ib. al. πεπληροφορημένοι †. 13. al. πολὺν πόνον s. πόθον s. κόπον s. ἀγῶνα.

nis vestris terrestribus, non ita, ut oculis serviatis tan-
quam hominum auram captantes, sed cum animi simpli-
citate, reverentia ducti erga dominum, et quidquid agatis, 23
ex animo agite, uti domino neque hominibus, persuasum 24
habentes, vos a domino remunerationis loco beatitudinem
esse accepturos; domino enim Christo servitium exhibe-
tis. Quicunque iniuria afficit, iniuriae suae sibi auferet 25
poenas; nec conditionis hominum externae habetur ratio.

CAP. IV.

Vos, domini, id quod iustum est ac par vestris prae- 1
state servis, probe scientes, vos quoque dominum habere
in coelis.

Precibus estote intenti invigilando iis cum gratiarum 2
actione, preces etiam pro nobis fundentes, ut Deus nobis 3
ianuam aperiat (occasionem det) doctrinae (propagandae)
ad doctrinam Christi antea incognitam tradendam, ob quam
vel vinculis teneor, ut manifestem eam, quemadmodum 4
me loqui oportet. Sapienter vos gerite erga homines a 5
Christo alienos tempori in vestrum commodum inservien-
tes. Sermo vester sit semper gratus, sale conditus, ut 6
sciatis, quomodo vos unicuique respondere oporteat.

De rebus meis omnibus certiores faciet vos Tychicus, 7
dilectus ille frater et fidelis minister atque adiutor in causa
domini, quem hunc ipsum in finem ad vos misi, ut res 8
vestras cognosceret vestrosque animos solatio recrearet,
cum Onesimo fideli et dilecto fratre, qui est e vobis; omnia, 9
quae hic accidunt, vobis significabunt. Salutat vos Ari- 10
starchus, qui mecum captivus tenetur, et Marcus conso-
brinus Barnabae, de quo iam mandata accepistis (si ve-
nerit ad vos, excipite eum;) et Iesus, qui dicitur Iustus, 11
gente Iudaei; hi soli mei adiutores, si regnum spectas
divinum, ut qui mihi fuerunt solatio. Salutat vos Epa- 12
phras popularis vester, minister Christi, qui semper pro
vobis in precibus suis contendit, ut stetis perfecti omni-
busque numeris absoluti in quavis Dei voluntate. Testor 13
enim ei, magno eum de vobis et qui Laodiceae et Hiera-
poli sunt flagrare studio. Salutat vos Lucas medicus 14

---

tum et liberorum, dominorum ac servorum ex mente salvatoris proponit officia, variis additis praeceptis et admonitionibus: 18—IV, 6. Tychicum atque Onesimum iis commendat, variis admonitis salutationibus et mandatis. 7—18.

15 Δημᾶς. Ἀσπάσασθε τοὺς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφοὺς καὶ
16 Νυμφᾶν καὶ τὴν κατ' οἶκον αὐτοῦ ἐκκλησίαν, καὶ ὅταν
ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολὴ, ποιήσατε, ἵνα καὶ ἐν
τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ καὶ τὴν ἐκ Λαοδι-
17 κείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε, καὶ εἴπατε Ἀρχίππῳ·
Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν
18 πληροῖς. Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. Μνημο-
νεύετέ μου τῶν δεσμῶν. Ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. Ἀμήν.

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ.

ΚΕΦ. Ι.

1 Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσ-
σαλονικέων ἐν θεῷ πατρὶ καὶ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.
Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυ-
ρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.
2 Εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ πάντων ὑμῶν
3 μνείαν ὑμῶν ποιούμενοι ἐπὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν, ἀδια-
λείπτως μνημονεύοντες ὑμῶν τοῦ ἔργου τῆς πίστεως καὶ
τοῦ κόπου τῆς ἀγάπης καὶ τῆς ὑπομονῆς τῆς ἐλπίδος
τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ
4 καὶ πατρὸς ἡμῶν εἰδότες, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ θεοῦ,
5 τὴν ἐκλογὴν ὑμῶν, ὅτι τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη
εἰς ὑμᾶς ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει καὶ ἐν
πνεύματι ἁγίῳ καὶ ἐν πληροφορίᾳ πολλῇ, καθὼς οἴδατε
6 οἷοι ἐγενήθημεν ἐν ὑμῖν δι' ὑμᾶς. Καὶ ὑμεῖς μιμηταὶ

IV, 18. al. addunt: ἀμήν. Πρὸς Κολοσσαεῖς ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχίκου καὶ Ὀνησίμου. I, 1. al. Σιλβανός. ib. al. excludunt ἀπὸ θεοῦ — Χριστοῦ †. 4. al. ὑπὸ τοῦ θεοῦ. 5. al. πρὸς ὑμᾶς ‡.

dilectus et Demas. Salutate fratres Laodiceae et Nym- 15
pham illumque in domo eius coetum, et quando epistola 16
mea apud vos fuerit recitata, facite, ut etiam in Laodi-
censium coetu recitetur, et illam e Laodicea efferendam ut
vos quoque legatis; et dicite Archippo: rationem habe mu- 17
neris, quod accepisti per dominum, ut ei satisfacias. Sa- 18
lutatio hac mea manu Pauli. Memores sitis vinculorum
meorum. Gratia vobiscum.

PAULI

AD THESSALONICENSES

EPISTOLA PRIMA.

CAP. I.

Paulus et Silvanus et Timotheus coetui Thessalonicen- 1
sium, qui Deum patrem et dominum Iesum Christum co-
lit, s. d. Gratia vobis et pax a Deo patre nostro et do-
mino Iesu Christi (contingat).
Gratias agimus Deo omni tempore de vobis omnibus 2
memoriam vestram in precibus nostris recolentes, assidue 3
memores vestri operis a fide et laboris ab amore et pa-
tientiae a spe in domino nostro Iesu Christo reposita pro-
fectae, teste Deo et patre nostro, probe scientes, fratres 4
a Deo adamati, vestram electionem (accessum ad rel. chr.),
laetam nostram de Messia doctrinam ad vos pervenisse 5
non ut verbis solum constaret, sed etiam vim suam exse-
reret et Spiritum sanctum donaret et firmissimam efficeret
persuasionem, quemadmodum nostis, quales fuimus inter
vos propter vos. Et vos imitati estis nos et dominum 6

Paulus suo et Silvani et Timothei nomine Thessalonicensibus fausta quaevis apprecatur: I, 1. laudat fidem eorumque in rebus adversis constantiam, ita ut ipsi similes facti fuerint, qui sine

ἡμῶν ἐγενήθητε καὶ τοῦ κυρίου δεξάμενοι τὸν λόγον ἐν
7 θλίψει πολλῇ μετὰ χαρᾶς πνεύματος ἁγίου, ὥστε γενέ-
σθαι ὑμᾶς τύπον πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ Μακεδονίᾳ
8 καὶ τῇ Ἀχαΐᾳ. Ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος τοῦ
κυρίου οὐ μόνον ἐν τῇ Μακεδονίᾳ καὶ Ἀχαΐᾳ, ἀλλὰ καὶ
ἐν παντὶ τόπῳ ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεὸν ἐξελή-
9 λυθεν, ὥστε μὴ χρείαν ἡμᾶς ἔχειν λαλεῖν τι. Αὐτοὶ
γὰρ περὶ ἡμῶν ἀπαγγέλλουσιν ὁποίαν εἴσοδον ἔσχομεν
πρὸς ὑμᾶς καὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν θεὸν ἀπὸ τῶν
10 εἰδώλων δουλεύειν θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ καὶ ἀναμένειν
τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃν ἤγειρεν ἐκ τῶν νε-
κρῶν, Ἰησοῦν τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς
ἐρχομένης.

ΚΕΦ. ΙΙ.

1 Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ἀδελφοί, τὴν εἴσοδον ἡμῶν τὴν
2 πρὸς ὑμᾶς, ὅτι οὐ κενὴ γέγονεν, ἀλλὰ προπαθόντες καὶ
ὑβρισθέντες, καθὼς οἴδατε, ἐν Φιλίπποις, ἐπαῤῥησιασά-
μεθα ἐν τῷ θεῷ ἡμῶν λαλῆσαι πρὸς ὑμᾶς τὸ εὐαγγέλιον
3 τοῦ θεοῦ ἐν πολλῷ ἀγῶνι. Ἡ γὰρ παράκλησις ἡμῶν
4 οὐκ ἐκ πλάνης οὐδὲ ἐξ ἀκαθαρσίας οὔτε ἐν δόλῳ, ἀλλὰ
καθὼς δεδοκιμάσμεθα ὑπὸ τοῦ θεοῦ πιστευθῆναι τὸ
εὐαγγέλιον, οὕτω λαλοῦμεν οὐχ ὡς ἀνθρώποις ἀρέσκον-
τες, ἀλλὰ τῷ θεῷ τῷ δοκιμάζοντι τὰς καρδίας ἡμῶν.
5 Οὔτε γάρ ποτε ἐν λόγῳ κολακείας ἐγενήθημεν, καθὼς
6 οἴδατε· οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας, θεὸς μάρτυς· οὔτε
ζητοῦντες ἐξ ἀνθρώπων δόξαν οὔτε ἀφ' ὑμῶν οὔτε ἀπ'
ἄλλων, δυνάμενοι ἐν βάρει εἶναι ὡς Χριστοῦ ἀπόστολοι·
7 ἀλλ' ἐγενήθημεν ἤπιοι ἐν μέσῳ ὑμῶν. Ὡς ἂν τροφὸς
8 θάλπῃ τὰ ἑαυτῆς τέκνα, οὕτως ὁμειρόμενοι ὑμῶν εὐδο-
κοῦμεν μεταδοῦναι ὑμῖν οὐ μόνον τὸ εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ,
ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχάς, διότι ἀγαπητοὶ ἡμῖν γεγέ-
9 νησθε. Μνημονεύετε γάρ, ἀδελφοί, τὸν κόπον ἡμῶν
καὶ τὸν μόχθον· νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ
μὴ ἐπιβαρῆσαί τινα ὑμῶν ἐκηρύξαμεν εἰς ὑμᾶς τὸ εὐαγ-
10 γέλιον τοῦ θεοῦ. Ὑμεῖς μάρτυρες καὶ ὁ θεός, ὡς ὁσίως
καὶ δικαίως καὶ ἀμέμπτως ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν ἐγενή-
11 θημεν· καθάπερ οἴδατε, ὡς ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, ὡς πατὴρ
τέκνα ἑαυτοῦ, παρακαλοῦντες ὑμᾶς καὶ παραμυθούμενοι

I, 7. al. τύπους †. s. τύπος. 8. al. ἔχειν ὑμᾶς. 9. al. ἔχομεν †. 10. al. ἐκ νεκρῶν †. II, 2. al. ἀλλὰ καὶ †. 5. al. οὐδὲ ἐν δόλῳ †. 7. al. νήπιοι †. 8. al. ἱμειρόμενοι †. ib. al. ἐγενήθητε †. 9. al. νυκτὸς γὰρ †.

doctrina in multa calamitate cum gaudio a Spiritu sancto
excitato admissa, ita ut exemplar extiteritis omnibus, qui 7
in Macedonia et Achaia fidem habent. A vobis enim pro- 8
fecta doctrina domini non solum in Macedonia personuit
et Achaia, sed, etiam quovis in loco ut esset vestra illa,
quae Deum spectat, fides, emanavit, ita ut non opus habe-
remus quidquam dicere. Ipsi enim de nobis enarrant, 9
qualem aditum habuimus ad vos, et quomodo ad Deum a
simulacris vos convertistis, ut Deum coleretis vivum et
verum atque exspectaretis e coelis filium eius, quem e 10
mortuis resuscitavit, Iesum, qui nos ab ira (al. poena a
miseria) illa imminente liberat.

CAP. II.

Ipsi enim nostis, fratres, nos non frustra vos adiisse, 1
sed qui antea Philippis multas calamitates et contume- 2
lias, quemadmodum nostis, pertulissemus, libere Deo freti
doctrinam divinam tradidimus, ut cum multis aerumnis
conflictantes laetam de Messia doctrinam apud vos doce-
remus. Institutio enim nostra non fraude (al. ex errore) 3
neque ex impuritate neque cum dolo fit, sed quemadmo- 4
dum a Deo probati sumus, ut laeta de Messia nobis con-
crederetur doctrina, sic docemus, non tanquam hominibus
placere cupientes, sed Deo, qui animos nostros explorat.
Neque enim unquam sermone usi sumus adulatorio, uti 5
nostis; neque sub praetextu avaritiae, Deus testis est,
(docemus); neque ab hominibus laudem quaerimus neque 6
a vobis neque ab aliis, quamquam possumus graves esse,
ut Christi legati, sed mites inter vos nos gessimus. Quem- 7
admodum nutrix suos ipsius liberos foveat, sic desiderio 8
vestri flagrantes non solum laetam Dei doctrinam vobis
tradere cupimus, sed etiam ipsam vitam nostram, propterea
quod nobis estis adamati. Memineritis enim, fratres, la- 9
borem nostrum et molestiam; die nocteque opus facientes,
ne cui vestrum essemus molesti, laetam Dei doctrinam alta
voce vobis tradidimus. Vos testor ac Deum, quam sancte 10
et probe et sine reprehensione inter vos, qui fidem habe-
tis, sumus versati; sicuti nostis, nos unumquemque ve- 11
strum, uti pater suos ipsius liberos, admonere et cohortari

---

* lucri studio multas inter calamitates ac persecutiones non nisi
commodi eorum ratione habita ad rem chr. eos perduxerit: 2–II, 16.

12 καὶ μαρτυρούμενοι εἰς τὸ περιπατῆσαι ὑμᾶς ἀξίως τοῦ
θεοῦ τοῦ καλοῦντος ὑμᾶς εἰς τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν καὶ
13 δόξαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς εὐχαριστοῦμεν τῷ θεῷ
ἀδιαλείπτως, ὅτι παραλαβόντες λόγον ἀκοῆς παρ᾽ ἡμῶν
τοῦ θεοῦ ἐδέξασθε οὐ λόγον ἀνθρώπων, ἀλλά, καθώς
ἐστιν ἀληθῶς, λόγον θεοῦ, ὃς καὶ ἐνεργεῖται ἐν ὑμῖν
14 τοῖς πιστεύουσιν. Ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε, ἀδελ-
φοί, τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ
ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὰ αὐτὰ ἐπάθετε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ
τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰου-
15 δαίων τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων Ἰησοῦν καὶ
τοὺς προφήτας καὶ ἡμᾶς ἐκδιωξάντων καὶ θεῷ μὴ ἀρε-
16 σκόντων καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐναντίων, κωλυόντων ἡμᾶς
τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι ἵνα σωθῶσιν, εἰς τὸ ἀναπληρῶσαι
αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας πάντοτε· ἔφθασε δὲ ἐπ᾽ αὐτοὺς ἡ
ὀργὴ εἰς τέλος.
17 Ἡμεῖς δέ, ἀδελφοί, ἀπορφανισθέντες ἀφ᾽ ὑμῶν
πρὸς καιρὸν ὥρας, προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως
ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν ἐν πολλῇ ἐπιθυ-
18 μίᾳ. Διὸ ἠθελήσαμεν ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς· ἐγὼ μὲν Παῦ-
λος καὶ ἅπαξ καὶ δίς· καὶ ἐνέκοψεν ἡμᾶς ὁ σατανᾶς.
19 Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς ἢ χαρὰ ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ
οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ἔμπροσθεν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἐν τῇ
20 αὐτοῦ παρουσίᾳ; Ὑμεῖς γάρ ἐστε ἡ δόξα ἡμῶν καὶ ἡ
χαρά.

ΚΕΦ. III.

1 Διὸ μηκέτι στέγοντες εὐδοκήσαμεν καταλειφθῆναι ἐν
2 Ἀθήναις μόνοι καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν
ἡμῶν καὶ διάκονον τοῦ θεοῦ καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ
εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸ στηρίξαι ὑμᾶς καὶ παρα-
3 καλέσαι ὑμᾶς περὶ τῆς πίστεως ὑμῶν, τοῦ μηδένα σαίνε-
σθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· (αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι
4 εἰς τοῦτο κείμεθα· καὶ γὰρ ὅτε πρὸς ὑμᾶς ἦμεν, προε-
λέγομεν ὑμῖν, ὅτι μέλλομεν θλίβεσθαι, καθὼς καὶ ἐγένε-
5 το καὶ οἴδατε). Διὰ τοῦτο κἀγὼ μηκέτι στέγων ἔπεμψα
εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς
6 ὁ πειράζων καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν. Ἄρτι

II, 12. al. περιπατεῖν †. ib. al. καλέσαντος †. 14. al. ταὐτὰ s. ταῦτα. 15. al. ἰδίους προφήτας †. ib. al. ἐναντιουμένων. 18. al. διότι ἠθελ. †. ib. al. ἀνέκοψεν. III, 2. al. καὶ συνεργὸν τοῦ θεοῦ †. alii aliter. ib. al. ὑπὲρ τῆς πίστεως †. 3. al. τῷ μηδένα σαίνεσθαι s. σαλεύεσθαι.

atque obtestari, ut vitam agatis dignam Deo qui vos ad 12
suum ipsius regnum et gloriam vocat. Quapropter etiam 13
nos sine ulla intermissione Deo agimus gratias, quod do-
ctrinam divinam, quam a nobis audistis, admissam exce-
pistis non doctrinam hominum, sed, ut revera est, doctri-
nam Dei, qui etiam in nobis fidem habentibus vim suam
exserit. Vos enim imitatores fuistis, fratres, coetuum 14
Dei, qui in Iudaea Christum profitentur Iesum, quoniam
vos quoque ab ipsis vestris popularibus eadem estis per-
pessi, quemadmodum et ipsi a Iudaeis, qui et dominum 15
interfecerunt Iesum et prophetas et nos sunt persecuti et
Deo non placent et omnibus hominibus infesti sunt; qui 16
nos prohibent, edocere Gentiles, ut beatitudine Messiana
potiantur, ut peccatorum suorum mensuram semper im-
pleant; sed postremo ira divina eos supervenit (al. asse-
quetur?).

Nos vero, fratres, per breve tempus vobis orbati, 17
facie, non animo, vehementius festinavimus (curavimus)
vestram videre faciem cum multo desiderio. Quare ad vos 18
venire voluimus; ego quidem Paulus et semel et bis; et
impedivit nos satanas. Quis enim nostra spes vel gau- 19
dium vel corona gloriae? an nonne etiam vos (eritis) co-
ram domino nostro Iesu in illo eius adventu? Vos enim 20
estis gloria nostra et gaudium.

CAP. III.

Quare desiderium vestri quum non amplius sustineremus, 1
soli Athenis remanere nobis placuit, et Timotheum, fratrem 2
nostrum et Dei ministrum et adiutorem nostrum in laeta
Christi doctrina misimus, ut confirmaret vos et de fide
vestra admoneret, ne quis in calamitatibus perturbaretur; 3
(ipsi enim nostis, hoc nobis esse fatale (pr. nos ad id esse
destinatos); etenim quum apud vos essemus, vobis prae- 4
dicebamus, futurum esse, ut calamitatibus affligeremur,
quemadmodum et evenit et nostis). Hanc ob causam ego 5
quoque desiderium vestri non amplius sustinens misi (Ti-
motheum), ut vestram fidem cognoscerem, ne forte Sata-
nas vos transversos egisset et labor noster esset irritus.
Sed quum modo Timotheus ad nos a vobis venisset lae- 6
tumque de fide et amore vestro nuntium nobis attulisset

---

ipse desiderio eos videndi flagrans, sed impeditus Timotheum ad eos confirmandos in rebus div. miserat, ex quo reverso cognoscit eorum constantiam, quam ob rem Deo gratias agit ea men-

δὲ ἐλθόντος Τιμοθέου πρὸς ἡμᾶς ἀφ' ὑμῶν καὶ εὐαγγε-
λισαμένου ἡμῖν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγάπην ὑμῶν καὶ ὅτι
ἔχετε μνείαν ἡμῶν ἀγαθὴν πάντοτε ἐπιποθοῦντες ἡμᾶς
7 ἰδεῖν καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμᾶς· διὰ τοῦτο παρεκλήθημεν,
ἀδελφοί, ἐφ' ὑμῖν ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει καὶ ἀνάγκῃ ἡμῶν
8 διὰ τῆς ὑμῶν πίστεως· ὅτι νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκη-
9 τε ἐν κυρίῳ. Τίνα γὰρ εὐχαριστίαν δυνάμεθα τῷ θεῷ
ἀνταποδοῦναι περὶ ὑμῶν ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ ᾗ χαίρομεν
10 δι' ὑμᾶς ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ ἡμῶν νυκτὸς καὶ ἡμέρας
ὑπερεκπερισσοῦ δεόμενοι εἰς τὸ ἰδεῖν ὑμῶν τὸ πρόσωπον
καὶ καταρτίσαι τὰ ὑστερήματα τῆς πίστεως ὑμῶν;
11 Αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν
Ἰησοῦς Χριστὸς κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς·
12 ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ
εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς,
13 εἰς τὸ στηρίξαι ὑμῶν τὰς καρδίας ἀμέμπτους ἐν ἁγιω-
σύνῃ ἔμπροσθεν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ἡμῶν ἐν τῇ πα-
ρουσίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ μετὰ πάντων τῶν ἁγίων
αὐτοῦ.

ΚΕΦ. IV.

1 Λοιπὸν οὖν, ἀδελφοί, ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρα-
καλοῦμεν ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ, καθὼς παρελάβετε παρ' ἡμῶν
τὸ πῶς δεῖ ὑμᾶς περιπατεῖν καὶ ἀρέσκειν θεῷ, ἵνα πε-
2 ρισσεύητε μᾶλλον· οἴδατε γὰρ τίνας παραγγελίας ἐδώκα-
3 μεν ὑμῖν διὰ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. Τοῦτο γάρ ἐστι θέλημα
τοῦ θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν· ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς
4 πορνείας· εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι
5 ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ
6 καὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα τὸν θεόν· τὸ μὴ ὑπερβαίνειν
καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ,
διότι ἔκδικος ὁ κύριος περὶ πάντων τούτων, καθὼς καὶ
7 προείπομεν ὑμῖν καὶ διεμαρτυράμεθα. Οὐ γὰρ ἐκάλεσεν
8 ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. Τοιγαρ-
οῦν ὁ ἀθετῶν οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν θεὸν
τὸν καὶ δόντα τὸ πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον εἰς ὑμᾶς.
9 Περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας οὐ χρείαν ἔχετε γράφειν
ὑμῖν· αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε εἰς τὸ ἀγαπᾶν

III, 7. al. παρακεκλήμεθα. ib. al. ἀνάγκῃ καὶ θλίψει †. 12. al. ὁ κύριος Ἰησοῦς. 13. al. ἀμέμπτους ἐν δικαιοσύνῃ. ib. al. Ἰησοῦ Χριστοῦ †. IV, 1. al. τὸ λοιπὸν †. 2. al. παρεδώκαμεν. 6. al. ἐν τῷ. ib. al. προείπαμεν. 8. al. εἰς ὑμᾶς †. 9. al. ἔχομεν (†). γράφεσθαι ὑμῖν.

vosque bonam nostri memoriam semper servare desiderio
nos videndi flagrantes, quemadmodum nos quoque vos; ob 7
hoc solatio sumus recreati, fratres, de vobis in omnibus
calamitatibus et angustiis nostris per illam vestram fidem;
nam nunc vivimus, si vos in domino profitendo sitis con- 8
stantes. Quamnam enim gratiam Deo referre possumus 9
de vobis ob summam illam laetitiam, quam propter vos
coram Deo nostro (al. Deo probatam, piam) percipimus
die nocteque enixissime petentes, ut vestram faciem vi- 10
deamus et ea, quae fidei vestrae desint, suppleamus? Ipse 11
autem Deus et pater noster et dominus noster Iesus Chri-
stus nostrum ad vos iter fortunare; vos vero dominus im- 12
plere et abundare mutuo erga vos invicem et erga omnes
amore, quemadmodum nos quoque erga vos, ut animos ve- 13
stros confirmet irreprehensos (i. e. ut sitis irreprehensi)
sanctitate iudice Deo et patre nostro in adventu domini
nostri Iesu cum omnibus sanctis suis.

CAP. IV.

Caeterum igitur, fratres, rogamus vos atque horta- 1
mur per dominum Iesum, quemadmodum a nobis accepi-
stis, quomodo vitam vestram conformare debetis et Deo
placere, ut magis proficiatis; nostis enim quaenam prae- 2
cepta vobis per dominum Iesum dedimus. Haec enim est 3
Dei voluntas, sanctimonia vestra; ut a scortatione vos abs-
tineatis; ut quisque vestrum suam ipsius uxorem (al. cor- 4
pus) sancte honesteque sibi parare sciat, non indulgendo 5
cupiditatibus, sicuti etiam Gentiles, qui Deum non cogni-
tum habent (indulgent); ne quis modum excedat et fra- 6
trem suum in negotiis defraudet, propterea quod dominus
de his omnibus ultor est, quemadmodum et antea vobis
diximus et graviter admonuimus. Non enim Deus nos 7
vocavit, ut impuritati operam navaremus, sed ut sancte
viveremus. Igitur qui contemnit (np. placita mea), non 8
hominem contemnit, sed Deum, qui vel Spiritu suo sancto
nos impertiit.

De amore autem erga fratres non opus habetis, ut 9
vobis scribam; ipsi enim vos a Deo estis edocti mutuo

---

ta, ut maiora capiant incrementa: 17—III, 13. avocare eos studet a scortatione castitatem iis commendans; laudat eorum beneficentiam hortaturque eos ad caritatem et negotia sua diligenter tra-

10 ἀλλήλους· καὶ γὰρ ποιεῖτε αὐτὸ εἰς πάντας τοὺς ἀδελ-
φοὺς τοὺς ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ. Παρακαλοῦμεν δὲ
11 ὑμᾶς, ἀδελφοί, περισσεύειν μᾶλλον, καὶ φιλοτιμεῖσθαι
ἡσυχάζειν καὶ πράσσειν τὰ ἴδια καὶ ἐργάζεσθαι ταῖς
12 χερσὶν ὑμῶν, καθὼς ὑμῖν παρηγγείλαμεν, ἵνα περιπατῆτε
εὐσχημόνως πρὸς τοὺς ἔξω καὶ μηδενὸς χρείαν ἔχητε.

13 Οὐ θέλομεν δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῶν
κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ
14 μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. Εἰ γὰρ πιστεύομεν, ὅτι Ἰησοῦς
ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ θεὸς τοὺς κοιμηθέντας
15 διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. Τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν
ἐν λόγῳ κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι
εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς
16 κοιμηθέντας. Ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν
φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ᾽
οὐρανοῦ καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον·
17 ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ἅμα σὺν αὐτοῖς
ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς
18 ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. Ὥστε πα-
ρακαλεῖτε ἀλλήλους ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.

ΚΕΦ. V.

1 Περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοί, οὐ
2 χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφεσθαι· αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε,
ὅτι ἡ ἡμέρα κυρίου ὡς κλέπτης, ἐν νυκτὶ οὕτως ἔρχεται.
3 Ὅταν λέγωσιν· Εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος
αὐτοῖς ἐφίσταται ὄλεθρος, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ
4 ἐχούσῃ, καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσιν. Ὑμεῖς δέ, ἀδελφοί, οὐκ
ἐστὲ ἐν σκότει, ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ·
5 πάντες γὰρ ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε καὶ υἱοὶ ἡμέρας· οὐκ
6 ἐσμὲν νυκτὸς οὐδὲ σκότους. Ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν,
7 ὡς καὶ οἱ λοιποί, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. Οἱ
γὰρ καθεύδοντες νυκτὸς καθεύδουσι καὶ οἱ μεθυσκόμενοι
8 νυκτὸς μεθύουσιν. Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες νήφωμεν ἐν-
δυσάμενοι θώρακα πίστεως καὶ ἀγάπης καὶ περικεφα-
9 λαίαν, ἐλπίδα σωτηρίας· ὅτι οὐκ ἔθετο ἡμᾶς ὁ θεὸς εἰς

IV, 11. ταῖς ἰδίαις χερσὶν †. 13. θέλω †. ib. al. κοιμωμένων s. κοιμημένων s. κοιμηθέντων. 16. al. ἀναστ. πρῶτοι. 17. al. οὕτω πάντες. V, 3. al. ὅταν γὰρ †. s. δέ. 5. al. πάντες ὑμεῖς †.

vos amore amplecti; etenim facitis et praestatis hoc omni- 10
bus fratribus qui in universa Macedonia versantur. Hor-
tamur autem vos, fratres, ut magis magisque proficiatis,
et honorem appetatis in vitam agendo quietam, vestra tra- 11
ctando negotia vestrisque manibus opus faciendo, quem-
admodum vobis mandavimus, ut honeste viveretis in ocu- 12
lis exterorum (a sacris chr. alienorum) nec ullius indige-
retis ope (al. nec ulla re indigeretis).

Nolumus autem vos ignorare, fratres, de iis qui 13
diem obierunt, ne tristes sitis, ut etiam reliqui spe de-
stituti. Si enim nobis persuasum habemus, Iesum mor- 14
tuum esse et resurrexisse, sic etiam (ex nostra persuasio-
ne) Deus mortuos per Iesum cum ipso ducet (al. Deum —
ducturum esse, persuasum habebimus). Hoc enim vobis 15
dicimus ex mandato domini, nos, qui vivimus, qui relin-
quimur ad adventum domini exspectandum, minime mor-
tuos esse antecessuros. Nam ipse dominus signo dato per 16
vocem principis geniorum coelestium et per tubam Dei
descendet de coelo et qui Christum profitentes mortui sunt,
resurgent primum; tum nos qui vivimus, qui relinquimur, 17
simul cum iis nubibus vecti obviam domino in aërem ra-
piemur, et sic semper cum domino versabimur. Quin his 18
dictis vos invicem recreate.

CAP. V.

De tempore autem et opportunitate, fratres, non 1
opus habetis, ut ad vos perscribam; ipsi enim accurate no- 2
stis, diem domini ut fur, nocte sic esse venturum. Quan- 3
do dicant: res nostrae salvae sunt atque in tuto, tum
repentina iis imminet pernicies, ut partus dolor uterum
ferenti, nec effugient. Vos vero, fratres, non estis in te- 4
nebris, ut dies illa vos ut fur occupet; omnes enim vos 5
lucis et diei estis participes; neque nox neque tenebrae
nos premunt. Itaque ergo ne dormiamus, ut etiam reli- 6
qui, sed vigilemus simusque sobrii. Nam qui dormiunt, 7
noctu dormiunt, et qui inebriantur, noctu inebriantur.
Nos autem diei participes sobrii simus loricam induti fidei 8
et amoris et galeam, spem salutis; nam Deus nos non de- 9

---

ctanda: IV, 1–12. non est Christianorum mortuos, ac si prorsus periissent, lugere neque angi sollicitudine, si adventu Christi non amplius es in vivis; nam spes Christianorum non solum ad hanc, sed etiam ad futuram pertinet vitam: etiam mortui in vitam redibunt, ut vitae beatae fiant participes. Attamen neme

ὀργὴν, ἀλλ' εἰς περιποίησιν σωτηρίας διὰ τοῦ κυρίου
10 ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα
εἴτε γρηγορῶμεν εἴτε καθεύδωμεν, ἅμα σὺν αὐτῷ ζήσω-
11 μεν. Διὸ παρακαλεῖτε ἀλλήλους καὶ οἰκοδομεῖτε εἷς τὸν
ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε.
12 Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶν-
τας ἐν ὑμῖν καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν κυρίῳ καὶ νου-
13 θετοῦντας ὑμᾶς, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτοὺς ὑπερεκπερισσοῦ ἐν
ἀγάπῃ διὰ τὸ ἔργον αὐτῶν. Εἰρηνεύετε ἐν ἑαυτοῖς.
14 Παρακαλοῦμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί· νουθετεῖτε τοὺς ἀτά-
κτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν
15 ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. Ὁρᾶτε, μή τις
κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν
16 διώκετε καὶ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας. Πάντοτε χαί-
17. 18 ρετε· ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε· ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε.
Τοῦτο γὰρ θέλημα θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ εἰς ὑμᾶς.
19. 20 Τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε· προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε.
21. 22 Πάντα δὲ δοκιμάζετε· τὸ καλὸν κατέχετε· ἀπὸ παντὸς
23 εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. Αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης
ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα
καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ
24 κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη. Πιστὸς ὁ καλῶν
ὑμᾶς, ὃς καὶ ποιήσει.
25. 26 Ἀδελφοὶ, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν. Ἀσπάσασθε τοὺς
27 ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν
κύριον ἀναγνωσθῆναι τὴν ἐπιστολὴν πᾶσι τοῖς ἁγίοις
28 ἀδελφοῖς. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ
μεθ' ὑμῶν.

V, 10. al. ζῶμεν. 13. al. εἰρην. ἐν αὐτοῖς †. 21. al. πάντα δοκιμάζετε †. s. δοκιμάζοντες s. γίνεσθε φρόνιμοι τραπεζῖται· πάντα δοκιμάζεται κτλ. (Cyrillus Alex.) 25. al. προσευχ. καὶ περὶ ἡμῶν. 28. al. addunt: ἀμήν. Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν (διὰ Τιμοθέου s. διὰ Τιμοθέου καὶ Σιλουανοῦ).

stinavit irae (poenis div.), sed saluti comparandae per do-
minum nostrum Iesum Christum, qui pro nobis est mor- 10
tuus, ut sive vigilaremus sive dormiremus, simul cum eo
viveremus. Quapropter vos invicem cohortemini et, quem- 11
admodum etiam facitis, alter alterius augeat salutem.

Rogamus autem vos, fratres, ut videatis (al. ratio- 12
nem habeatis eorum) eos qui inter vos laborant (docto-
res) et sacra vestra regunt ex mente domini vosque ad- 13
monent, et ut maximi eos faciatis cum amore ob illud
eorum opus. Mutuae concordiae studete. Hortamur au- 14
tem vos, fratres: admonete dissolute viventes, consola-
mini pusilli homines animi, operam ferte imbecillis, er-
ga omnes estote lenes. Videte, ne quis cuipiam malum 15
pro malo rependat, sed semper erga vos invicem et erga
omnes honestum expetite. Semper laetamini; perpetuo 16. 17
fundite preces; omni in re (al. quovis tempore) agite gra- 18
tias. Haec enim est voluntas Dei per Christum Iesum
vobis significata. Spiritum divinum ne exstinguite; affla- 19. 20
tus divinos ne pro nihilo habete. Omnia autem explora- 21
te; honestum tenete; ab omni improbitatis specie absti- 22
nete. Ipse autem Deus concordiae (auctor) vos sibi con- 23
secret omnibus numeris absolutos, et animus vester et
anima et corpus in adventu domini nostri Iesu Christi in-
tegra serventur, ut nihil possit reprehendi. Fidelis est 24
ille qui vos vocat, qui etiam faciet.

Fratres, precamini pro nobis. Salutate omnes fra- 25. 26
tres per osculum sanctum. Obtestor vos per dominum, 27
ut epistolam meam omnibus fratribus Deo sacris praele-
gendam curetis. Gratia domini nostri Iesu Christi vobis 28
adsit.

...cit temporis momentum, quo Christus rediturus est. Hinc semper vigilandum: 13—V, 11. iubet eos reverentiam exhibere iis qui sacra regunt, mutuo se amplecti amore et pio animo esse erga Deum et Iesum Christum aliasque addit hortationes ac praecepta.

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΕΙΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

ΚΕΦ. I.

1 Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ ἐκκλησίᾳ Θεσ-
σαλονικέων ἐν θεῷ πατρὶ ἡμῶν καὶ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ.
2 Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου
Ἰησοῦ Χριστοῦ.
3 Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν,
ἀδελφοὶ, καθὼς ἄξιόν ἐστιν, ὅτι ὑπεραυξάνει ἡ πίστις
ὑμῶν καὶ πλεονάζει ἡ ἀγάπη ἑνὸς ἑκάστου πάντων ὑμῶν
4 εἰς ἀλλήλους, ὥςτε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐν ὑμῖν καυχᾶσθαι ἐν
ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ὑπὲρ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν καὶ
πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς διωγμοῖς ὑμῶν καὶ ταῖς θλίψεσιν,
5 αἷς ἀνέχεσθε· ἔνδειγμα τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ θεοῦ εἰς
τὸ καταξιωθῆναι ὑμᾶς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ὑπὲρ ἧς
6 καὶ πάσχετε. Εἴπερ δίκαιον παρὰ θεῷ ἀνταποδοῦναι
7 τοῖς θλίβουσιν ὑμᾶς θλίψιν καὶ ὑμῖν τοῖς θλιβομένοις
ἄνεσιν μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ κυρίου Ἰησοῦ
8 ἀπ' οὐρανοῦ μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ, ἐν πυρὶ
φλογὸς, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι θεὸν καὶ τοῖς
μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ·
9 οἵτινες δίκην τίσουσιν ὄλεθρον αἰώνιον ἀπὸ προσώπου
10 τοῦ κυρίου καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, ὅταν
ἔλθῃ ἐνδοξασθῆναι ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ καὶ θαυμασθῆ-

I, 4. al. ἐγκαυχᾶσθαι. 5. al. εἰς ἔνδειγμα s. ἐνδείγματι. ib. al. δικαιοκρισίας. 8. al. φλογὶ πυρὸς †. ib. al. Ἰησοῦ Χριστοῦ †.

PAULI
AD THESSALONICENSES
EPISTOLA SECUNDA.

CAP. I.

Paulus et Silvanus et Timotheus coetui Thessalonicen- 1
sium, qui Deum patrem nostrum et dominum Iesum Chri-
stum profitentur, s. d. Gratia vobis et pax a Deo patre no- 2
sto et domino Iesu Christo (contingat).
Gratias agere debemus Deo semper de vobis, fratres, 3
uti par est, quod fides vestra incrementa capit eximia et
amor uniuscuiusque omnium vestrum erga vos invicem ab-
undat, ita ut nosmetipsi de vobis gloriemur in coetibus 4
Dei propter constantiam vestram et fidem in omnibus ve-
stris persecutionibus et calamitatibus, quas sustinetis, id 5
quod argumento est iusti Dei iudicii (al. remunerationis,
al. poenae, quae sumitur a rei chr. adversariis,), ut di-
gni habeamini regno divino, pro quo vel mala perfertis.
Siquidem iustum est apud Deum rependere iis qui vos 6
calamitatibus premunt calamitatem, et vobis qui urge- 7
mini calamitatibus quietem nobiscum in adventu domi-
ni Iesu de coelo cum angelis, qui potentiam eius illu-
strant, per ignem flammeum, qui vindictam sumit de iis 8
qui Deum non norunt et laetae doctrinae domini no-
stri Iesu non obediunt, quippe qui poenam solvent aeter- 9
nam perniciem, a facie domini remoti et magnificentia
eius potentiae, quando venerit, ut inter homines ipsi 10
consecratos (al. per homines etc.) honore et inter
omnes qui ipsi fidem habuerint (al. circumdatus omni-

Paulus suo, Silvani et Timothei nomine dicta salute, I, 1. 2. gratias agit Deo ob fidem Thessalonicensium et constantiam calamitatibus ob Christum perlatis corroboratam; nam pios manent

ναι ἐν πᾶσι τοῖς πιστεύσασιν, (ὅτι ἐπιστεύθη τὸ μαρτύ-
11 ριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς,) ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Εἰς ὃ καὶ
προσευχόμεθα πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἵνα ὑμᾶς ἀξιώσῃ τῆς
κλήσεως ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ πληρώσῃ πᾶσαν εὐδοκίαν ἀγα-
12 θωσύνης καὶ ἔργον πίστεως ἐν δυνάμει, ὅπως ἐνδοξασθῇ
τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ ἐν ὑμῖν καὶ ὑμεῖς ἐν
αὐτῷ κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ
Χριστοῦ.

ΚΕΦ. II.

1 Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας
τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς
2 ἐπ' αὐτὸν εἰς τὸ μὴ ταχέως σαλευθῆναι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ
νοὸς μήτε θροεῖσθαι μήτε διὰ πνεύματος μήτε διὰ λόγου
μήτε δι' ἐπιστολῆς ὡς δι' ἡμῶν, ὡς ὅτι ἐνέστηκεν ἡ ἡμέρα
τοῦ κυρίου. Μή τις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρό-
πον· ὅτι, ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον καὶ ἀποκα-
λυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας,
4 ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον
θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ ὡς
θεὸν καθίσαι ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν, ὅτι ἐστὶ θεός. . . .
5 Οὐ μνημονεύετε, ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον
6 ὑμῖν; Καὶ νῦν τὸ κατέχον οἴδατε εἰς τὸ ἀποκαλυφθῆναι
7 αὐτὸν ἐν τῷ ἑαυτοῦ καιρῷ. Τὸ γὰρ μυστήριον ἤδη ἐνερ-
γεῖται τῆς ἀνομίας, μόνον ὁ κατέχων ἄρτι ἕως ἐκ μέσου
8 γένηται· καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ
κύριος Ἰησοῦς ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ
9 καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ· οὗ
ἐστιν ἡ παρουσία κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ ἐν πάσῃ
10 δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι ψεύδους καὶ ἐν πάσῃ
ἀπάτῃ τῆς ἀδικίας ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις, ἀνθ' ὧν τὴν
ἀγάπην τῆς ἀληθείας οὐκ ἐδέξαντο εἰς τὸ σωθῆναι αὐ-
11 τούς. Καὶ διὰ τοῦτο πέμψει αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνέργειαν
12 πλάνης εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει, ἵνα κριθῶσι
πάντες οἱ μὴ πιστεύσαντες τῇ ἀληθείᾳ, ἀλλ' εὐδοκήσαν-
13 τες ἐν τῇ ἀδικίᾳ. Ἡμεῖς δὲ ὀφείλομεν εὐχαριστεῖν τῷ

I, 10. al. πιστεύουσιν †. ib. al. ἐπιστώθη. 12. al. κυρίου ἡμ. Ἰησοῦ Χριστοῦ. II, 3. al. ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀνομίας. 4. al. ἐπαιρόμενος. ib. al. ὡς θεὸν excludunt. ib. al. ἀποδεικνύοντα †. 6. al. ἐν τῷ αὐτοῦ †. 8. al. simpliciter ὁ κύριος. ib. al. ἀνελεῖ †. 11. al. πέμπει †.

bus fidem habentibus) admiratione afficeretur, (nam illud
quod vobis dedimus testimonium assensu comprobatum est,)
die illo (solemni). Quem in finem etiam pro vobis sem- 11
per preces fundimus, ut Deus noster vos dignos habeat
illa vocatione (= vita beata) et omnem bonitatem, quae
ipsi placet, munusque fidei potenter perficiat, ut nomen 12
domini nostri Iesu per vos et vos per eum illustremini pro
gratia Dei nostri et domini Iesu Christi.

CAP. II.

Rogamus autem vos, fratres, de adventu domini nostri 1
Iesu Christi et nostra ad eum congregatione, ne repente 2
perturbemini (et sic) de mentis statu deiecti neque terrore
percutiamini neque per Spiritum (al. hominem afflatum
div. simulantem) neque per vocem (doctrinam, institutio-
nem) neque per epistolam tanquam per nos (consignatam),
ut: venit illa domini dies. Ne quis ullo modo vos decipiat; 3
nam, nisi primum defectio illa locum habuerit et innotuerit
improbissimus, perdidissimus, adversarius ille et qui sese
effert contra quemvis quem vocant Deum sive sanctum, 4
ita ut in templo Dei tanquam Deus considat (pro Deo sese
venditans), qui Deus haberi velit.... Nonne meministis, me, 5
quum adhuc essem apud vos, haec dixisse? Et nunc quod 6
eum impediat (np. quo minus prodeat) nostis, ut suo ipsius
tempore palam prodeat. Clandestinum enim illud improbi- 7
tatis iam vim suam exserit, modo is qui ad hoc usque tem-
pus impedit e medio fuerit sublatus; et tum improbus ille 8
in lucem prorumpet, quem dominus Iesus halitu oris sui
perdet et adspectabili suo adventu vi sua privabit, cuius ad- 9
ventus pro efficacia mali daemonis conspicuus erit in omni-
bus potenter factis, miraculis et prodigiis ementitis omnique 10
iniustitiae fraude in iis qui pereunt, propterea quod amorem
quem veritas suadet non admiserunt, ut ad salutem pertin-
gerent. Et hanc ob causam Deus vim fraudis iis immittet, 11
ita ut mendacio fidem habeant, ut omnes qui veritati fidem 12
non habuerint, sed sibi placuerunt in iniustitia, condemnen-
tur. Nos autem Deo semper gratias agere debemus de vo- 13

---

praemia, impios irreparabile damnum adventu salvatoris: 3—12. monet eos, ne ulla re, ne epistola quidem Pauli nomine confecta, perturbentur, dominum iam in eo esse, ut adveniat; quod tunc demum fieri possit, si impietas, defectio a Deo, cultus simulacrorum ulterius progredi nequeant. Tunc locum habebunt poenae divinae. Sed gratias deberi, pergit, Deo, quod

θεῷ πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἀδελφοὶ ἠγαπημένοι ὑπὸ κυρίου,
ὅτι εἵλατο ὑμᾶς ὁ θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐν ἁγια-
14 σμῷ πνεύματος καὶ πίστει ἀληθείας, εἰς ὃ ἐκάλεσεν ὑμᾶς
διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἡμῶν εἰς περιποίησιν δόξης τοῦ κυρίου
15 ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄρα οὖν, ἀδελφοί, στήκετε καὶ
κρατεῖτε τὰς παραδόσεις, ἃς ἐδιδάχθητε εἴτε διὰ λόγου
16 εἴτε δι' ἐπιστολῆς ἡμῶν. Αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰη-
σοῦς Χριστὸς καὶ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἡμῶν ὁ ἀγαπήσας
ἡμᾶς καὶ δοὺς παράκλησιν αἰωνίαν καὶ ἐλπίδα ἀγαθὴν
17 ἐν χάριτι, παρακαλέσαι ὑμῶν τὰς καρδίας καὶ στηρίξαι
ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ ἀγαθῷ.

ΚΕΦ. III.

1 Τὸ λοιπὸν προσεύχεσθε, ἀδελφοί, περὶ ἡμῶν, ἵνα
ὁ λόγος τοῦ κυρίου τρέχῃ καὶ δοξάζηται, καθὼς καὶ
2 πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἵνα ῥυσθῶμεν ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ
3 πονηρῶν ἀνθρώπων· οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις. Πιστὸς
δέ ἐστιν ὁ κύριος, ὃς στηρίξει ὑμᾶς καὶ φυλάξει ἀπὸ
4 τοῦ πονηροῦ. Πεποίθαμεν δὲ ἐν κυρίῳ ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι
5 ἃ παραγγέλλομεν ὑμῖν, καὶ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε. Ὁ δὲ
κύριος κατευθύναι ὑμῶν τὰς καρδίας εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ
6 θεοῦ καὶ εἰς τὴν ὑπομονὴν τοῦ Χριστοῦ. Παραγγέλλο-
μεν δὲ ὑμῖν, ἀδελφοί, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ
ἀτάκτως περιπατοῦντος καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν, ἣν
7 παρέλαβον παρ' ἡμῶν. Αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, πῶς δεῖ μι-
8 μεῖσθαι ἡμᾶς· ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν οὐδὲ δω-
ρεὰν ἄρτον ἐφάγομεν παρά τινος, ἀλλ' ἐν κόπῳ καὶ
μόχθῳ νύκτα καὶ ἡμέραν ἐργαζόμενοι πρὸς τὸ μὴ ἐπι-
9 βαρῆσαί τινα ὑμῶν, οὐχ ὅτι οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν, ἀλλ'
ἵνα ἑαυτοὺς τύπον δῶμεν ὑμῖν εἰς τὸ μιμεῖσθαι ἡμᾶς.
10 Καὶ γὰρ ὅτε ἦμεν πρὸς ὑμᾶς, τοῦτο παρηγγέλλομεν ὑμῖν,
11 ὅτι εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. Ἀκούο-
μεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως μηδὲν
12 ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. Τοῖς δὲ τοιούτοις
παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ἐργαζόμενοι τὸν ἑαυ-

II, 13. al. εἵλετο †. 17. al. στηρίξαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ †. III, 3. al. τηρήσει. 4. al. καὶ ἐποιήσατε καὶ ποιεῖτε. 5. 6. al. εἰς ὑπομονήν. 6. al. παρέλαβε s. παρελάβοσαν † s. παρελάβετε s. ἐλάβοσαν. 8. al. νυκτὸς καὶ ἡμέρας †. 12. al. ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ †.

bis, fratres a Domino amati, quod Deus ab initio vos sibi
elegit ad salutem per sanctitatem quam Spiritus dat di-
vinus et fidem quam veritas efflagitat consequendam;
ad quod vos vocavit per laetam, quam nos tradimus, de 14
Messia doctrinam, ut vobis compararetis beatitudinem, qua
dominus noster Iesus Christus fruitur.

Itaque ergo, fratres, constantes estote et firmiter te- 15
nete praecepta, quae edocti estis sive per vocem sive per
epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Chri- 16
stus et Deus paterque noster, qui amavit nos et solatium
aeternum bonamque spem benigne dedit, solatio vestros 17
erigat animos et in quovis recte facto et dicto confirmet.

CAP. III.

Quod reliquum est, fratres, preces fundite pro nobis, 1
ut doctrina domini propagetur et celebretur, quemadmodum
etiam apud vos, et ut nos liberemur ab hominibus facinoro- 2
sis et improbis; nam non omnes fidem praestant. Fidelis 3
autem dominus est, qui vos confirmabit et tutos praestabit
a malo genio. Per dominum autem nobis persuasum habe- 4
mus de vobis, vos quae vobis praecepimus, et facere et
facturos esse. Dominus autem animos dirigat vestros ad 5
Dei amorem et patientiam Christi (imitandam). Mandamus 6
autem vobis, fratres, auctoritate domini nostri Iesu Christi,
ut a quovis fratre, qui dissolutam agit vitam nec praecepto,
quod a nobis acceperunt, congruam, vos cohibeatis (i. e.
consuetudinem eiusmodi fugiatis). Ipsi enim nostis, quo- 7
modo nos imitari debeatis; nam non dissolutam inter vos
vitam viximus neque gratis ab aliquo panem edimus, sed in 8
labore et molestia dies noctesque opificium exercentes, ne
ulli vestrum essemus molesti; non quod non haberemus po- 9
testatem, sed ut nosmetipsos exemplum vobis imitandum
daremus. Etenim quum essemus apud vos, hoc vobis man- 10
davimus: si quis laborare nolit, ne cibum quidem capiat.
Audimus enim, quosdam inter vos dissolutam agere vitam 11
fugiendo laborem, sed male sedulos. Sed eiusmodi homi- 12
nibus praecipimus et hortamur per dominum nostrum Iesum
Christum, ut quiete laborando suum ipsorum panem edant

---

nos, Christianos, vitae beatae destinavit, petitque ab eis, ut fidem servent et precibus a Deo flagitent auxilium: II, 1—17. III, 6. excitat eos, ut immorigeros, qui inter eos versentur, ac otio desidiaque diffluentes fugiant, nisi ad meliorem frugem redierint:

13 τῶν ἄρτον ἐσθίωσιν. Ὑμεῖς δέ, ἀδελφοί, μὴ ἐκκακήσητε
14 καλοποιοῦντες. Εἰ δέ τις οὐχ ὑπακούει τῷ λόγῳ ἡμῶν
διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτον σημειοῦσθε καὶ μὴ συνανα-
15 μίγνυσθε αὐτῷ, ἵνα ἐντραπῇ· καὶ μὴ ὡς ἐχθρὸν ἡγεῖσθε,
16 ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν. Αὐτὸς δὲ ὁ κύριος τῆς
εἰρήνης δῴη ὑμῖν τὴν εἰρήνην διαπαντὸς ἐν παντὶ τρόπῳ·
ὁ κύριος μετὰ πάντων ὑμῶν.
17 Ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον
18 ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ· οὕτω γράφω. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν.

ΠΑΥΛΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΩΤΗ.

ΚΕΦ. Ι.

1 Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ κατ᾽ ἐπιταγὴν Θεοῦ
σωτῆρος ἡμῶν καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν,
2 Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ ἐν πίστει. Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη
ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου
ἡμῶν.
3 Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ πο-
ρευόμενος εἰς Μακεδονίαν, ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ
4 ἑτεροδιδασκαλεῖν μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις

III, 14. al. τῷ λόγῳ ὑμῶν. 16. al. ἐν παντὶ τόπῳ †. 18. al. addunt: Ἀμήν. Πρὸς Θεσσαλονικεῖς δευτέρα ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν (διὰ Σιλουανοῦ καὶ Τυχικοῦ). I, 1. al. σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου Χρ. Ἰησ. s. Ἰησ. Χρ. †. alii aliter. 3. al. καθὼς excludunt.

(victum ipsi sibi acquirant). Vos vero, fratres, ne recta 13
agendo defatigemini. Sin autem quis dicto nostro per hanc 14
epistolam significato audiens non est, hunc notate (al. huius
nomen vobis adnotate litteris ad me dandis illud mihi indi-
caturi, np. interpunctio locata post ἡμῶν;) nec consuetu-
dinem cum eo habete, ut mutetur in melius; nec tanquam 15
hostem eum ducatis, sed tanquam fratrem admonete. Ipse 16
vero dominus (auctor) concordiae (al. beatitudinis aeternae)
per omne tempus quovis modo vobis det concordiam: domi-
nus vobiscum omnibus.

Salutatio hac mea manu Pauli, quod signum est in 17
quavis epistola (np. epistolam esse genuinam); sic scribo.
Gratia domini nostri Iesu Christi vobis omnibus adsit. 18

PAULI

AD TIMOTHEUM

EPISTOLA PRIMA.

CAP. I.

Paulus apostolus Iesu Christi ex Dei servatoris nostri man- 1
dato et Iesu Christi, spei nostrae, Timotheo genuino per fidem 2
nato (al. veri nominis discipulo in religione) s. d. Gratia,
misericordia, pax a Deo patre nostro et Iesu Christo domi-
no nostro (tibi contingat).

Quemadmodum te iter faciens in Macedoniam, ut 3
Ephesi permaneres, hortatus sum, ut quosdam admoneres,
ne aliena docerent nec fabulis et stemmatibus infinitis ope- 4
ram darent, quippe quae contentiones potius praebeant quam

---

significat, quamvis epistolam sua ipsius manu signatam pro ge-
nuina esse habendam, ac desinit in bonis pro iis votis. 7—18.
Paulus Timotheo suo fausta quaevis apprecatus exhortatur

ἀπεράντοις, αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκονο-
5 μίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει. . . . Τὸ δὲ τέλος τῆς παραγ-
γελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας καὶ συνειδήσεως
6 ἀγαθῆς καὶ πίστεως ἀνυποκρίτου, ὧν τινὲς ἀστοχήσαντες
7 ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν θέλοντες εἶναι νομοδιδά-
σκαλοι μὴ νοοῦντες μήτε ἃ λέγουσι μήτε περὶ τίνων δια-
8 βεβαιοῦνται· οἴδαμεν δὲ, ὅτι καλὸς ὁ νόμος, ἐάν τις
9 αὐτῷ νομίμως χρῆται εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ
κεῖται, ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρ-
τωλοῖς, ἀνοσίοις καὶ βεβήλοις, πατραλῴαις καὶ μητρα-
10 λῴαις, ἀνδροφόνοις, πόρνοις, ἀρσενοκοίταις, ἀνδραπο-
δισταῖς, ψεύσταις, ἐπιόρκοις καὶ εἴ τι ἕτερον τῇ ὑγιαι-
11 νούσῃ διδασκαλίᾳ ἀντίκειται, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆς
12 δόξης τοῦ μακαρίου θεοῦ, ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ· καὶ χάριν
ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ
13 ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο θέμενος εἰς διακονίαν τὸν
πρότερον ὄντα βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστήν·
14 ἀλλ᾽ ἠλεήθην, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστίᾳ, ὑπερε-
πλεόνασε δὲ ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν μετὰ πίστεως καὶ
15 ἀγάπης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης
ἀποδοχῆς ἄξιος, ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν
16 κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· ἀλλὰ
διὰ τοῦτο ἠλεήθην, ἵνα ἐν ἐμοὶ πρώτῳ ἐνδείξηται Ἰησοῦς
17 Χριστὸς τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν πρὸς ὑποτύπωσιν τῶν
μελλόντων πιστεύειν ἐπ᾽ αὐτῷ εἰς ζωὴν αἰώνιον· τῷ δὲ
18 βασιλεῖ τῶν αἰώνων, ἀφθάρτῳ ἀοράτῳ μόνῳ θεῷ τιμὴ
καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων! Ἀμήν. —
Ταύτην τὴν παραγγελίαν παρατίθεμαί σοι, τέκνον Τι-
μόθεε, κατὰ τὰς προαγούσας ἐπὶ σὲ προφητείας, ἵνα
19 στρατεύῃ ἐν αὐταῖς τὴν καλὴν στρατείαν ἔχων πίστιν
καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ἥν τινες ἀπωσάμενοι περὶ τὴν
20 πίστιν ἐναυάγησαν, ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος,
οὓς παρέδωκα τῷ σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλας-
φημεῖν.

I, 4. al. οἰκοδομὴν θεοῦ s. οἰκοδομίαν †. 9. al. πατρολῴαις καὶ μητρολῴαις. 13. al. τό πρότερον ὄντα †. 16. al. ἐν ἐμοὶ πρῶτον. 17. al. ἀθανάτῳ ἀοράτῳ μόνῳ σοφῷ (†.) θεῷ, τιμὴ αὐτῷ καὶ δόξα κτλ.

incrementa rerum divinarum per fidem capienda, (sic nunc
quoque te rogatum esse velim). — Finis autem institutionis 5
est amor e puro animo et recti conscientia et fide infucata
profectus, a quibus quidam aberrantes ad inanes deflexerunt 6
disputationes, qui legis interpretes esse volunt nescientes 7
neque quae dicant neque quaenam confirment; novimus au- 8
tem, legem esse bonam, si quis ea rite (ex mente legis)
utitur, hoc sibi persuasum habens, iusto (probo) legem non 9
esse propositam, sed legis violatoribus atque inobedientibus,
impiis et peccatoribus, nefariis et profanis, patricidis et ma-
tricidis, homicidis, scortis, cinaedis, plagiariis, menda- 10
cibus, periuris et si quid aliud sanae disciplinae adversatur,
secundum laetam de Messia doctrinam, quae splendidam 11
promittit felicitatem Deo beato auctore ad homines perfe-
rendam, quae mihi concredita est; atque ei qui viribus me 12
instruxit, Christo Iesu gratias habeo, quod fidum me duxit
munere demandato ei qui antea maledicus in res sacras 13
(christ.) et insectator eram ac superbus; at misericordia
mihi contigit, quoniam inscius feci alienus a fide (al. chri-
stianae religionis notitia); sed gratia domini nostri cum fide 14
et amore, qui in Christo Iesu est, longe fuit copiosior; fide 15
omnique assensu digna est vox, Christum Iesum venisse in
mundum, ut peccatores servaret, quorum ego primus sum;
at propterea misericordia mihi contigit, ut in me primo Ie- 16
sus Christus summam, qua est, patientiam illustraret ex-
emplo iis qui fidem in eo essent collocaturi, ut ad vitam
pertingerent aeternam; regi autem mundi universi, immor- 17
tali haud adspectabili soli Deo honor et gloria (tribuatur)
in aeternum! Utique! — Hoc autem praeceptum commendo 18
tibi, fili Timothee, secundum spem antea de te conceptam
(al. auguriis de te conceptis convenienter), ut ad eam
honesta fungaris militia fidem habendo rectique conscien-
tiam, qua quidam repudiata circa fidem naufragium passi 19
sunt, e quorum numero est Hymenaeus et Alexander, quos 20
Satanae tradidi, ut conviciis (rel. ch.) proscindere de-
discerent.

---

eum, ut videat, ne erroneae ac falsae in coetu Ephesino propa-
gentur doctrinae; ne nimium tribuatur legi mosaicae, qua, quam-
quam per se bona est, Christiani facile possint carere, quum
peccatoribus tantum proposita sit, quod suo ipsius exemplo illu-
strat. Religio chr. ad vitam beatam sufficit: I, 1—20. exponit de

ΚΕΦ. II.

1 Παρακαλῶ οὖν πρῶτον πάντων ποιεῖσθαι δεήσεις,
προςευχὰς, ἐντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώ-
2 πων, ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων,
ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ
3 καὶ σεμνότητι. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον
4 τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει
5 σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. Εἷς γὰρ
θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος
6 Χριστὸς Ἰησοῦς ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων·
7 τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίοις, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ
ἀπόστολος, (ἀλήθειαν λέγω, οὐ ψεύδομαι,) διδάσκαλος
8 ἐθνῶν ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ. Βούλομαι οὖν προςεύχε-
σθαι τοὺς ἄνδρας ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίους χεῖ-
9 ρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ· ὡςαύτως καὶ τὰς
γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ μετὰ αἰδοῦς καὶ σωφρο-
σύνης, κοσμεῖν ἑαυτὰς μὴ ἐν πλέγμασιν ἢ μαργαρίταις
10 ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ, ἀλλ', ὃ πρέπει γυναιξὶν ἐπαγγελ-
11 λομέναις θεοσέβειαν, δι' ἔργων ἀγαθῶν. Γυνὴ ἐν ἡσυχίᾳ
12 μανθανέτω ἐν πάσῃ ὑποταγῇ· διδάσκειν δὲ γυναικὶ οὐκ
ἐπιτρέπω οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς, ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ.
13 Ἀδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη, εἶτα Εὔα· καὶ Ἀδὰμ οὐκ
14 ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε·
15 σωθήσεται δὲ διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει
καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης.

ΚΕΦ. III.

1 Πιστὸς ὁ λόγος· Εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται, καλοῦ
2 ἔργου ἐπιθυμεῖ. Δεῖ οὖν τὸν ἐπίσκοπον ἀνεπίληπτον
εἶναι, μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα, νηφάλιον, σώφρονα, κόσμιον,
3 φιλόξενον, διδακτικὸν, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ
4 αἰσχροκερδῆ, ἀλλ' ἐπιεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον, τοῦ
ἰδίου οἴκου καλῶς προϊστάμενον, τέκνα ἔχοντα ἐν ὑπο-
5 ταγῇ μετὰ πάσης σεμνότητος· εἰ δέ τις τοῦ ἰδίου οἴκου
προστῆναι οὐκ οἶδε, πῶς ἐκκλησίας θεοῦ ἐπιμελήσεται;
6 μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ

II, 1. al. παρακάλει. 7. al. λέγω ἐν Χριστῷ †. 8. al. διαλογισμῶν †. 9. al. post πλέγμασι l. καὶ χρυσίῳ s. χρυσῷ. 12. al. γυναικὶ δὲ διδάσκειν †. 14. al. ἐξαπατηθεῖσα †. 15. al. μένῃ † III, 2. al. νηφάλεον † s. νηφάλαιον. 3. al. excludunt μὴ αἰσχροκερδῆ †. 6. al. εἰς κρίμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τ. διαβ.

CAP. II.

Hortor igitur primum omnium, ut preces fiant, depre- 1
cationes, supplicationes, gratiarum actiones pro omnibus
hominibus, pro regibus et omnibus qui dignitate sunt con- 2
spicui (= magistratus gerunt), ut placidam et tranquillam
agamus vitam in summa pietate et honestate. Hoc enim 3
pulcrum est et acceptum apud servatorem nostrum Deum,
qui omnes homines vult servatos et cognitionem veritatis 4
assecutos. Unus enim Deus, unus etiam interpres Dei et 5
hominum, homo Christus Iesus, qui semetipsum pretium 6
redemtionis pro omnibus dedit; testimonium suo tempore
exhibendum, ad quod ego praeco constitutus sum et legatus, 7
(verum dico, non mentior,) doctor gentilium cum fide et
veritate. Volo igitur preces fundere viros in quovis loco 8
sanctas tollentes manus procul ab ira et contentione; eodem 9
modo etiam mulieres habitu honesto cum pudore et modestia,
semetipsas ornare non cincinnis vel auro vel margaritis vel
vestimento pretioso, sed, quod convenit mulieribus quae 10
pietatem profitentur, recte factis. Mulier tacita discat cum 11
summa obedientia animo quam maxime submisso; docere 12
autem mulieri non permitto neque imperare viro, sed quie-
tam esse (volo). Adamus enim primus formatus est, deinde 13
Eva. Atque Adamus non deceptus est, sed mulier decepta 14
legem migravit; servabitur autem per liberorum procreatio- 15
nem, si permanserint in fide et amore et sanctitate cum
modestia.

CAP. III.

Fide digna vox illa: si quis antistitis munus appetit, 1
pulcram rem concupiscit. Oportet igitur antistitem exper- 2
tem esse reprehensionis, unius mulieris maritum, sobrium,
moderatum, decori studiosum, hospitalem, idoneum ad
docendum, non vinolentum, non petulantem, a sordido lucro 3
alienum, sed facilem, non pugnacem, non argenti cupidum,
qui suae ipsius domo bene praesit, liberos habeat obsequio- 4
sos cum summa honestate; sin autem quis suae ipsius domo 5
praeesse nescit, quomodo coetus Dei curam habebit? ne sit 6
recens plantatus (sacra chr. nuperrime edoctus), ne inflatus
in iudicium incidat diaboli (al. ne in sinistra obtrectatorum

---

de ratione et causis precum publicarum in primis pro magistratibus ac principibus: II, 1—7. quid viros deceat ac mulieres inter precandum et in publico conventu: 8—15. de episcopo-

7 διαβόλου. δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν καλὴν ἔχειν ἀπὸ
τῶν ἔξωθεν, ἵνα μὴ εἰς ὀνειδισμὸν ἐμπέσῃ καὶ παγίδα
8 τοῦ διαβόλου. Διακόνους ὡσαύτως σεμνούς, μὴ διλό-
γους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, μὴ αἰσχροκερδεῖς,
9 ἔχοντας τὸ μυστήριον τῆς πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει·
10 καὶ οὗτοι δὲ δοκιμαζέσθωσαν πρῶτον, εἶτα διακονείτω-
11 σαν ἀνέγκλητοι ὄντες· γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, μὴ
12 διαβόλους, νηφαλίους, πιστὰς ἐν πᾶσι. Διάκονοι ἔστω-
σαν μιᾶς γυναικὸς ἄνδρες, τέκνων καλῶς προϊστάμενοι
13 καὶ τῶν ἰδίων οἴκων. Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες
βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται καὶ πολλὴν παῤῥη-
σίαν ἐν πίστει τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

14 Ταῦτά σοι γράφω ἐλπίζων ἐλθεῖν πρός σε τάχιον·
15 ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ θεοῦ ἀνα-
στρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος. Στύλος
16 καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας καὶ ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ
τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον· Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί,
ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν
ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ.

ΚΕΦ. IV.

1 Τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς
ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως προσέχοντες πνεύμασι
2 πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων ἐν ὑποκρίσει ψευδο-
3 λόγων κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόν-
των γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων ἃ ὁ θεὸς ἔκτισεν εἰς
μετάληψιν μετὰ εὐχαριστίας τοῖς πιστοῖς καὶ ἐπεγνωκόσι
4 τὴν ἀλήθειαν· ὅτι πᾶν κτίσμα θεοῦ καλὸν καὶ οὐδὲν
5 ἀπόβλητον μετὰ εὐχαριστίας λαμβανόμενον· ἁγιάζεται
6 γὰρ διὰ λόγου θεοῦ καὶ ἐντεύξεως. Ταῦτα ὑποτιθέμενος
τοῖς ἀδελφοῖς καλὸς ἔσῃ διάκονος Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐντρε-
φόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως καὶ τῆς καλῆς διδασκα-
7 λίας, ᾗ παρηκολούθηκας. Τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώ-

III, 7. al. δεῖ δὲ καὶ μαρτυρίαν. 11. al. νηφαλέους †. 14. al. ἐλθεῖν πρός σε ἐν τάχει. †. 16. al. ὃς †. a. ὃ (†.) ἐφανερώθη. ib. al. ὤφθη ἀνθρώποις. IV, 1. al. πλάνης. 6. al. διάκονος Χρ. Ἰησ. ib. al. τῇ καλῇ διδασκαλίᾳ.

iudicia incurrat); oportet autem eum etiam testimonium 7
honestum habere ab exteris, ne in vituperium incidat et
laqueum diaboli. Diacones pariter honestos (esse oportet), 8
non bilingues, non vino multo deditos, non turpis lucri stu- 9
diosos, arcanum fidei in pura habentes conscientia (cum re-
ligionis antea ignotae perfecta scientia recte factorum con-
scientiam coniunctam habeant); verum hi quoque exploren- 10
tur primum, deinde constituantur diaconi, si irreprehensi
sunt; mulieres eodem modo honestas, non calumniatrices, 11
sobrias, in omnibus rebus fideles. Diaconi unius mulieris 12
sunto mariti, qui liberos suasque ipsorum domos bene re-
gant. Diaconi enim, provincia bene gesta, gradum (ad 13
altiora) sibimetipsis praeclarum faciunt multamque fiduciam
in fide, quae Christo Iesu nititur (sibi comparant).

Haec tibi scribo citius ad te venire sperans, sin vero 14
moror, ut scias, quomodo tibi in domo Dei sit versandum, 15
quippe quae coetus est Dei vivi. Columna et fulcimentum 16
veritatis et qua in re uno ore consentiunt, magnum est illud
pietatis arcanum: Deus corpore indutus apparuit, compro-
batus per Spiritum divinum, geniis conspectus coelestibus,
alta voce annuntiatus inter gentiles, creditus (fide dignus
declaratus) in mundo, splendide (al. ad gloriam) sublatus
(in coelos).

CAP. IV.

Spiritus autem divinus diserte dicit, posteris tempori- 1
bus defecturos esse quosdam a fide aures praebendo spiriti-
bus fraudulentis malorumque doctrinis daemonum, qui per 2
simulationem mendacia loquuntur, suae ipsorum conscien-
tiae notas habent inustas, matrimonium inire prohibent et 3
abstinere (iubent) ab alimentis, quae Deus cum gratiarum
actione comedenda creavit iis qui fidem habent et verum
perspexerunt. Nam quidquid a Deo creatum, bonum est 4
neque quidquam quod cum gratiarum actione sumitur ab-
iiciendum; sanctum enim redditur per vocem Dei (al. iussu 5
Dei) et preces. His fratribus subditis honestus eris Iesu 6
Christi minister, (qui) innutritus (est) fidei placitis et prae-
clarae quam secutus es doctrinae. Profanas autem et aniles 7

---

rum, diaconorum (et diaconissarum) officiis, moribus eorum-que uxoribus, liberis ac re domestica agit: III, 1—13. verum de Christo, quam paucis refert, doctrinam omnibus doctoribus chr. diligenter servandam, sed falsas simulatorum, qui verborum lenociniis aliisque malis artibus nervum virtutis infrin-

δεις μύθους παραιτοῦ, γύμναζε δὲ σεαυτὸν πρὸς εὐσέ-
8 βειαν. Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν
ὠφέλιμος, ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα ὠφέλιμός ἐστιν
ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς τῆς νῦν καὶ τῆς μελλούσης.
9 Πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος· εἰς τοῦτο
10 γὰρ καὶ κοπιῶμεν καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ
θεῷ ζῶντι, ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων ἀνθρώπων, μάλιστα
11 πιστῶν. Παράγγελλε ταῦτα καὶ δίδασκε
12 Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω· ἀλλὰ τύπος
γίνου τῶν πιστῶν ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, ἐν ἀγάπῃ,
13 ἐν πίστει, ἐν ἁγνείᾳ. Ἕως ἔρχομαι, πρόσεχε τῇ ἀναγνώ-
14 σει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ. Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν
σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας μετὰ ἐπι-
15 θέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου. Ταῦτα μελέτα,
ἐν τούτοις ἴσθι, ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσιν.
16 Ἔπεχε σεαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ· ἐπίμενε αὐτοῖς. Τοῦτο
γὰρ ποιῶν καὶ σεαυτὸν σώσεις καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου.

Κ Ε Φ. Ε.

1 Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς, ἀλλὰ παρακάλει ὡς πα-
2 τέρα, νεωτέρους ὡς ἀδελφούς, πρεσβυτέρας ὡς μητέρας,
3 νεωτέρας ὡς ἀδελφὰς ἐν πάσῃ ἁγνείᾳ. Χήρας τίμα τὰς
4 ὄντως χήρας. Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει,
μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν καὶ
ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις· τοῦτο γάρ ἐστιν
5 ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ
μεμονωμένη ἤλπικεν ἐπὶ τὸν θεὸν καὶ προσμένει ταῖς
6 δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἡ δὲ
7 σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε. Καὶ ταῦτα παράγγελλε, ἵνα
8 ἀνεπίληπτοι ὦσιν. Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν
οἰκείων οὐ προνοεῖ, τὴν πίστιν ἤρνηται καὶ ἔστιν ἀπίστου
9 χείρων. Χήρα καταλεγέσθω μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα
10 γεγονυῖα, ἑνὸς ἀνδρὸς γυνή, ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρουμέ-
νη· εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδόχησεν, εἰ ἁγίων πόδας
ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ
11 ἐπηκολούθησε. Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ· ὅταν γὰρ
12 καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι
13 κρίμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν· ἅμα δὲ καὶ
ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον

IV, 8. al. ἐπαγγελίας ἔχουσα †. 10. al. κοπιῶμεν καὶ ἀγωνιζόμεθα, ὅτι †. 12. al. ἐν ἀγάπῃ, ἐν πνεύματι, ἐν πίστει. V, 4. al. μανθανέτω. ib. al. ἐστι καλὸν καὶ ἀπόδεκτον †. 10. al. ἐτεκνοφόρησεν.

fabulas devita; exercitium autem tuum confer ad pietatem.
Corporis enim exercitatio ad breve tempus (al. parum) utilis 8
est, sed pietas ad omnes res utilis est, quae huius vitae et
futurae promissionem (praemia promissa) habet. Fide omni- 9
que assensu digna est haec doctrina; hunc enim in finem 10
laboramus et conviciis proscindimur, quod spem repositam
habemus in Deo vivo, qui omnium hominum, inprimis eorum
qui fidem habent, servator est. Haec praecipe ac doce. 11
Ne quis inventutem tuam contemnat; sed exemplum 12
praei fidelibus doctrina, vita, amore, fide, sanctitate.
Dum veniam, operam nava libros sacros recitando, con- 13
solando, docendo. Ne negliges illud in te beneficium, quod 14
fausto omine manibus a senioribus impositis tibi datum est.
Haec meditare, in his esto (totus), ut hi tui profectus 15
omnibus innotescant (al. in omnibus rebus). Respice te 16
ipsum tuamque doctrinam; in iis persiste. Hoc enim fa-
ciendo et temetipsum servabis et auditores tuos.

CAP. V.

Seniorem ne obiurga, sed ut patrem admone, iunio- 1
res ut fratres, matronas ut matres, virgines ut sorores 2
cum summa castitate. Viduas, quae vere sunt viduae, 3
honora. Si qua autem vidua liberos habet nepotesve, 4
suam ipsorum domum pie colere primum discant gratias-
que referre maioribus; hoc enim acceptum est iudice Deo.
Quae autem vere vidua et derelicta, in Deo spem habet 5
repositam et precibus votisque die nocteque vacat, sed lu- 6
xuriosa viva mortua est. Atque haec praecipe, ut incul- 7
patae sint. Sin vero quis suis atque inprimis domesticis 8
non prospicit, fidem suam denegavit et peior est homine
fidem non habente. Vidua in numerum (publice alenda- 9
rum) referatur non minor sexaginta annos nata, unius viri
uxor, recte factis testata: (ut) si liberos nutrivit, si ho- 10
spites excepit, si Dei cultorum lavit pedes, si calamita-
tibus pressis opem tulit, si cuivis recte facto operam de-
dit. Iuniores autem aversare viduas; quando enim in de- 11
trimentum Christi diffluxerunt luxuria, nubere volunt, iu-
dicium (culpam) sustinentes, quod fidem ante datam fe- 12
fellerunt; simul vero etiam inertes domus circumcursitare 13

---

gunt, opiniones sedulo cavendas esse docet: 14—IV, 11. accura-
tius disserit, quomodo Timotheus versari debeat in gubernando
coetu, in docendo, in convictu, admonitionibus, de viduis pu-

δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ
14 μὴ δέοντα. Βούλομαι οὖν νεωτέρας γαμεῖν, τεκνογονεῖν,
οἰκοδεσποτεῖν, μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ
15 λοιδορίας χάριν. Ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ
16 σατανᾶ. Εἴ τις πιστὸς ἢ πιστὴ ἔχει χήρας, ἐπαρκείτω
αὐταῖς καὶ μὴ βαρείσθω ἡ ἐκκλησία, ἵνα ταῖς ὄντως
17 χήραις ἐπαρκέσῃ. Οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι
διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν
18 λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ· λέγει γὰρ ἡ γραφή· „Βοῦν ἀλοῶν-
τα οὐ φιμώσεις,“ καί· ἄξιος ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ
19 αὐτοῦ. Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου,
20 ἐκτὸς εἰ μὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. Τοὺς ἁμαρτά-
νοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον
21 ἔχωσι. Διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ καὶ Χριστοῦ
Ἰησοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ἵνα ταῦτα φυλάξῃς
22 χωρὶς προκρίματος μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. Χεῖ-
ρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις
23 ἀλλοτρίαις. Σεαυτὸν ἁγνὸν τήρει. Μηκέτι ὑδροπότει,
ἀλλ᾽ οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς
24 πυκνάς σου ἀσθενείας. Τινῶν ἀνθρώπων αἱ ἁμαρτίαι
πρόδηλοί εἰσι προάγουσαι εἰς κρίσιν· τισὶ δὲ καὶ ἐπακο-
25 λουθοῦσιν. Ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐστι
καὶ τὰ ἄλλως ἔχοντα κρυβῆναι οὐ δύναται.

ΚΕΦ. VI.

1 Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας
πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν, ἵνα μὴ τὸ ὄνομα τοῦ
2 θεοῦ καὶ ἡ διδασκαλία βλασφημῆται. Οἱ δὲ πιστοὺς
ἔχοντες δεσπότας μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν,
ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπη-
τοὶ, οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι. Ταῦτα δίδασκε
καὶ παρακάλει.

3 Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι
λόγοις τοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῇ κατ᾽
4 εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται μηδὲν ἐπιστάμενος,
ἀλλὰ νοσῶν περὶ ζητήσεις καὶ λογομαχίας, ἐξ ὧν γίνεται
5 φθόνος, ἔρις, βλασφημίαι, ὑπόνοιαι πονηραὶ, διαπαρα-

